

Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600-1900)

Vol. II: 1641-1664

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1973

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS STOCK, EP. PI PERGAMEN

« ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI »

(Series II)

Ex Sectione I-ma - « OPERA »:

1. WOJNAR M., OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutzkyj instauratorum, Romae* 1949, pp. XX - 218.
2. SOLOWIJ M., OSBM, *De reformatione liturgica Heraclii Lisowskyj (1784-1809), Romae* 1950, pp. XII - 128.
27. BLAŻEJOWSKYJ D., *De potestate Metropolitanarum Kioviensium in clerum regularem (1595-1805), ed. 2, Romae* 1973, pag. 196.
28. ТРЕМБІЦЬКИЙ В., *Український Державний Гімн та українські патріотичні пісні*, Нью Йорк-Рим, 1973.

(sequitur)

Ex Sectione II-a : ANALECTA (periodica-miscel.)

- Vol. I, fasc. 1, 2-3, 4: Romae 1949, 1950, 1953 (pp. 680)
- Vol. II, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1954, 1956 (pp. 578)
- Vol. III, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1958, 1960 (pp. 640)
- Vol. IV, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1963, 1963 (pp. 572)
- Vol. V, fasc. 1-4: Romae 1967. XIV, 420 (reeditio ex s. I)
- Vol. VI, fasc. 1-4: Romae 1967, (XVI, 608) (Josaphatiana)
- Vol. VII, fasc. 1-4: Romae 1971 (pp. 572)
- Vol. VIII, fasc. 1-4: Romae 1973 (pp. 400)
- Vol. IX, fasc. 1-4: Romae 1974 (pp. 420)

(sequitur)

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Sectio III:

DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE
IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE
CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM
ET EPISCOPORUM

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

vol. II: 1641-1664

COLLEGERUNT: ATHANASIVS G. WELYKYJ ET PORPHYRIUS B. PIDRUTCHNYJ
O. S. B. M.

IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS STOCK, EP. PI PERGAMEN.
(1918 - 1971 - 1972)

R O M A E

Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600 - 1900)

Vol. II: 1641-1664

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1973

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS STOCK, EP. PI PERGAMEN

IMPRIMI POTES

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 4. VII. 1973.

P. PAULUS P. MYSKIW
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 27. VII. 1973.

✠ HUGO POLETTI
Vicarius Urbis



DOMINUS JOANNES STOCK
Ep. tit. Pergamen. - Auxiliarius Philadelphiensis
(1919 - 1971 - 1972)

1972 — 29 iunii — 1973

PRIMO . EXEUNTE . AB . OBITU . ANNO
DOMINO . JOANNI . STOCK . EPISCOPO
TITULARI . PERGAMEN . AUXILIARIO . PHILADELPHIEN
MORTE . REPENTINA . E VIVIS . SUBLATO
IN . MEMORIAM . PRO . MONUMENTO
DICAT

«ANALECTORUM OSBM» REDACTIO

PRAEFATIO

Volumen secundum « Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium » partem « Documentorum Romanorum Ecclesiae Catholicae in terris Ucrainae et Bielarusjae » per quinque fere lustra (1641-1664) ulterius protrahit et complet, addendo ad « Documenta Pontificum », « Documenta Bio-Hagiographica », « Acta et Litterae S.C. de Propaganda Fide », « Litterae Nuntiorum Apostolicorum » aliaque iam edita et proxime edenda, ulteriores lineas ad imaginem illorum temporum perficiendam. Proinde simul et legi et intelligi debent.

Volumen praesens etiam semper maiorem partem et responsabilitatem Hierarchiae unitae demonstrat, et quasi monographiam quamdam Episcoporum Chelmensium — Methodii Terleckyj et Jacobi Susza — constituit. Litterae Jacobi Susza partem principalem et potiore voluminis efficiunt, tum earum frequentia, tum momento, tum demum competentia. Fere de omnibus negotiis sui temporis Praelatus hic dedit optima et probata argumenta; eius vero amplissima relatio « de laboribus Unitorum » (nr. 181), cum subsequenti « statu recenti Unionis » (nr. 182) fere 70 annos historiae Ecclesiae catholicae ucrainae constituunt et considerantur, quam « Informatio de unione et concordia Ecclesiae » (nr. 183) cum « iuribus sanctae Unionis in Russia » (nr. 184) et amplissima et doctissima « littera ad Joannem Vyhovskyj » (nr. 94) fere ad primordia christianae fidei in Ucraina seu Russia retrahunt et retroagunt. Sola mentio horum documentorum Jacobi Susza iam clare momentum praesentis voluminis sublineat.

His dictis de momento intrinseco praesentis voluminis « Litterarum Episcoporum », iuvat notare etiam aliud — extrinsecum: eius nempe dedicationem. Ut apparet ex ipsa pagina titulari et consequenti dedicatione, volumen hoc dicavimus memoriae, utinam perenni, Domini D. Joannis Stock, Episcopi tit. Pergamen., Auxiliarii Episcopi Metropolitae Philadelphiensis Ucrainorum in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, qui morte repentina ereptus est e vivis et coetu clarissimo hierarcharum Ecclesiae Ucrainae nostri temporis, uno tantummodo anno in pascendo grege Domini expleto (1971-1972).

Moerente proinde et annuente Metropolita coadiuto, primo anno ab obitu expleto, ut eius memoria inter fideles et amicos perennior evaderet et eius praesentia inter hierarchas ucrainos monumentum quoddam duratu-

rum obtineret, saltem inter studiosos et peritos historiae Ecclesiae Ucrainae, — volumen hoc secundum « Litterarum Episcoporum », suorum in munere Praedecessorum, ipsi dicamus in memoriam.

Hoc monumentum ponimus in luce illorum copiosorum et amplissimorum documentorum illius longaevis Praesulis Chelmensis, Jacobi Susza, quae conficere in bonum Ecclesiae nostro Joanni Divina Providentia, in Sua imperscrutabili profunditate, non dedit.

Sit voluntas Dei benedicta! Eiusque beatifica visio merces magna nimis ei, cui non defuit velle, sed posse!

« ANALECTORUM OSBM » REDACTIO

Romae; die 29 iunii 1973

INTRODUCTIO

Volumen secundum « *Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium* » periodum sat magni momenti in historia populi et Ecclesiae Ucrainae comprehendit, qua nempe periodo varia facta sunt tentamina ad independentiam politicam et unitatem ecclesiasticam obtinendam, quae intime iunguntur et ab invicem pendent.

Sunt tempora bellorum cosacico-polonorum duce Bohdan Chmelnycky eiusque successorum, quibus etiam negotia ecclesiastica maximum habuerunt momentum; hoc tempore propositum antiquum pacificationis: « ne Rusj Russiam debellaret » mutatum est in expressum tentamen, armis adhibitis, partem devictam opprimendi et supprimendi. Tentamen hoc tamen, plurimis lachrymis et sanguine profusis, nullum habuit effectum, attamen sat frequentia provocavit commertia litteraria defensiva, praesertim ad Sedem Apostolicam. Prout aliis temporibus, etiam hac periodo videnda sunt praeprimis *Acta et Litterae S. Congr. de Prop. Fide*, in nostra collectione iam edita (1953-1954) et *Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes*, quae sex voluminibus (VI-XI) actionem Sedis Apostolicae hac periodo illustrent (ed. 1962-1967), praeper alias editiones nostrae Collectionis.

Deficiente vel vacante hac periodo Metropolia Kiovesi eiusque titularibus, ordinariis defensoribus Ecclesiae et Unionis, maius momentum obtinent Hierarchae uniti, praesertim Episcopi Chelmenses: Methodius Terleckyj et Jacobus Susza, ut patet etiam ex praesenti volumine, qui maius pondus humeris suis imposuerunt, conscientia propriae responsabilitatis historicae duce. Unde eorum litterae et relationes in praesenti volumine praevalent, tum quoad res externas tum internas Unionis.

Non sunt parvipendenda etiam documenta, quae historiam Eparchiae Mukačoviensis eiusque Unionis spectant, montibus Carpaticis a calamitatibus bellorum cosacicorum separatae et protectae.

Ut in primo volumine *Litterarum Episcoporum* (1972), etiam in hoc secundo et sequentibus necessum erat iungere documenta olim omissa vel nondum inventa Metropolitanarum et Nuntiorum Apostolicorum Varsaviensium, quae notantur titulis episcopalibus auctorum, ne expectare deberent volumina *Miscellaneorum*, secundo tempore edenda, quia optime hanc periodum illustrent.

In nostro volumine collationavimus etiam documenta, quae iam ab aliis edita sunt, et in quibusdam casibus etiam notavimus, ut fontem editum, etsi iam parata erant a nobis suumque tempus expectabant, ut publici fiant iuris. Studiosis viris singularum quaestionum vel eventuum historicorum relinquimus onus inquirendi etiam de aliis editionibus singulorum documentorum, quia res haec exulat nostrum propositum, quod editionem integrorum textuum attendit.

Quod spectat adnotationes, abbreviationes etc., ad alia volumina nostra lectorem remittimus, quia nihil novi in praesenti volumine notandum est. Si quae vero nondum sunt inventa, vel ob inadvertentiam omissa, aliquando in *Miscellaneis* fient publici iuris, quia similes omissiones, non intentae, pertinent ad sortem, etsi attentissimae, investigationis Archivorum, praesertim talis molis et diversitatis, prout sunt Archiva Sedis Apostolicae, quae negotiis totius orbis christiani per sua Dicasteria iam per tot saecula fideliter attenteque invigilat.

Volumen praesens memoriae Exc.mi D. Joannis Stock, Ep. tit. Pergamem., praemature vita functi, dicamus.

P. ATHANASIVS G. WELYKYJ, OSBM

NOTA BIOGRAPHICA

DOMINUS JOANNES STOCK

Episcopus tit. Pergamen. Auxiliarius Philadelphien

Natus est die 5 iulii 1918 in St. Clair, in Pennsylvania, USA.

Filius Theodori et Mariae Scrinkoska.

Scholam elementarem et mediam absolutus est in St. Clair, Pa.

Studiis philosophicis et theologicis operam dabat in Civitatibus Europae: Austriae (« Canisianum », Innsbruck) et Helvetiae (« Sion »), dein Baltimore, Md. et Washingtonii, D.C.

Die 4 decembris 1943 ordinatus est sacerdos Philadelphiae, Pa. per manus Exc. D. Constantini Bohachewskyj.

Dein parochus S. Constantini in Minneapolis, Minn., et SS. Petri et Pauli in Chisholm, Minn.; ab anno 1945 Secretarius Archiep. Philadelphiensis et Capellanus Religiosarum, nec non « excurrando » parochus S. Spiritus Brooklynii, N.Y., et parochus S. Michaëlis in Yonkers, N.Y.

Bello universali absoluto, venit in Europam ut Capellanus militaris, et Delegatus pro exsulibus ucrainis, quibus omnes vires suas et tempus dicavit cum maximo successu usque ad an. 1952.

Anno 1952, mense iulio, in patriam rediit, et munus Secretarii Exarchatus Stamfordensis, et dein Cancellarii (ab an. 1956), nec non parochi S. Michaëlis in New Heven, Conn., exercebat; ab anno vero 1968 munus parochi S. Michaëlis in Yonkers, N.Y. explebat.

Ab anno 1953 honorabatur titulo camerarii secreti supranumerarii Summi Pontificis.

Die vero 11 ianuarii nominatus et die 23 februarii 1971 publicatus fuit Episcopus titularis Pergamen. et Auxiliarius Metropolitae Philadelphiensis Ucrainorum in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis.

Die 25 maii 1971 consecratus est Episcopus in ecclesia Immaculatae Conceptionis Philadelphiae, per manus Exc. Metropolitae Ambrosii Senyshyn, et Jaroslai Gabro, Chicagensis S. Nicolai, et Michaëlis Dudyk, Passaicensis, Episcoporum.

Consecratus, munus suum pastorale exercebat ut Vicarius generalis Metropoliæ, cui commissæ erant quædam activitates archieparchiales et etiam paroeciales in viciniis civitatis Philadelphiensis, quibus occupatus erat usque ad suum præmaturum et repentinum obitum in itinere pastorali.

Obiit die 29 iunii 1972 prope civitatem Philadelphensem.

Diebus 2-3 iulii 1972 locum habuit funus episcopale magno concursu Episcoporum, Cleri, Religiosorum Religiosarumque nec non fidelium, in cathedrali ecclesia Immaculatae Conceptionis in Philadelphia.

Tandem die 4 iulii 1972 tumulatus est penes suos parentes in St. Clair, assistentibus Episcopis, Clericis, Fidelibus.

Episcopus Joannes notabatur magna humana bonitate cordis et affabilitate conversationis socialis; vera et operosa christiana charitate erga proximos et longinquos; zelo pastorali et sacerdotali et operositate nec non benignitate mansuetudineque archipastorali.

Requiescat in pace! In Ecclesia memoratus! A Domino coronatus! Luce et vita aeterna collustratus!

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

Vol. II: 1641-1664

**LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES
(1641-1664)**

1.

Ratisbona, 22. II. 1641.

Expositio Nominati Nitrensis, Vicarii Agriensis, de unione Ep. pi Mukačoviensis.

ARCH. STATUS, BUDAPEST, *Canc. status*, Proposition. et opiniones, fasc. vol. 15.
HODINKA A., *Okmanytara*, pag. 88, n. 66.

Ep. pum et patriarcham Munkaciensem ⁽¹⁾ r. gr. rediisse in unionem Ecclesiae, qui dum Jassoviam ad professionem fidei faciendam venire intenderet, a Joanne Ballingh capitaneo arcis Munkach arrestatus fuisset, postmodum tractus in iudicium ad aedes ipsius capitanei et ep. patu bonisque omnibus privatus. Extractus autem fuisset violenter armata manu ex monasterio et in arcem captivus ductus proxime in Transniam mittendus. Requisitum ipsum per D. Homonnay et generalem, ne haec et similia atentaret, cum ipse ep. porum, etsi diliquissent, competens iudex esse non posset, ipse vicissim per suas litteras nuntiavit, se quidem non diffiteri ea fecisse ipsumque ep. patu et bonis omnibus privasse, imo etsi, inquit, sancti et pii reges illud monasterium fundaverint bonisque auxerint, quia tamen ea privilegia jam periissent, pridem jure ad arcem defluerent omnia. Quod quam falsum esset appareret ex eo, quod multa ejusdem monasterii privilegia adhuc extarent et prae manibus capituli ac nobilium haberentur. — Opinio. — Rem prorsus indignam et ecclesiae libertati praejudiciosam esse per Joannem Ballingh admissam. Proinde

¹ Agitur de Basilio Tarasovyč, Episcopo Mukačoviensi (1633-1651). Vocatur hic patriarcha forsitan per falsam interpretationem vocis «vladyka», quae episcopis ruthenis dabatur nec aliud significat nisi «hierarcha» vel «ordinarius». De hoc episcopo plurima dantur documenta proximo decennio. De eius vero professione fidei eiusque difficultatibus cfr. M. LACKO, SJ, *Unio Užhorodensis Ruthenorum Carpathicorum cum Ecclesia Catholica*, Romae 1955; A. PEKAR, OSBM, *Narysy istoriji Cerkvy Zakarpattja*: I — Jerarchične oformlennja, Romae 1967.

mandari D. palatino oporteret, ut ipse modis omnibus quamprimum liberationem Ep. pi et restitutionem bonorum eccl. ticorum procuraret, cum alias quoque arx Munkacsiensis ad Suam Mat. tem pertineret. Scribi etiam principi Tran. niae, ut Ep. pum dimittat ac dimitti curet bonaque restitui. Similiter etiam generali Cassoviensi et capitaneo nominato Ballingh.

2.

Ratisbona, 15. III. 1641.

Aep. Strigoniensis Praefecto P.F. de professione fidei Catholicae ex parte Ep. pi Mukačoviensis deque eius incarceratione.

APF, *Scritt. vij. n. Congressi: Germania*, vol. 83, fol. 45, 50.

HODINKA A., *Okmanytara...*, n. 71, pag. 43.

Em. me Princeps, Domine, Domine, Patr. Col. me.

Biennium est, ex quo cum patriarcha Rutenorum Graeci schismatis in dioecesi mea Agriensi de conversione ad fidem catholicam laboratur. Dedit tandem D. nus fructum: patriarcha veritatem agnovit,² conversionem promisit non modo suam, sed et animarum sibi subjectarum, quorum numerus prope 100 millia attingit, dumque ad faciendam in capitulo meo fidei professionem iter parat, a sociis graeca fide proditus, per capitaneum principis Tran. niae monasterio extractus vinctusque in Tran. niam missus fuit. Non intermisit Sua Mat. tas apostolico zelo principem de enormi injuria eccl. tici status dimissioneque patriarchae commonere, Domino quoque palatino Ung. in mandatis dare, ut quavis opportuna ejus liberandi media adhibeantur. Supplico hum. me Em. tiae Vestrae, dignetur hunc patriarcham in suum patrociniū suscipere ardentemque suum erga conversionem animarum zelum ad nos quoque extendere, praesertim dioecesim meam Agriensem, quae uti haereticorum multitudine et potentia omnes alias in regno antecedit, ita in ejus conversione totius in Ung. haeresis extirpationem gentisque ad avitam fidem reductionem sitam esse, non est quod dubitetur. Revereor dem. sacras vestes Em. tiae Vestrae eamque diu fel. me valere cupio.

Ratisbonae, 15 Martii, 1641.

Em. tiae Vestrae hum. mus servus

Georg. Lippay, Ep. pus Agriensis (mp).³

² Cfr. supra notam 1.

³ Georgius Lippay, Episcopus Agriensis; tunc temporis Episcopi Agrienses erant supervisores Episcoporum Ruthenorum Mukačoviensium, imo iurisdictionem immedia-

(fol. 50): 1641. 15 Marzo. Ratisbona. Il Vesc. d'Agria. Havendo il patriarcha de' Ruteni gr. schism. dopo 2 anni di negoziato al fine riconosciuto la vera fede della rel. cath. e promise la conversione di circa 100 milla anime a lui sogette. Mentre si preparava al viaggio per Agria a far' la professione della fede, è stato da ministri del principe di Tran.nia estratto fuori del monastero e mandato prigionere in quel principato. S. Maestà C. ha interposti i suoi uffici tanto con detto principe, quanto col palatino per la lui libertà. Supplica anco V.E. di accettare la protezione di questo patriarcha et insieme della sua diocesi... Sig. card. Palotto. — Die 13 Maii 1641: Congr. 236, n.ro 36, b.

3.

Ratisbona, 19. III. 1641.

De incarceratione Ep. pi Mukačoviensis relatio Aep. Atheniensis (Nunt. Vienneensis).

APF, *Scritt. rif. n. Congr. generali*, vol. 83, fol. 46, 49.

Emin.mo et Rev.mo Signor Padron Colendissimo.

Sono molti mesi, e forse più dell'anno, che si stava negoziando, che il Patriarca de Ruteni dell'Ordine di San Basilio che suole dimorare nei Monti Carpatij tra l'Ungheria, la Transilvania, et la Polonia, lassato lo Scisma hereticale, venisse alla nostra Santa Religione. Ultimamente, quando stavamo per effettuare una così buon'opera, dalla quale si saria potuta probabilmente sperare la conversione di molte decine, et forse d'un centinaio de migliaia d'anime, che involte nell'istesso errore, et in una ignorante semplicità habitano in quelle parti, il Ragozzi, Principe di Transilvania, ch'è perfido Calvinista e perciò infestissimo nemico della Religione Cattolica, havendone havuto sentore, ha per mezzo de suoi Ministri fatto carcerare il detto Patriarca à Muncach, et condurre in Transilvania, di che, havendomene data parte il Vescovo d'Agria, G. Cancelliere d'Ungheria, per le cui mani si maneggiava tal conversione, non solo n'ho io scritto al Palatino cioè Vice Re di quel Regno, perchè cò suoi efficaci, et risoluti ufficij riduca il Ragozzi, suo amico confidente, alla scarceratione di detto Patriarca, ma anche s'è operato, che S. Maestà ne scriva di buon inchiostro tanto al Palatino sodetto, quanto al Ragozzi

tam praetendebant usque ad erectionem canonicam an. 1771. Unioni tamen Užhorodensi an. 1616 (24 aprilis) iam Georgius Jakusics assistebat. Cfr. LACKO, *op. cit.* et A. PEKAR, *op. cit.*, pag. 30.

medesimo. Sen'attenderà (f. 46v) di sentire l'effetto, per darne à suo tempo riverentissimo ragguglio all'E.V., alla quale intanto con profondissimo inchino bacio humilmente le vesti.

Ratisbona, 19 Marzo, 1641.

Di V. Eminenza umil.mo et dev.mo Servo oblig.mo

Gasparo, Arciv. d'Atene.⁴

Mons. Nuntio: Havendo il Ragozzi Principe di Transilvania Calvinista havuto notizia del maneggio della Conversione alla Religione Cattolica del Patriarca de Ruteni, che suol habitare nei Monti Carpatij, per la quale è quasi l'anno si negoziava, e se ne sperava probabilmente la conversione di farsi un centinaio de migliaia d'anime, che habitano in quelle parti, lo ha fatto carcerare a Moncach e condurre in Transilvania. Del che havendogliene dato parte il Vescovo di Agria, G. Cancelliere d'Ungaria, il quale trattava detta Conversione, ne ha scritto egli al Palatino Vice Re, amico di detto Ragozi, et ha operato che S. Maestà ne scriva tanto al detto Palatino, quanto al detto Ragozi per la scarcerazione di quello. Aspetterà di sentirne l'effetto per darne poi parte a V.E.

4.

Roma, 13. IV. 1641.

Epistola Card. Antonii Barberini ad episcopum Agriensem Georgium Lippay.

BIBL. AP. VAT., *Barberini lat.* 1938, fol. 20.

LACKO M., *Unio Užhorodensis...*, Romae 1955, pag. 202, nr. 12.

Episcopo Agriensi.⁵

Quae Ruthenorum Patriarchae accidisse retulerunt Dominationis Vestrae literae, haud parvam mihi praebent doloris materiam, qui facile intelligo, quanto ille plurimorum detrimento a Principis Transylvaniae ministris detentus fuerit, qui cum catholicam agnovisset veritatem, ad eandem populos sibi subiectos perducere pollicebatur. Eius tamen liberationem cum Caesareae Maiestatis pietas sedulo promoveat, in spem venio fore ut optatu ad exitum perducatur. Quidquid autem mea ob opera proficisci poterit propense adhibebo, neque ullis parcam officiis,

⁴ Nuntius Viennensis Gaspar Matthei (1639-1644), ab an. 1643 Aep. Atheniensis, creatus cardinalis an. 1643.

⁵ Georgio Lippay.

quibus testatam faciam hac in re sollicitudinem meam, et praecipuam voluntatem, qua Dominationis Vestrae desideriis et istius ecclesiae commodis praesto esse nunquam praetermittam, eidemque ab Altissimo felicitia omnia enixe precor.

Romae, die 13 Aprilis 1641.

5.

Mukačiv, 12. VII. 1641.

Conditiones pro excarceratione Ep. pi Basilii Tarasowič, Ep. Mukačoviensis, Domino terrestri datae.

ARCHIV. EP. UŽHORODEN., *Litterae polit.*, nr. 10.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 80, pag. 105.

Ego Blasius⁶ Tarassovics, monasterii Munkacsiensis gr.r. Ep.pus, do pro memoria vigore praesentium, quibus expedit universis.

Incidisse me superioribus temporibus in meritam indignationem D.ni mei clem., Ill. utpote prin. Tran.niae et arcis Munkacs. possessoris, respectu certarum quaerelarum ad aures ejusdem, nec non D.norum capitanei Munkacs, ac universorum bonorum ad eandem arcem pertinentium praefecti delatarum. Quae quidem quaerelae per ipsos juris ordine revisae ac determinatae extiterant meque deliquisse judicialiter comperatum fuerat ita, ut aliquandiu in aresto quoque sub honesta custodia detineri debuerim. Interea supplici instantia causam meam praevenire volens, praefatum Ill. principem medio dicti Domini capitanei Joannis Ballingh et aliorum benevolorum meorum requisiveram, qui ipsum etiam complacarunt. Intuitu cujus supplicis meae instantiae ac interpositionis praemissae sua Ill. D.natio erga me priorem benev. inclinationem et propensitatem declarans, modernos meos excessus grat. condonavit sub sequentibus hisce conditionibus:

Conditiones, quibus Ep.pus Munkacs. nomine Blasius Taraszovics ex captivitate Munkacsiensi dimissus est:

1. Quod cum ipse ad hunc Ep.patum per principem Tran.niae tamquam arcis Munkacs. D.num ter.rem promotus fuerit, eundemque Ep.patum mediante donatione ipsius una cum omnibus bonis possederit ac sub ejusdem protectione degerit et insuper omnem dependentiam hactenus a D.nis ter.ribus sive possessoribus ac ipsa civitate habuerit,

⁶ Ut videtur falsa transcriptio nominis Basilii. De his conditionibus cfr. bibliographiam, praesertim opera M. LACKO et A. PEKAR.

ita deinceps quoque modernum principem tamquam loci ejus D.num ter.rem et successores ejusdem futuros dictae arcis possessores pro suis patronis ac D.nis clem. agnoscet neque praeter voluntatem ipsorum quidquam contra antiquum usum et ordinem faciet;

2. Quod proventus monasterii ad reponendum extra Regnum non transferet, prouti hactenus quidquid corradere licuit in Poloniam transtulit, verum ad restorationem monasterii diligenter ac fideliter conservabit, ad quod etiam fide et juramento sit obligatus, alioquin si secus facere comperietur, privetur officio simpliciter et absque omni juris processu. Hoc adjuncto, quod quantum ad proventus monasterii, sive sit in vino sive in aliis, ex aliis honesta donaria suis benevolis quidem largiri possit, verum id, quod repositum vocari solet, extra monasterium ad alia loca non transferatur, sed in loco relinquatur;

3. Quod tot sacerdotes ac studiosos Polonos deinceps non interteneat, sed indigenas instrui faciat, aut duo vel tres si penes ipsum interteneantur docti viri, ii sufficiant. Facile ipsum inventurum in Hungaria tam sacerdotes, quam et studiosos, alioquin si in posterum quoque idem fiet, quod hactenus, consumentur haud dubie omnes proventus monasterii cum miserae plebis et bonorum gravi jactura et ruina. Hoc quidem declarato, quod si sacerdotes, studiosos, doctos homines duos aut tres sive ex Ruthenis sive Valachis sive Polonis penes se tenere voluerit, hoc illi licitum sit, si Hungaros habere et reperire non posset. Similiter etiam servitores et magistros pro status sui exigentia intertenere possit, modo ne superfluos, ne videlicet ab inutilibus et non necessariis hominibus proventus monasterii consumantur;

4. Quod in medium Ruthenorum in bonis principis ac aliis ad claustrum pertinentibus nullas novas taxas aut census per miseram plebem contribui faciet, sed prout antecessores ipsius Ep.pi, juxta antiquum usum, proventibus suis contenti fuerunt, ita ille quoque sit contentus, non sicut hactenus cum ruina subditorum, ubi antea florenus a divortio accipi solebat, modernus vladica sive Ep.pus 12 flor., et ubi antea 12, jam 24 aut ultra exigentur; insuper talia interdicta in bonis imponeret, ad quae miseri coloni insufficientes essent, ne eos quoque exactione tali deinceps cum ipsorum afflictione onerare praesumat; accidisse enim nonnunquam, ut rustici vel ideo quoque per ipsum terrerentur, ut eo facilius ad praestandos sibi labores, utpote vinearum culturam aut alias operas adigi valerent; quae si in posterum in bonis per ipsum admitterentur, comperta rei veritate, privationem ab off.o eo facto incurrat ac insuper damna illata refundat. Hoc addito, quod sicuti ipsius praedecessores juxta antiquum usum proventibus suis contenti fuerunt, sic ille etiam contentus esse debeat eo statu Ep.patus, in quo invenit ac etiam possidet; quantum

vero ad redditus sibi de ordinatione debitos, utpote 12 fl., ac insuper hospitalitatis jura, in eo nulla habetur contrarietas; quantum ulterius ad negotium divortii, ubi Ep.pus vocationi suae restitutus fuerit, tractabitur cum illo unanimi consensu tam de Ruthenis versus Homonnam, quam etiam in aliorum D.norum ac Nobilium bonis in comitatu Beregh. existentibus. Permittatur sane, ut juxta legem Dei ii, qui ob excessus suos mortem promeriti sunt, plectantur gladio, alii cedantur virgis, quorum demeritum minorem paenam exigit et non pecuniis mulctentur. Si enim subditi ante tempus hoc facere cogentur, relictis suis sedibus fugerent ad alia loca, ubi majorem libertatem acquirerent. Interea maneat res in priori solito usu. Ubi vero subditi in bonis principis precario quasi ad labores petantur, eos ita esse constitutos, ut si magni viri quid ab illis postulent, id perinde ac si juberentur, accipiant. Cautum itaque deinceps sit, ut ejusmodi quoque petitiones Ep.pi rarius et cum moderamine apud subditos fiant. Qui vero pro demeritis puniuntur, convincantur jure, oportet; postmodum pro merita poena sive manuum laboribus, utpote messi, vinearum cultura aut aliis quibusvis operibus satisfacere velint, illis liberum relinquitur, modo in iis quoque non sit excessus;

5. Quod se de misera plebe pro factis querelis non vindicabit neque etiam contra principem aut ejus officiales ac magistros Munkacsienses palam vel occulte ullas simultates aut practicas fovebit, difficultates vero antea motas et jam sopitas nunquam resuscitabit, imo perpetuae oblivioni tam per ipsum, quam per principem tradi debebunt, prout etiam ex parte officialium et sic in omnibus juxta modernam suam oblationem instar antiqui usus sese in Ep.patu geret;

6. Quod domum diversoriam in monasterio non intertenebit; saepius enim contigisse, quod Poloni ad eas partes commeantes, relicta domo diversorii principis, apud ipsum divertissent, ex quo in monasterio suo hospitibus tam vinum, quam cerevisia propinaretur. Ne deinceps itaque simile quid Ep.pus admittat, in eo quoque libertatem ipsius circumscriptam et invalidam esse oportebit. Quantum vero ad solutionem familiarium attinet, id liberum erit, sive sit ex vino, sive alio quocunque modo, neque aliud hac in parte, quam educillatio publica interdicitur. Habere enim principem tam educillum, quam etiam domum diversoriam, ubi si quis aliquid habuere voluerit, reperiet;

7. Habentur certi districtus vinearum in promontoriis Ivanny, Lauka et Lohovo, de quibus differentiae vigentes juris ordine possunt accommodari. Quoad differentiam vero ratione decimarum, eam in certo termino praefigendo per judices arbitros utrimque convocandos posse determinari facere, acceptis ab ipsis quibuslibet documentis et probationibus, quae per Ep.pum in jurium suorum tuitionem afferi poterunt.

Ad quas quidem conditiones in omnibus punctis et clausulis inviolabiliter observandas et per alios sibi subjectos praetextu et colore sine omni observari faciendas sese praefatus Blasius Taraszovics Patriarcha sive Ep.pus Munkács, vigore praesentium obligavit ita, ut si eas non observaret aut contra aliquam dictarum conditionem vel in parte quoque impingeret, a possessoribus arcis Munkács et officialibus eorum ab off.o eo facto privari, in persona quoque deteneri et capi ac juxta demerita ipsius puniri possit ac valeat, ita nihilominus et sub tali conditione, ne D.nus capitaneus quoque modernus et futuri officialesque et magistri cuilibet delationi contra ipsum locum dare velint, sed si coram illis Ep.pus deferatur, primum et ante omnia requirant ipsum de objectis. Qui si in eis se purgare non poterit, revideatur res juris ordine et statuatur testimonia fidedigna et juxta leges regni acceptabilia; convocentur porro certi jurisperiti viri tam ex parte possessoris, quam etiam ipsius Ep.pi sitque cognitio causae tum coram praedicante Munkacsiensi, tum etiam certis principalioribus sacerdotibus ad Ep.patium pertinentibus. Quo pacto si Ep.pus jure convincitur juxta praemissum modum, tum primum puniri et in ipsum animadverti valeat. Obligat se porro patriarcha, iturum se in Tran.niam quoque ad ipsum principem et illum complacaturum. De quibus omnibus adimplendis a se reversales dedit coram Joanne Marinich, omnium ecclesiarum illarum partium gr.r. archidiacono, qui etiam de adimplendis omnibus praemissis tam principem, quam etiam capitaneum ac officiales Munkacsienses modernos et futuros assecuravit ita, ut si praescriptas conditiones Ep.pus non observaret vel in aliqua saltem parte eas violaret, se pro ipso deinceps nullam instantiam facturos neque illum amplius defensuros.

In cujus rei fidem is quoque literas sigillo suo munitas coram certis personis, utpote Petro Kisfalusy, vicecomite, Stephano Kerepeczy et Francisco Kisfalusy, jud. nob. ac Joanne Tegenyey, jurassore comitatus Beregh., item coram Nicolao Literato, Ioanne Laczay, Paulo Arday et Petro Debreczeny, praedicante Munkacs., dedit.

Actum in arce Munkács, 12 Julii, 1641.

6.

Vienna, 10. IX. 1641.

Epistola Nuntii Viennensis ad Card. A. Barberini de liberatione « Patriarchae Ruthenorum ».

BIBL. AP. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6221 - (folia non sunt numerata).

Eminentissimo etc.

Il vescovo d'Agria, Cancelliere d'Ungaria, m'ha data parte della

scarceratione di quel Patriarca de Ruteni, che il Prencipe di Transilvania fé carcerare li mesi passati,⁷ come all' hora io scrissi, et devo humilmente rappresentarla à Vostra Eminenza con aggiungere, che il detto vescovo m'ha detto, che il medesimo Patriarca ha date alcune lettere reversali, o fatte promesse al detto Prencipe, quali però si procurerà dal medesimo Vescovo far rivocare. In tanto ho rese le gratie à Sua Maestà Cesarea, che scrisse e mandò à posta per la detta scarceratione. E con ciò fo à Vostra Eminenza profondissimo inchino.

Ratisbona, 10 Settembre, 1641.

7.

Ratisbona, 12. IX. 1641.

Archiep. pus Strigoniensis de inclinatione ad Ecclesiam Catholicam Episcopi Mukačoviensis.

APF, *Scritt. rif. nelle Congreg. gen.*, a. 1642, vol. 83, fol.44. 51v.

Eminentissimi Principes, Reverendissimi Domini, D. Patroni Gratosissimi.

Patriarcha Rutenorum post diuturnas carceris molestias, ad seriam Suae Maiestatis Caesareae requisitionem, liber tandem a Principe Transylvaniae dimissus est, bonisque Monasterij et Ecclesiae suae restitutus, verum non absque reversalibus valde praeiudiciosis,⁸ quae ab ipso necessitate compulso dari quidem oportuit, sed cum illa iure ipso nulla sint, omnem adhibebo conatum ut et reversales caventur, et patriarcha immunitatum et privilegiorum, quibus Ecclesiae in Ungaria fruuntur, particeps reddatur. Tribulationibus, pia eius affectio, non modo labefactari non potuit, sed magis etiam aucta est et statuitur, qui etiamnum pollicetur, universam in Ungaria Ruthenorum multitudinem, septuaginta et amplius millia animarum, ad unionem Sanctae Ecclesiae reducere. Ut non immerito Eminentiae Vestrae Patrocinio ac singulari auxilio dignus censeatur. Cuius sacras vestes desidero.

Ratisbonae, 12 Septembris, 1641.

Eminentiae Vestrae humillimus ac devotissimus Capellanus

Georgius Lippay, Episcopus Agriensis (mp.)

⁷ Princeps Franciscus Rakocsy, senior (1630-1648). Episcopus excarceratus fuit, datis quibusdam conditionibus scriptis; cfr. supra, sub nr. praecedenti.

⁸ Cfr. supra nr. 5.

(51v): Il Vescovo d'Agria:

Il Patriarca de Rutheni è stato rilasciato libero dal Principe di Transilvania, e persiste nella buona disposizione di farsi Cattolico; si procurerà però la revocatione delle reversali fatte da lui a suggestione di detto Principe.

8.

Roma, 30. XI. 1641.

Card. Fr. Barberini Nuntio Filonardo, de expeditione gratuita Bullae pro Metr. Sielava.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6593, fol. 402v.
 MUH, vol.II, pag. 268, nr. 184.

Li 30 novembre 1641. A Monsignor Nuntio in Polonia.

...Mi parlò un monaco Ruteno, dolendosi che la spedizione del Metropolitano avesse impuntato in certi ministri, che non ostante il gratis, volevano esser pagati. Io l'inviài da persona intendente, perchè vedesse se quegli'Officiali erano di quelli, che per le fatiche pretendessero il suddetto pagamento, il che va nelli gratis, et nelle spedizioni gratiose, che Sua Santità concedesse a me stesso, perchè la gratia di Clemente VIII s'haveva da conservare intatta.

9.

Vienna, 21. XII. 1641.

Archiep.φus Atheniensis (Nunt. Viennensis) de Ep. Mukačoviensi.

APF, *Scritt. rif. nelle Congr. generali*, vol. 83, fol.1.

Emin.mo e Rev.mo Signor Padron Colendissimo.

Scrissi alcuni mesi fà diffusamente circa quell'all'ora m'occorse del preteso Patriarca, di cui ha scritto Monsig. Vescovo d'Agria, ma hora, che ricevo il pregiatissimo ordine di V. Eminenza delli 23 passato, non mancarò replicare à tutto quello V. Eminenza specificatamente comanda, ogni volta che il Patriarca venga quà, dove l'aspetto ogni giorno, o Monsignor Vescovo sodetto ritorni d'Ungaria, che sarà tra pochi giorni. E con ciò à V. Eminenza con profondissimo inchino bacio humilmente la veste.

Vienna, 21 Dicembre, 1641.

Di V. Eminenza umilissimo et dev.mo Servo oblig.mo

G. Arcivescovo d'Atene.

10.

Vindobona, 5. IV. 1642.

Aep.φus Atheniensis (Nunt. Vindobonensis) de Episcopo Mukačoviensi, eiusque subsidio.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 85, fol. 170-171.

Emin.mo R.mo Signor Padron Col.mo.

È capitato quì quello altre volte fu scritto esser Patriarca de Ruteni, il quale in effetto è Vescovo, come V. Eminenza si degnarà vedere nell'accluso foglio. Desidera grandemente unirsi con la Chiesa Cattolica e perciò farà quanto prima avanti di me la professione della fede, abiurando l'heresia; informa e desidera havere qualche soccorso o elemosina dalla Sacra Congregazione de Propaganda, per la quale attenderò benignissimi ordini di V. Eminenza, alla quale con ciò fò profondissimo inchino.

Vienna, 5 Aprile, 1642.

Di V. Eminenza umil.mo et dev.mo Servitore oblig.mo

Gasparo, Arcivescovo d'Atene.

(f. 171v): Die 30 Aprilis, 1642:

Referente Emin.mo Card. Brancatio litteras Nuntij Caesarei de Patriarcha Rutheno, de quo scripsit Episcopus Agriensis Sac. Congr. quod scilicet non erat Patriarcha, sed Episcopus Monkatziensis, et Maramoriensis in Moldavia, nomine Basilius Tarasowicz, Ritus Graeci, et simul instantiam eiusdem Basilij pro aliquo subsidio pecuniario, cum promissus sit emittere professionem fidei catholicae coram eo, Sac. Congregatio iussit Nuntium praedictum moneri de decreto S.D.N. ne redditus Sac. Congregationis impendantur nisi in Missionibus, et Alumnis.

Si scriva al Nuntio, che la Sac. Congr. havrebbe dato qualche subsidio al Vesc. Basilio, si non li fosse prohibito; però veda di far sua scusa, quando si risolve a far la professione della fede secondo l'aggiunta formula, ne dia avviso, che si considererà poi quello, che si potrà fare in suo servitio.

11.

Vindobona, 3. V. 1642.

De professione fidei Ep.φi Mukačoviensis informat Archiep.φus Atheniensis (Nunt. Vindob.)

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 85, fol. 179rv.

ASV, *Nunziaturae diversae*, vol.15, fol. 171-172.

Vienna, 3 Maggio 1642.

Quel Vescovo Munkatziense di Rito Ruteno a confini d'Ungaria verrà instrutto da Teologi in particolare nel punto della processione dello Spirito Santo, et in quello dell'unità della Santa Chiesa Cattolica Apostolica Romana, per poter far poi nelle mie mani la solita professione della fede, nella forma stampata, datami quando venni a questa Nunziatura, come accennai alla Sacra Congregazione de Propaganda Fide sotto li 5 passato, per riconciliarlo poi, come dispone il Pontificale Romano, a carte 447. E perchè S. Maestà Cesarea mostra gusto d'assistere a tal funtione, e si giudica che la reminiscenza della presenza della Maestà Sua, doppo la gratia divina, possa, in caso che mai fosse tentato, ritenerlo dalla recidiva, s'aspettarà il ritorno della Corte à Vienna, essendo la Cappella di Laussemburg poco capace per una tal funtione. Intanto supplico V. Eminenza ad accennarmi, come mi devo regolare non solo nelle cose sopradette ma in particolare, se essendo egli ordinato (f. 179v) et consacrato da Vescovo scismatico, si deva ordinare, et consacrare di novo, et à qual titolo, o se deva io mandare costà per ben stabilirlo, et se in tal caso dovrò provederlo di viatico, etc. etc.

Si è scritto come deve far la professione.

12.

Roma, 17. V. 1642.

Card. Barberini Nuntio Apostolico Poloniae Filonardi de expeditione Metropolitae Kioviensis et de professione fidei.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6234, fol. 38v.

Della sodisfatione ricevuta dal Metropolita di Russia unito⁹ per le spedizioni da lui ricevute senza spesa, ne ho sentito gusto, sperando, che cotesto Prelato per le gratie ottenute da questa Santa Sede s'animerà non solo a continuar la Santa Unione de Rutheni, esporrà ogni suo studio e diligenza nell'evitar gli abusi che per l'ignoranza de popi e negligenza degl'Igumeni s'intende esser introdotti nelli Rutheni uniti, e ne monasteri de monaci Basiliiani, ma ancora a propagar la detta Santa Unione, la quale così per parte di Nostro Signore dovrà ella inculcare al detto Prelato et a gl'altri Vescovi et Archimandriti uniti loro.

⁹ Novus Metropolita Kioviensis, Antonius Sielava obtinuit Bullam provisionis metropolitae die 18.III.1641; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, Romae 1953, nr. 458, pag. 519. Expeditio gratuita erat assicurata in Unione Ruthenorum s.d. Berestensi, a Clemente PP. VIII: cfr. Bullam « *Decet Romanum Pontificem* », die 23.II.1596; *IBIDEM* pag. 266, nr. 152.

Circa poi la professione della fede fatta dal suddetto Metropolita, costumando il santo Ufficio di farlo fare a uniti Greci, secondo la formola prescritta da Nostro Signore agl'Orientali, e similmente havendo la detta Sacra Congregazione di Propaganda Fide fatta far la professione in quella forma dalli Patriarchi Cyrillo di Veria et (*textus corruptus et illegibilis*) V.S. la faria di nuovo fare nella medesima forma dal detto Metropolita, e me la mandi detta da lui e se la faria anche fare nell'avvenire dalli Vescovi uniti, che si promuoveranno alle chiese unite.

Roma, li 17 di maggio 1642.

13.

Vindobona, 14. VI. 1642.

Archiep.pus Atheniensis (Nunt. Vindobonen.) refert de professione fidei Episcopi Mukačoviensis, et de morte Episcopi Valachorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 85, fol. 182-183.

Ill.mo e Rev.mo mio Oss.mo, Monsignor Ingoli.¹⁰

Ricevo la gentilissima di V.S. Ill.ma de 24 passato in proposito del Vescovo Munkatziense, et veduto quello s'osserva circa il ricavar la professione della fede da Vescovi Orientali, devo rappresentare a V.S. Ill.ma che S.M. Cesarea mostrò gusto d'intervenire alla funtione, la quale fu fatta nella sua Cappella à Luxemburg, et mi governai, conforme al Pontificale Romano, nel Capo della reconciliatione de Scismatici, et io pasato ricevei la Professione della fede com'in detto Pontificale, con l'intervento delle M.S. et della Corte. Havendo poi ricevuta la forma in stanza da far sottoscrivere da detto Vescovo la mandai in Ungaria al Vescovo di Agria, et le diedi facultà che di novo ad maiorem cautelam, et quatenus opus sit facesse reiterare avanti di se (f. 182v) come di delegato da me, la detta professione della fede, la facesse sottoscrivere et me la rimettesse, ma per ancora non n'ho hauta nova, ne risposta; venendo la trasmetterò a V.S. Ill.ma la quale scusata se in ciò non s'è incontrato totalmente il senso della S. Congregazione, perchè non se n'haveva notitia, et il detto Vescovo Munkatziense, non poteva sostentarsi per se stesso quà, et per minor spesa prese la comodità della gita del Vescovo d'Agria al Vescovado, et per maggior sicurezza.

Circa le cose de Seminarij di Praga ultimamente parlai a S.M. et li lassai copia di quella cifra ostensibile, così ho fatto col Conte Marzi-

¹⁰ Secretarius S.C. de Propaganda Fide eiusque anima per annos fere 25, Franciscus Ingoli, bene meritus de Ecclesia Unita.

niz, V. Cancelliere di Boemia. Ma l'accidenti dell'armi svedesi che avanzano à questa volta con furia ne ritardano le (f. 183) risoluzioni, quali non manco sollecitare; circa il danaro del Sale, al Sig. Cardinale d'Hach parve per evitare la violenza, come S. Eminenza scrive, di dar 50 mila fiorini. Io quando me ne scrive, le risposi, che non mi sarei arrischiato darle risposta categorica prima di riceverla dalla S. Congregazione.

È morto quel Maximo Petrovich, nominato Vescovo de Vallacchi. Mori, Vescovo di Zagabria, prelato molto zelante, ha spedito l'interesse della sua Chiesa subito à S.M. Cesarea, et a me. Io ne parlerò a S.M. Cesarea nella prima Udienza, perchè si creda di far nominatione di persona cattolica et che habbia la lingua per levare d'errore quelle tante anime di quelli Vallacchi che sono à quelli Confini et per sodisfare al Vescovo di Zagabria si potria nominarlo costituire suffraganeo di lei; et con ciò à V.S. Ill.ma bacio umilmente la mano.

Vienna, 14 Giugno, 1642.

Di V.S. Ill.ma dev.mo Servitore vero

Gasparo, Arcivescovo d'Atene.

14.

Vindobona, 12. VII. 1642.

Transmittit professionem fidei Ep. pi Mukačoviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 85, fol. 188.

Emin.mo e Rev.mo Signor mio Padron Col.mo.

Invio humilmente a V. Eminenza l'acclusa professione della fede Cattolica, che secondo la formola mandatami da V. Eminenza, sotto li X Maggio passato, ha fatta Monsignor Basilio, Vescovo Muncatziense di rito greco, nelle mani di Monsignor Lippai, Vescovo d'Agria delegato da me, come dalla sua attestatione à tergo. Che è il fine, col quale fò all'E.V. profondissimo inchino.

Di Vienna, 12 Luglio, 1642.

Di V. Eminenza umilissimo et devot.mo Servo oblig.mo

Gasparo, Arcivescovo d'Atene.

15.

(Lelesz), ... IX. 1642.

Episcopus Basilius Tarasowicz praesentat verificandas et confirmandas litteras privilegiatas Eparchiae et Monasterii Mukačoviensis.

APF, *Scritt. rif. n., Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 17, f. 106-121.

Nos Conventus Ecclesiae Beati Joannis Baptistae de Faszow, memoriae commendamus per praesentes, significantes quibus expedit universis.

Quod Reverendissimus Dominus Basilius Tarasowicz,¹¹ Ecclesiarum Graecae religionis in Comitatibus Beregh, Ungh, Szabolch, Ugocha, Szatthmar, Maramaros, Zemplen, et Sàaros habitarum Episcopus, nostram personaliter veniens in praesentiam, exhibuit nobis et praesentavit quasdam literas super foundationem Monasterij Beati Nicolai, Episcopi et Confessoris, prope Oppidum Munkach constructi privilegialiter confectas et emanatas tenoris infrascripti, petens nos debita cum instantia, ut nos easdem literas literis nostris, de verbo ad verbum transcribi et transumi in transumptoque literarum nostrarum, sub sigillo nostro Conventuali authen. extradare, et emanare facere vellemus. Quarum quidem primum tenor talis erat.

NOS TEODORUS KORIATOVICH,¹² Dei gratia dux de Munkach. Universis et singulis, tam praesentibus quam futuris praesentes visuris, harum serie patefacimus, quod nos pro salute animae nostrae fecimus construere et aedificare Monasterium Sancti Nicolai Episcopi et Confessoris prope Oppidum nostrum Munkacz, quod ad ritum, et morem Graecorum vel Rutenorum consecrare, et ad eundem Monachos Rutenos constituimus, qui in perpetuum ibi Deo serviant, et ad sustentationem eorundem Monachorum Rutenorum de nostris proprijs bonis dedimus et donavimus duas possessiones villas Bobowische et Lauka, cum omnibus proventibus, et contributionibus, ab antiquis temporibus ad easdem provenire debentibus, simul cum decimis frugum et vinorum, ac Bobowische cum fluvio et molendino, ita quod de eadem Bobowische omni anno teneantur dare sex porcos eisdem Monachis et Lauka omni anno quatuor porcos. Deinde universas decimas vinorum de monte Juanihegy et similiter de monte qui vocatur Lelyechoka in metis eius Oppidi nostri Munkacz, cum alijs monticulis à monte Lelyechoka usque Monasterium adjacentibus decimas frugum et aliorum de campo illius villae, quae vocatur Orozvig in eadem Munkacs existentis versus Monasterium omnino concessimus praedicto Claustro. Et etiam de eadem Orozvig omnibus annis teneantur dare eisdem Monachis septem porcos. Item de proventibus eiusdem Castri nostri

¹¹ De Basilio Tarasovič cfr. bibliographiam generalem et specialem. Tales confirmationes et recognitiones documentorum erant in usu tunc temporis, et talis facultas in Regno Hungariae iure vel consuetudine spectabat ad quosdam conventus.

¹² Princeps oriundus ex Galizia; hic in Transcarpatiam venit cum suis asseclis circa an. 1360, ibique sat ampla dominia terrestria obtinuit, fundavitque, ut creditur, monasterium Basilianorum penes Mukačiv. Obiit an. 1415. Cfr. de hoc principe et monasterio Mukačoviensi opus adhuc validum JOANNICII BASILOVITS, *Brevis notitia foundationis Theodori Koriathovits*, 2 vol., Cassoviae 1799-1804;.

Munkach teneantur dare fruges decem cubulos et totidem siliginis, et quatuor vasa vini, et centum sales, et centum florenos longos. Item ista omnia praescripta dedimus, donavimus et contulimus perpetue et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum praedicto Claustro nostro pro refrigerio animae nostrae, quem nos fundavimus, ubi etiam sepulchrum nostrum collocatum fecimus. Ita etiam confirmavimus quod quicumque ex filiis, aut generationibus, vel posteritatibus nostris vel aliqui alij istam donationem nostram non observaret, vel contradiceret, ac praedicto Claustro persolvere nollet, ex tunc ipse coram omnipotenti Deo cum anima nostra litem habeat protrahendi, in cuius rei firmitatem et perpetuitatem, praesentes literas nostras, sigilli nostri appensione roboratas, eidem Claustro nostro duximus roboratas. Datum in Munkacz, octavo die Mensis Martij, Anno M.CCCLX.

Secundarum vero series hoc modo sequitur: NOS MATTHIAS,¹³ DEI GRATIA Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis. Quod nos attentis et consideratis moribus et industria Lucae Praesbyteri Ruteni, quibus idem nostro conspectu a nonnullis nostri subditis meruit commendari, eundem ad Plebaniam Rutenicalem Sancti Nicolai prope possessionem Munkach, Monostor vocatam, ritu Rutenorum fundatam, cum sua solita iurisdictione, quam videlicet Plebaniam ipse Lucas se a pluribus retroactis annis de iure tenuisse, et etiam nunc tenere asserit, auctoritate nostra Regia, qua huiusmodi Plebania more praedecessorum nostrorum, Regum Hungariae, ad nostram collationem pertinere dignoscitur, duximus eligendum et nominandum eandemque eidem simul cum duabus possessionibus, puta Bubowische et Lauka vocatis, ad eandem plebaniam ab antiquo spect. pariterque cunctis ipsarum Plebaniae et possessionum utilitatibus, proventibus... sic ut praefertur stantibus et se habentibus duximus denuo et ex novo dandam et conferendam ac de eadem eidem providendum, imo damus, offerimus, et eidem providemus praesentium per vigorem. Quocirca vobis, fidelibus nostris Conventui Ecclesiae de Lelesz harum serie firmiter praecipientes mandamus, quatenus praefatum Lucam Praesbyterum Rutenum in praefatam Plebaniam, more in talibus observari alias consueto et item in dominium dictarum possessionum Bobowische et Lauca vocatarum, et utilitatum et pertinen. earundem quarumlibet denuo, et ex novo introducere et eandem ac easdem eidem statuere, eundemque in eisdem contra quosvis illegitimos impeditores et in

¹³ Agitur de Matthia Korvin, filio Joannis Hunyadi, Rege Hungariae etc. (1458-1490).

suis solitis iurisdictionibus tenere et conservare debeatis, autoritate nostra praesentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante, secus facere non ausuri. Praesentibus perlectis exhiben. restitutis. Datum Budaë, in vigilia festi Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Tertiarum porro methodus habetur in hunc modum: FERDINANDUS, Divina favente clementia,¹⁴ Romanorum, Hungariae Bohemiae etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Fideli nostro Egregio Michaëli Bidy, Praefecto Arcis nostrae Munkacs, salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri Venerabilis ac Religiosi Ladislai, Episcopi, in Claustro Beati Nicolai Confessoris circa oppidum istud nostrum Munkach more Graecorum fundato, quomodo olim in quodam loco super fluvium Latorcza sub ecclesia et Claustro praefato ad ipsum Claustrum ab antiquo pertinente molendinum quoddam extructum fuisset quod molendinum tempore desolationis praefati Claustri perierat. Nunc autem idem Exponens ad sustentationem Claustri ipsius molendinum ibidem citra cuiusquam iniuriam aedificare facere vellet. Supplicavitque propterea nobis idem Exponens, ut sibi id gratiose concedere dignaremur. Cum igitur id se citra cuiusquam damnum vel iniuriam facturum idem exponens offerat, optan dumque sit, ut ad conservationem claustrorum, et ecclesiarum Dei quilibet pro viribus curam adhibeat. Fidelitati tuae harum serie committimus et mandamus, ut si modo praemisso molendinum praefatum citra damnum arcis istius nostrae, detrimentumque proventuum nostrorum, ac citra etiam cuiusvis alterius iniuriam aedificari potest, constatque alias in eodem loco molendinum ad Claustrum pertinens fuisse erectum, erectionem aedificationemque ipsius molendini denuo in loco praemisso facien. ipsi Exponenti libere permittere, et per eos quorum interest permitti facere debeas et tenearis, secus ne feceris. Praesentibus perlectis exhiben. restitutis. Datum Posonij, die decimo quinto Martij, Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo.

Quartarum autem series, et continentia verbalis fuit talis: NOS ISABELLA,¹⁵ DEI GRATIA Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis. Quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicationem, nobis pro parte fidelium nostrorum honorabilium Lariona,

¹⁴ Ferdinandus I, Imperator S. Romani Imperii (1556-1564), Rex Hungariae ann. 1527-1564.

¹⁵ Ut videtur agi de Regina Hungariae, uxore Joannis Regis Hungariae. Obiit an. 1559.

Episcopi, et caeterorum fratrum Monachorum in Claustro Rutenorum, Divo Nicolao consecrato, prope Oppidum nostrum Munkach habito commoran. factam; tum vero pia intentione mota, eosdem Larionam, Episcopum, et caeteros Monachos in praescripto Claustro commorantes, iuxta annuentiam Divorum Hungariae Regum, praedecessorum nostrorum, a solutione quarumlibet contributionum, censuum et taxarum, tam ordinariarum quam extraordinariarum, item quorumlibet onerum et servitiorum exhibitione, in perpetuum clementer eximen. et supportandas duximus imo eximimus, et supportamus praesentium vigore. Quocirca vobis fidelibus nostris Magnificis, Egregijs et Nobilibus Comiti, Vice Comitibus Comitatus Beregh, item Praefecto, Castellanis et Provisori Arcis nostrae Munkacs, Dicatoribus et Exactoribus quarumlibet contributionum nostrarum... (f. 108) mandamus firmiter: Quatenus a modo deinceps memoratos Larionam, Episcopum, et reliquos fratres Monachos in praedicto Claustro commorantes, ad solutionem quarumcunque taxarum censuum, et contributionum, tam ordinariarum quam extraordinariarum, ac onerum servitiorumque exhibitionem cogere vel compellere aut eosdem propterea impedire, turbare, aut quovis modo damnificare non praesumatis. Secus non facturi. Praesentibus perlectis, Exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Alba Julia, tertio die Mensis Iulij, Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Quintarum autem textus taliter se habet: NOS JOANNES SECUNDUS, Dei gratia¹⁶ Electus Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis. Quod nos cum ad humillimam supplicationem fidelis nostri honorabilis Lariona, Episcopi, Religiosorum Fratrum Ruthenorum in Claustro supra Oppidum nostrum Munkacs habito residen., nostrae propterea factam Maiestati; tum vero cupientes ipsos Rutenos ad Arcem nostram Munkacs pertinentes, quemadmodum et reliquos fideles subditos nostros, in eorum Juribus et consuetudinibus conservare; id ipsi Lariona, Episcopo Rutenorum, clementer annuendum duximus et concedendum, ut ipse antequam ex hac vita decederet alium Episcopum pium, vita, eruditione, doctrina ac moribus idoneum in locum suum deligere, et substituere valeat atque possit; imo annuimus et concedimus per praesentes. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis Plebanis et alijs ministris ecclesiarum Rutenicalium coeterisque universis Graecam fidem profitenti-

¹⁶ Ut videtur filius Joannis I Zapolya (1526-7), obiit an. 1540, et Isabellae principissae Poloniae, Reginae. Hic mansit solummodo Rex electus, ob praeventiam Habsburgorum (inde a Ferdinando I, ad ann. 1919).

bus Praesbyteris in Dioecesi praescripti Claustri ubilibet constitutis et commoran. praesentium notitiam habituris harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus visis praesentibus iuxta praemissam gratiosam annuentiam nostram, praefatus Lariona, Episcopus Rutenus, quemcunque sibi successorem delegabit substituere is pro vero et legitimo successore et Episcopo vestro post mortem et substitutionem ipsius Lariona habere et reputare, ac eidem in omnibus licitis et consuetis obedire et obtemperare, legitimosque proventus, et emolumenta, ratione huiusmodi Episcopatus sibi de medio vestri provenire debentes obsequenter administrare, et per eos etiam, quorum intererit administrare facere modis omnibus debeatis et teneamini, secus nullo modo feceritis. Praesentibus perletis, Exhibenti restitutis. Datum in Arce nostra Gyako, vigesimo quinto die Januarij, Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo primo. — Joannes Electus Rex.

Sextarum autem textus taliter se habet: MAXIMILIANUS SECUNDUS,¹⁷ Dei gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Fidelibus nostris Egregijs Francisco Bay, Praefecto, ac Joanni Szent Benedeki, Provisori, caeterisque Officialibus arcis nostrae Munkacz, modernis et futuris, salutem et gratiam. Conquesti sunt nobis fideles nostri R.ndus N. et Conventus Fratrum Rutenorum ecclesiae Beati Nicolai Confessoris prope Castrum nostrum Munkach Ritu Graecorum fundatae, qualiter vos moderni Officiales nostri, posthabitis antiquis libertatibus et consuetudinibus, eorundem ipsis, tempore defunctae etiam Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis paterne observatis, equos eorundem, item pelles vulpinas et mardurinas violenter extorqueretis, Episcopum praenominatum suosque Vicegerentes in Visitatione Plebanorum ordinaria impediretis et retardaretis, imo Cathedriticum aliosque proventus eorundem, pro vobismet usurpantes, exigere eidem non permetteretis, quin etiam ipsam iurisdictionem, quae ad Episcopum ipsum pertineret contra ius vobis ipsis usurparetis, disciplinam episcopalem, cum sitis laici, in eos exerceatis. Praeterea ad solutionem dicae aliorumque tributorum praesbyteros ipsis subiacentes urgeretis, et ad quaeque rusticalia servitia compelleretis. In nullis denique eos libertatibus, nullo neque sacerdotis neque dignitatis eorundem habito respectu conservaretis, sed potius carceres, verbera, et cruciatus eisdem, nisi vestrae voluntatis (f. 109) morem gerant certo minaremini, soliti etiam essetis, decedente Episcopo illorum, illico cunctas res eorundem, tam mobiles quam immobiles, violenter in

¹⁷ Maximilianus II, Imperator et Rex (1564-1576).

praedam quasi quandam convertere, summa iniuria, damnoque et oppressione eorundem manifesta. Unde supplicarunt nobis humilliter, ut eis Superiorem de opportuno remedio gratiose providere, neque eos contra apertas libertates et consuetudines eorum ita misere opprimi permittere dignaremur. Quorum supplicatione clementer exaudita, nolentes eosdem Exponentes amplius per vos, aut alios quospiam ita indignis modis affligi atque opprimi, Fidelitati Vestrae harum serie firmissime praecipitatum committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus acceptis praesentibus et praemissis sic ut praefertur stantibus et se habentibus praefatos Exponentes in receptis et hactenus usitatis eorum libertatibus ipsos conservare et de violenter ablatiis rebus suis eosdem quoad plenum sine mora contentos reddere, atque imposterum, a cunctis violentijs et illegitimis impetitionibus ipsorum supersedere modis omnibus debeatis, dictum Episcopum et suos vicegerentes ad ea quae officij sui sunt, visitationes nimirum Plebanorum et alia munia ecclesiastica obeunda libere admittere, Cathedraticum quoque et alios proventus ipsorum, ipsis pacifice colligen. permittere debeatis. In officia autem sive negotia ipsorum ecclesiastica quae ad vos non pertinent, imposterum vos ingerere minime praesumatis, ad solutionem quoque dicae, aliorumque tributorum eosdem, ac ipsorum Praesbyteros amplius compellere, ipsosque propterea vel quibusvis alijs exquisitis de causis in personis rebusque et bonis suis impedire, vel eis verbis minitari nequaquam praesumatis. Abusum quoque illum, quem in direptione rerum bonorumque suorum, decedente Episcopo illorum, induxisse dicimini, tanquam a iustitia et pietate prorsus alienum, tollere imposterum omnino debeatis, secus nullo modo facturi. Praesentibus perlectis, Exhibenti restituti. Datum in Arce nostra Posonien., decima tertia Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

(f. 109v) (Septimarum series) sequitur hoc modo. NOS GABRIEL,¹⁸ Dei gratia Sacri Romani Imperij Princeps, Partium Regni Hungariae Dominus, Siculorum Comes ac Oppuliae Ratiboriaeque Dux. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod cum nihil in humanis diu foelicitatis cardine volvi, nihil prosperato successu altius in dies exurgere neque bene dispositi status splendore coronari queat, nisi suis ordinibus distinctum, nisi a confusionibus mole vindicatum certo gaudeat moderatore et praevio rectore, quamobrem et

¹⁸ Agitur de Gabriele Bethlen, principe (1613-1629). Annus emissionis documenti mancus, sed ex crisi interna constat de temporibus Episcopi Joannis Gregorovič (1627-1633), ideo et de Gabriele Bethlen, principe.

divino instinctu ad gubernia quorumvis ordinum Magistratus et Primates surrogantur. Quid enim sunt membra sine capite? quid domus sine Patre familias? hoc est Status quivis sine Rectore: exulat illinc iustitia, squallore obducta iacet pietas, honorum morum studijs longum valere iussis regnat impietas, et barbarico velamine occupata cuncta sordent. Quamvis autem moderatoris defectus politici quoque status eversioni facem subministret, et quosvis ordines manifesti periculi spiculo defigat, longe tamen maiori iactura et discrimine Ecclesiae statum ac Hierarchiam dissipat et concoquit; quae si suo destituantur gubernatore, facile haereticæ opiniones repullulascere, superstitionum monstris ingenia hominum infascinari, Artium liberalium studia barbarica scabie deformari, divinarum scripturarum lectiones anilium fabularum recitationibus anteverti incipiunt. Triste utique eius rei exhibet exemplum Ecclesia illa Graecanica, olim et doctorum virorum numero celebris, et sedes sapientiae florentissimae, cuius omnis status inscitiae tenebris, et simonia oppressus, vix vestigium pristinae dignitatis ex ignorantiae sordibus hodie protendit. Quae Ecclesia et fides Graecanica siquidem in ditionibus quoque nostris Rutenos et Valachos observatores habeat, munus autem Episcopale Munkachien., et Maramorosien. Graeci Ritus, non sine praeiudicio illius Ecclesiae et manifesto derogamine vacet, ne in profundiores, confusionis abyssos sine moderatore praeceps ruat, de certo (f. 110) illic Episcopo collocando humillime requisiti sumus, quo munere subeundo, dignus siquidem nobis commendatus sit multis nominibus inter alios honorabilis Joannes Gregorij, Praesbyter Orientalis Ecclesiae Graeci Ritus, ut qui Latinae, et aliarum itidem linguarum peritus, et theologis studijs imbutus, liberalium quoque artium notitia et bonis moribus alios anteiret. Cuius commendatione benigne inclinati, volentes marcescenti illius Ecclesiae statui basim substruere, et a confusionis labe, quantum fieri posset, asserere, eundem Joannem Gregorij in Episcopum Munkachien. et Maramorosien. Graeci Ritus atque adeo Monasterij eiusdem ritus Sancti Nicolai Episcopi et Confessoris, in Comitatu de Beregh situati, promovimus, praefecimus, et surrogavimus, imo promovemus, praeficimus et surrogamus per praesentes, iuxta antiquitus observatam consuetudinem suam, cum dignitatis et auctoritatis Episcopalis, in omnes Seniores, Praesbyteros, Pastores, Monasteriorum Hegumenos, et Archimandritas, ac alios cuiusvis ordinis et dignitatis Ecclesiasticos suos, eidemque quotannis ecclesias et eius scholas, seminaria visitandi, earum Pastores, scholarumque Rectores de doctrina, vita, et moribus diligenter examinandi, errores in eisdem corrigendi, ordinandi, et dandi facultatem, et dignos ecclesijs Pastores seu Officiales, eos iudicandi, in ordine suo conservandi, ab iniuria defendendi, refractarios puniendi, excommunicandi et ab officio removendi,

iuxta Apostolicos et Synodorum Oecumenicarum Canones et antiquas leges, item convocato caetu Ecclesiae, eiusdem statum ad pristinam integritatem reformandi, bona ecclesiastica et proventus cognoscendi, templa sua, et parochias, iniuriosa temporum asperitate, aut hominum negligentia collapsa restaurandi, scholas et gymnasia erigendi, ubicunque templa habent in iisque sclavonicae, rutenicae, item graecae, latinae, hebraicae, aliarumque linguarum Magistros et Professores intertenendi et promovendi, et alia his similia muneri (f. 110v) suo convenientia exercendi plenariam et omnimodam auctoritatem dedimus, et concessimus, damusque et concedimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis universis et singulis Illustr., Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Egregijs, et Nobilibus, Comitibus, Vice Comitibus, et Iudicibus Nobilium Comitatus Maramorosien., et de Beregh, ac alterius cuiusvis functionis hominibus, quorum scilicet interest, nominanter tibi Generoso et Egr. Joan. Ballingh, Capitaneo et Stephano Budai, Provisori Arcis nostrae Munkachien. Item Senioribus Graecam amplectentibus religionem, sub praetacto Episcopatu Munkachien. et Maramorosien. commoran., modernis, et futuris quoque pro tempore constituen. et subsequen., committimus et mandamus firmiter, quatenus vos quidem Officiales dictum Joannem Gregorij pro Episcopo Munkachien. et Maramorosien. agnoscere eundemque contra quosvis turbatores, impetitores, et molestatores tueri, protegere, et defendere, nec ipsimet ullo pacto in administrando officio suo impedire, vos vero Graecanicae religionis ecclesiastici aequae et saeculares, tanquam Episcopo vestro debitum tribuere honorem, omnimodam obedientiam praestare, proventusque et solitos redditus, absque defectu eidem administrare, visitationemque, inquisitionem antiquitus solito more permittere, mulctas et byrsagia exinde percipi solita eidem tradere, tempore visitationis et alijs in negotijs publicis Ecclesiae suae suscepto itinere de com meatu, et tuta comitiva, alijsque necessarijs rebus prospicere et providere modis omnibus debeat et teneamini, nec secus facturi. Praesentibus perlectis, Exhiben. restitutis. Quas nos in huius rei robur, et maiorem firmitatem dicto Joanni Gregorij chirographo et sigillo nostro corroboratas benigne dandas duximus, et concedendas. Datum in libera ac Regia Civitate nostra Cassovien., die duodecima Mensis Januarij, Anno regnantis gratiae millesimo sexcentesimo vigesimo septimo (f. 111).

Octavarum porro series sequitur hoc modo. NOS GEORGIUS RAKOCIJ, Dei gratia Princeps Transylvaniae,¹⁹ Partium Regni Hungariae Dominus et Sicularum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium,

¹⁹ Georgius Rakocsy I, seu senior, princeps Transylvaniae (1630-1648). Agitur de nominatione Basillii Tarasovyč, episcopi Mukačoviensis (1633-1651).

significantes quibus expedit universis. Quod cum nihil in humanis diu foelicitatis cardine volvi, nihil prosperato successu altius in dies exurgere, neque bene dispositi status splendore coronari queant, nisi suis ordinibus distinctum, nisi a confusionis mole vindicatum certo gaudeat Moderatore et praevio Rectore, quamobrem et divino instinctu ad gubernia quorumvis ordinum Magistratus et primates surrogantur. Quid enim sunt membra sine capite? quid domus sine patre familias? hoc est status sine Rectore? Exulat illinc iustitia, squallore obducta iacet pietas, bonorum morum studijs longum valet iussis regnat impietas, et barbarico velamine occupata, sordent cuncta, quamvis autem moderatoris defectus politici quoque status eversioni facem subministret, et quosvis ordines manifesti periculi spiculo defigat, longe tamen maiori iactura et discrimine Ecclesiae statum ac Hierarchiam dissipat et concoquit, quae si suo destituatur gubernatore, facile haereticae opiniones repullulascere superstitionum monstris, ingenia hominum infascinari, artium liberalium studia barbarica scabie deformari, divinarum scripturarum lectiones anilium fabularum recitationibus anteverti accipiunt. Triste utique eius rei exhibet exemplum Ecclesia illa Graecanica olim et doctorum virorum copia celebris, et sedes sapientiae florentissima, cuius omnis status inscitiae tenebris et simonia oppressus, vix vestigium pristinae dignitatis, ex ignorantiae sordibus hodie protendit, quae Ecclesia et fides Graecanica siquidem non in ditionibus tantum, sed et in privatis bonis nostris, Rutenos, Traces et Valachos observatores habeat. Munus autem Episcopale districtus Arcis nostrae Munkacsien. (f. 111v) et Comitatus Maramarosien. Graeci Ritus non sine periculoso discrimine illius Ecclesiae et manifesta turbatione nunc per mortem et decessum honorati quondam Joannis Gregorji, Episcopi antea Munkachien., vacet, ne in profundiores confusionis abijsos sine moderatore praeceps ruat, de certo illic Episcopo collocando benigne providen. esse duximus: Cui muneri subeundo siquidem multis nominibus inter alios idoneus commendatus sit honorabilis Basilius Tarasowicz, Praesbyter Orientalis Ecclesiae Graeci Ritus, ut qui latinae et aliarum itidem linguarum peritus, et theologicis studijs imbutus, liberalium quoque artium notitia et bonis moribus alios anteiret ac exinde ab iam dicto Joanne Gregorij in sui locum ad munus Episcopale, testamentaria eius dispositione, et modernorum etiam Ecclesiae illius primatum consensu surrogatus sit et constitutus. Talibus, dispositioni nimirum illius et modernorum honestae commendationi benigne assensi, volentes marcescenti illius Ecclesiae statui basim substruere, et a confusionis labe, quantum fieri posset asserere, eundem Basilius Tarasowicz in Episcopum districtus arcis nostrae Munkachien. et Comitatus Maramarosien. Graeci Ritus atque adeo Monasterii eiusdem Ritus Sancti Nicolai Episcopi

et Confessoris ad arcem nostram modo dictam Munkacz, in Comitatu de Beregh situati, iuxta antiquitus inibi observatam consuetudinem, cum dignitatis et authoritatis Episcopalis plenitudine promovendi, praeficiendi, et clementer surrogandi, esse duximus, imo promovemus, praeficimus et surrogamus, dantes et concedentes ei plenariam atque omnimodam facultatem, et potestatis legitimi Episcopatus authoritatem in omnes Seniores, Praesbyteros, Pastores, Monasteriorum Hegumenos et Archimandritas, ac alios cuiusvis ordinis et dignitatis Ecclesiasticos Graeci Ritus, quotannis nimirum ecclesias et eius seminaria, scholas visitandi, earum pastores, scholarumque rectores de doctrina vita et moribus diligenter examinandi, errores (f. 112) in eisdem corrigendi, ordinandi dignos ecclesijs Pastores, et Officiales dandi, eos iudicandi, in ordine suo confirmandi, ab iniuria defendendi, refractarios puniendi, excommunicandi, et ab officio removendi, iuxta Apostolicos et Synodorum Oecumenicarum Canones, et antiquas leges. Item, convocato coetu Ecclesiae, eiusdem statum ad pristinam integritatem reformandi, bona ecclesiastica et proventus cognoscendi, templa sua et Parochias iniuriosa temporum asperitate aut hominum negligentia collapsa restaurandi, scholas, et gymnasia in locis idoneis erigendi, ubicunque templa habent, in ijs sclavonicae, rutenicae, item graecae, latinae aliarumque linguarum Magistros et professores intertendi et promovendi et alia his similia, muneri suo convenientia, exercendi, praesentium per vigorem. Quocirca universum et singulos Ill. res, Spectabiles, Magnificos, Generosos, Egregios et Nobiles Comites, Vice Comites, et Iudices et totam universitatem dominorum Magnatum, et Nobilium Comitatus de Beregh diligenter requirimus et hortamur; Comitatus vero Maramarosien. Universitati, item Generosis, Egregijs et Nobilibus Joanni Ballingh Capitaneo Supremo, et Praefecto, Vice Capitaneo, item Provisori, Castellanis et alijs Officialibus praesidij et bonorum Arcis nostrae Munkacsien. nec non Senioribus, Praesbyteris, Decanis et cuiusvis ordinis Ecclesiasticis aequae et Saecularibus, graecam amplectentibus religionem, sub praetacto Episcopatu Munkacsien. et Maramarosien. commor. modernis et futuris quoque pro tempore constituen. et subs. commitimus et mandamus firmiter, quatenus dictum Basilium... pro Episcopo Munkacsien. et Maramarosien. agnoscere eundemque vos Officiales contra quosvis turbatores, impetitores et molestatores tueri, protegere et defendere; nec ipsum ullo pacto in administrando officio suo impedire. Vos vero Graecanicae Religionis Ecclesiastici, aequae et saeculares, (f. 112v) tanquam Episcopo debitum honorem tribuere, omnimodam obedientiam praestare, proventus, et solitos redditus absque defectu eidem administrare, visitationem et inquisitionem antiquitus solito more permittere, mulctas et byrsagia exinde percipi solita, eidem tradere tempore visitationis, et alijs

in negotijs publicis Ecclesiae suae suscepto itinere de comiteatu et tuta comitiva alijsque necessarijs rebus prospicere, et providere modis omnibus debeatis et teneamini. Nec secus facturum. Praesentibus perlectis, Exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Alba Julia, die quinta Mensis Januarij, Anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo quarto.

Unde nos iustis et legitimis petitionibus dicti Rev.mi Domini Basilij Tarasovicz nobis ea ratione factis favorabiliter inclinati, praetactas literas privilegiales, non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua earundem parte suspectas, et vitiatas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes de verbo ad verbum, sine diminutione vel augmento aliquali, transcribi praesentibusque inseri facien., paria sive exemplaria earundem in transumpto literarum nostrarum, memorato Rev.mo Domino Basilio Tarasovicz, sub sigillo istius Conventus nostri authen. extradan. duximus et conceden. communi suadente iustitia.

Datum feria sexta proxima ante Inventionem Sanctae Crucis, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragésimo secundo...

Correcta ... Notarium (mpr).

16.

Ebersdorff, 12. X. 1642.

Archiep.pus Strigoniensis de exmissione Romam Gabrielis Predojevich, Ep.pi Valachorum.

APF, *Scrutt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 85, fol.211 (*copia*).

Ill.me ac Rev.me Domine, Domine Patrone Col.me.

In negotio Gabrielis Predovich futuri Valachorum Episcopi Sua Maestas Caesarea Dominus meus Clementissimus, iuxta opinionem Vestrae Celsitudinis sese resolvere dignata est et mandavit clementer dicto Gabrieli, ut Romam se conferat ad praestandam fidei Catholicae professionem, et consequendam Episcopatus consecrationem in unione eiusdem Sanctae Catholicae Ecclesiae cum assignato ipsi titulari Episcopatu, quem prae manibus habebat reliquisse, certiore est ut sperat a sua Sanctitate acceptandum. Interest, ut Vestra Ill.ma Celsitudo liberaliter promissam ipsi opem pro itineris expensis suppeditare non differat, pro qua gratia ego quoque apud Vestram Ill.mam Celsitudinem intercedo, cuius in reliquis Sacras vestes veneror eumque in annos plurimos feliciter vivere et valere opto.

In Ebersdorff, 12 Octobris 1642.

Ill.mae Celsitudinis Vestrae devotissimus Servus

Georgius Lippay, Episcopus Agriensis etc.

17.

Varsavia, 12. X. 1642.

Episcopus Chelmensis, Methodius Terleckyj conqueritur, de iniuriis et persecutionibus petit remedium.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.* (Lettere antiche), vol. 61 fol. 59r, 60v.

Beatissime Pater.

Non auderem ego tam sublime Sanctitatis Suae sollicitare subsellum, nisi me Ecclesiae meae, ultimum plane telum, necessitas ad id perurgeret. Vulneratus in meo Nepote, despectus et convulsus barba in meis Capitularibus, dehonestatus, concussus, et lividus in meis Religiosis, et praecipue a Nepote illius magni viri Smotricii derisus, et ad Turcas amandatus, cum Suae Sanctitatis protectione, Apostolica de Decimis Inhibitione, idque a Fraternali Romano Capitulo Chelmen., supplex et cernuus planeque lachrymosus pro me, pro meis, pro Ecclesia mea, proque Suae Sanctitatis despectu eidem supplico, quatenus vulneribus medelam praebere, despectibus honorem reddere digneris. Erit id promovendae Unionis vel maximum fomentum, Schismaticorum ad pedes Suae Sanctitatis alliciendorum divinum illicium. Ad quos ego nunc cum omnibus meis laesis cumque osculis quam humillimis provolutus Benedictionem Suae Sanctitatis exopto. Quam Deus O.M. Ecclesiae Suae Sanctae et nobis conservet quam diutissime.

Datum Varsaviae, 12 octobris, Anno 1642.

Sanctitatis Tuae obedientissimus filius et indignus servus

Methodius Terlecki de Terlo, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mp.)²⁰
(fol. 60v) Mons. Ingoli; et brevis relatio de epistola.

Die 30 Martij 1643 (cong. 297, n. 21).

Retulit Eminentissimus Card. Ginettus litteras R.P.D. Methodii Episcopi Chelmensis Rutheni uniti continentes querelas contra canonicos Chelmenses Latinos, qua occasione Xmarum eum iniuriose tractarunt, et simul eius nepotem, ac suos monachos.

Non ha rescritto la Sac. Congregatione perche ad essa non s'aspettano simili cause, potendo il Vescovo inanzi il Nuntio farsi sentire. --
Si potrà dir ciò al Padre Rutheno.

Monsignor Ingoli.

²⁰ Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis unitus (1630-1648), qui hoc lustro multum de Unione insudavit et tempore suae commorationis romanae (1643-44) plurima responsa in eius favorem et defensionem procuravit.

18.

*Lelesz, 26. VI. 1643.**Sollemnis protestatio Episcopi Mukačoviensis de iniuriis sibi illatis.*

ARCHIV. CONVENT. DE LELESZ, vol. 82, fol. 1.

HODINKA A., *Okmanytara*, II. 107, pag. 149.

Nos Stephanus Symandi el. Ep.pus Tran.niensis etc. et conventus eccl.ae S. Crucis de Lelesz etc.,²¹ quod Rev.mus Basilius Tarasowich eccl.arum graecae religionis in cot.tibus Beregh, Vngh, Zabolch, Vgochia, Zathmar, Maramaros, Zemplin, Saros, Szepes et Abauywar existentium habitarem Ep.pus nostram personaliter veniens in praesentiam per modum sollemnis protestationis et contradictionis nobis significare curavit hunc in modum, quod licet ipse sit istarum praetactarum eccl.arum graecae religionis legitimus et a suis superioribus ordinatus Ep.pus monasteriumque S. Nicolai, ep.pi et confes., prope Munkach fundatum eidem tenere et possidere, nisi violentia quorundam obstaret, incumbat, nihilominus tamen generosus et egr. Joannes Ballingh de Gelse, arcis Munkach supremus capitaneus, nescitur unde motus et quibus considerationibus ductus, nullis culpis et demeritis ipsius protestantis exigentibus, superiori tempore eundem protestantem captivari captivumque detineri fecisset ac claustro ipso privari ac loco ipsius alium quendam Ep.pum, novitium et illegitimum, nomine Joannem Dorohobratowszky, propter aliquam largitionem in idem monasterium S. Nicolai prope Munkach fundatum, pro libitu suo collocasset et induxisset idemque Joannes Dorohobratowszky, illegitimus ep.pus hoc modo per praefatum Johannem Ballingh eo collocatus, tam monasterium ipsum bonaque ad idem pertinentia ac propria quoque ipsius protestantis mobilia quam immobilia per se acquisita et comparata sibi usurparet et vendicaret, quam etiam presbyteros seu sacerdotes graecae religionis sub jurisdictione ipsius protestantis in jamfatis cot.tibus degentes ad obedientiam et obsequia sibi praestanda cogeret et compelleret, in praejudicium et derogamen dignitatis ipsius protestantis ep.palis manifestissimum et valde grave. Unde facta et praehabita hujusmodi seria et solemni protestatione, idem Basilius Tarasowich protestans tam dicti Joannis Ballingh capitanei in dictum monasterium praefati Joannis Dorohobratowszky illegitimi ep.pi collocationi et introductioni, quam ejusdem ipsius Joannis Dorohobratowszky in idem

²¹ Conventus in Lelesz habet magnum momentum in rebus ecclesiasticis et civilibus tunc temporis pertractandis, cui quoddam privilegium notariatus publici in Hungariae partibus spectabat, coram quo documenta varia erant authenticata et recognita, protestationes officiales interpositae, quae vim iuridicam obtinebant in Regno et Ecclesia.

monasterium se collocationi et ingressioni, idemque et ejus pertinentias pro se occupationi tentionique et possessioni, jurisdictionemque ipsius protestantis sibi usurpationi et vendicationi sacerdotumque praefatorum graecae religionis ad praestanda sibi obsequia coactioni et compulsioni in eosque aliquam jurisdictionem sibi usurpationi itidem et vendicationi in toto et per omnia modisque omnibus contradixisset, denunciasset et reclamasset prohibuissetque et interdixisset, prout contradixit, denuntiavit et reclamavit prohibuitque et interdixit publice et manifeste, serieque et solemniter coram nobis harum nostrarum etc.

Datum feria VI, prox. post festum nativ. S. Joann. Bapt., a.d. 1643.

19.

Roma, 22. VIII. 1643.

Card. Fr. Barberini Metropolitanae Sielava, super negotiis ab ep. Chelmensi (Terleckyj) gestis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 1939, fol. 102.

MUH, vol.II, 276, nr. 193.

Antonio Sielavae, Metropolitanae Chioviensi.

In Ruthenorum rationibus promovendis, qui Apostolicae Sedis auctoritatem pia ac debita veneratione agnoverunt, neque affectum, neque operam meam unquam desiderari sum passus. Proinde cum SS. mus D. nus Noster Chelmensis episcopi negocia nonnullis Cardinalibus ac Praelatis perpendenda commiserit, ego ab eisdem accurrate postulavi, ut huiusmodi causae celeriter, et, quantum fieri poterit, ex eiusdem Praesulis sententia terminentur. Quod propediem fore mihi persuadens, a Paternitate Vestra novas subinde expectabo opportunitates, quibus studium erga ipsam, atque amorem meum luculenter probare valeam, Deumque interim oro, ut Paternitatem Vestram suae Ecclesiae bono diu sospitem atque incolumem tueri velit.

Romae, die 22 Augusti 1643.

20.

24. VIII. 1643.

Metropolita Antonius Sielava Philippo Borovyk, Procuratori in Urbe de B. Josaphat, Synodo Provinciali, praetendentibus ad Metropoliam Kioviensem, Coadiutore Polocensi Losovskyj, subsidio pro eccl. SS. Sergii et Bacchi, P. Sakovyč eiusque mendatiis, de episcopis et monasteriis nec non de variis decretis mittendis et apostatis reducendis. Epistola sat corrupta et illegibilis, difficilis lectioni et proinde in quibusdam dubia.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 338, fol. 504-505.

Ex litteris Metropolitanae Russiae ad P. Philipum.

Faxit Deus ut alii R. mi Episcopi ad idem (sc. ad causam proponendam Beati Martyris Josaphat) se applicare velint, et serio in id incumbant. Misi litteras meas ad omnes persuadendo, ut et ex suis personis hilarem et liberalem contributionem concedant, et a toto Clero Dioecesium suarum exigant. Sane valde timeo ut quid efficiam, nam qui dare possunt, sunt tantum tres, scilicet, R. mus Vladimiriensis, Pincensis et Ego. Reliqui sex paene habent ad sufficientiam. Clerus quoque ubique pauperrimus, unde nihil aliquid sperari posset.

Synodum Provinciam indixi, nullus mihi hucusque respondere dignatus est, et credo quod plures non venient, totam suam curam in piscandis sub me beneficiis, quae teneo, collocantes. Nam quia anno praeterito, quo in infirmitate tenebar, ex qua nedum nunc perfecte ad me redii, sed pedum manuumque ut vix nomen meum in litteris exarare queam, resolutionem patior; in certis rumoribus de morte mea moti, ad Curiam Regiam convolarunt, et R. mus Vladimiriensis cum Pincensi de Metropolia certarunt, ubi prior summa triginta millium florenorum praevalet, et Privilegium pro ea obtinuit, cum spe retinendi simul cum Metropolia Episcopatus sui. Homo in officio suo Episcopali negligentissimus, et qui per totam Dioecesim suam Schisma permisit, nihil curando, aut impediendo. Religionis meae osor maximus, nulli alio bono nisi conservandae pecuniae natus, impetuosus, omnes despiciens, sceleribus et contumeliis quemvis afficiens. Istene deberet esse Metropolita? Non scribo hic de aliis eius pessimis moribus ut bibacitate, sc. qui hanc consequuntur.

Hunc R. mum imitatur P. Lossowski, et ratus me diu supervivere post hunc morbum non posse, impetravit sibi, me per gratiam Dei vivente, successionem in Episcopatum Polocensem, et interim, quousque vixero, coadiutoratum sub titulo Episcopatus Vitebscensis, quod obtinere non potuit, nisi a S. Sede Apostolica, ad quam pertinet ta'em Coadiutorem, cum futura successione instituere.

Praetexerunt causam huius Coadiutoriae amplitudinem Dioecesis Polocensis et Metropolitanae, quasi utrique sufficere non possim. Cum tamen utraque haec Dioecesis intra Latinam Vilmens. Dioecesim, cui unus Episcopus sufficit, contineatur, ut quid ge... hoc Coadiutore? qui mihi medietatem bonorum Episcopatus Polocensis cum tota autoritate mea Episcopali (ut ex copiis Privilegiorum, quas mittam, intelligit) eripere omnibus modis conatur, cum sit illegitime satis ad hunc gradum promotus, per favorem saecularium Patronum, quales s. mem. Pater noster Josephus, Testamento suo tamquam indignos reici iubet. (fol. 504v) Pessimus... invasit mos quod sine commendatione Metropolitanae (prout hacte-

nus a Serenissimis Regibus Poloniae observatum est) Beneficia per favores saecularium sibi procurent, et obtinent. Gravique animadversione haec res digna esset, quam de industria fusius expono, ut sciens, sedulo huiusmodi inconvenientibus nostrorum progressibus in Curia Romana occurratur, alias actum erit de bono regimine ecclesiastico, si indignae personae ad talia munera, clandestino praesertim modo, assumentur, vel si iam P. Lossowski in Coadiutorem suscipere deberem (licet invitus) declarare mihi, accepta in Romana Curia informatione, quantum ei cum bonis ecclesiasticis, vel ex parata summa concedere debeam; Et si ita, ut in Privilegio eius sonat, autoritas eius extendere se possit, ut ipsi omnia officia, et munia episcopalia, per totam Dioecesim Polocensem cedere et permittere cogar, et me ipsum omni iurisdictione exautorem, talibus ambitionibus et privatis commodis, cum hic datur a nostris opera, interim bonum publicum, ab omnibus negligitur, et maxime difficile est persuadere cuiquam ut necessitatibus a R.V. toties propositis subveniatur, quare certo certius persuadeat sibi R.V., neque centum ungaricos inter nos colligemus, non tantum ut aliquot centena mittamus.

Nam et monasteria mea pauperrima vix aliquid contribuere possunt. Ego nunc, pro missione Fratrum Romam, ne obulum quidem extorquere ab ullo Superiore potui. At proinde proprio sumptu expedire eos cogor. Multo minus speret R.V. aliquid conventurum a nobis pro sustentatione sua Romana, quia mavult quilibet, ambitioni suae serviunt, triginta millia in Curia perdere, quam de hoc cogitare.

De Serenissimo Rege et Regina, Senatoribus et Proceribus Regni vanum est et pensitare. Nam Serenissimus est summe obiratus, quare Respubl. gratiatum ei concessit subsidium, et omnes spirituales, de eodem tractaturi sunt in futura Synodo Varsaviae. Senatores aliquos, qui benefacere nobis solebant, iam non habemus; ad novos accessus perquam difficillimus, etiam in maximis negotiis, non ut talia sibi proponi sinent. Proceres vero per singulos Domos circumire quis valeat, praesertim cum vix sit aliqua spes, aliquid accipiendi.

Ego solus, quantumcunque pro honore Martyris zelare vellem, sufficere nihilominus tanto oneri neque et frustrationes (?) essent meas contributus (?) in tantis oneribus, sub quibus vix spiro gemens.

Fratres Romam brevi expedientur, sed utinam utiles S. Ecclesiae et Religioni ad nos redeant. Nam qui hactenus posterioribus annis redierunt, nihil laborantes ...tia promoveri ad dignitates et praelaturas contendunt. Parvam consolationem et ex Patre Zacharia habemus, qui nulli rei se vult applicare, sed otio mavult torpescere, unde magnum quin imo summum patiemur defectum personarum.

Ad obiecta nobis a Cassiano nullo negotio nos purgavimus, quia in

omnibus turpiter mentitus et calumniatus est. Idem in suo pasquillo scribit, quod pro Chrismate, vel olio sacro pecuniam extrahor et in hoc calumnia summa est. Dant tamen ex antiquo usu sacerdotes, accipientes has materias sacramentorum, aliquot grossos singuli ratione laboris in dispensando eas. (fol. 505).

Kunica vero vulgo dicta, idem est quod cathedraticum, quam habemus antiquissimis Regum Privilegiis ex toto Clero concessas idque dabantur olim pelles singulae marti... (?), a singulis sacerdotibus. Dummodo in Metropolia tantum duodecim grossi Lituani, in Dioecesi nostra Polocensi viginti de more persolvantur.

Summum est et hoc mendacium, quasi soleremus pro consecratione in sacerdotium et pro transmutatione (?) Ecclesiarum, accipiendo ab uno sacerdote, et dando alteri, aliquam pecuniam simoniace extorquere, nisi quis consecrandus gratuito, et donationis modo quid offerat, quod ex antiquo more observatur in istis partibus, ut subditus Dominum ad eum venientem aliquo donario veneretur.

Rev. m. ep. Pinscensem serio aliquoties monui, etiam Serenissimo ipso mihi id inculcante, ut venationem omnino relinqueret, sed surdo fabula, pro more suo canes sequitur, excusans se quod si hanc occupationem non haberet, iam pridem per melancolicam mortem obiret, quam approximare sibi non licet, iamque habitum talem se contraxisse, qui difficile e subiecto moveri possit. Etc.

In causa monasterii Suprasliensis non est qui sumptum faciat, quia tantum monachi idque simplices rustici, post obitum Patris Szybinski, in dicto monasterio remanserunt, qui nihil minus quam de hoc negotio curant; ego ipse pro mea vigilantia ad R.V. hac de re scripsi. Etc.

Opportune submittet R.V. decreta et iura, quae promittit, pro libertate Cleri nostri asserenda; optime faciet, si decretum, quod sacerdotes nostri gaudeant iisdem Privilegiis, quibus Latini fruuntur, maxime respectu censuris: Si quis, suadente Diabolo, sc., et invalidationem dispensationis Cassiani, pro eadem Synodo nobis submittat, ut ibidem publicari possint, ne ultra Latini de hoc dubitent, et talia facere deinceps praesumant.

Nam fere communis hic sententia inter Latinos, quod percussor Clerici Rutheni non incurrat excommunicationem. Unde Sacerdotes nostri facile baculis pulsantur, quin imo passim occiduntur, sicut anno praeterito Protopresbyter Cirimen. Novogrodeci est occisus, et Patres Jesuitae (praecipue P. Ostrozanski, concionator Novogrodecensis, qui cum publice hoc in concione dixerit, nos non gaudere Privilegiis talibus, qualibus gaudent Romani, postea illos nobiles occisores absolvit ab excommunicatione, quod facere ex alia Religione nemo ausus est), passim declarant,

occisores huiusmodi non posse excommunicatos esse, et proinde confessiones eorum absque omni tergiversatione excipiunt, atque a tantis sceleribus, nullo habito scrupulo, absolvunt. Etc.

Significo R.V. et P. Joannem Dubowicz, Cassiani exemplum secutum, per similem dispensationem ad Patres Bernardinos deseruisse. Rogo ut eodem decreto inclusus revocetur, et Episcopus Luceoriensis Latinus moneatur, ne deinceps tales dispensationes, ad male narrata, obtinere presumat. Etc.

Apostatas, qui se protectioni Latinorum Episcoporum subdunt, et per eosdem dispensationes in Curia Romana obtinent, difficile est, quin imo impossibile, ad ius pertrahere, multum minus decreta in contumacia facta, executioni mandare. Etc.

(*tergo*, fol. 505v) Copia litterarum R.mi Antonii Sielava, Metropolitanæ Russiae ad Ep. Chelmensem, Methodium Terlecki, ex 24 Augusti 1643. (Cfr. *Epistolae Metropolitanarum Kioviensium*, vol. II, Romae 1956, nr. 10 pag. 189.)

21.

Varsavia, 12. XI. 1643.

Archiepiscopus Gnesnensis convocat quamdam sessionem Ecclesiasticorum Nobiliumque Torunium ad dissidia religiosa sedanda et pacem instaurandam.

APF, *Scrutt. rij. n. Congreg. gen.* vol.127, fol. 61rv, 64.

Matthias Lubienski Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gnesnen.,²² Legatus Natus, Regni Poloniae Primas primusque Princeps caeterique Regni et Magni Lithuaniae Ducatus Episcopi Varsaviae in Synodo Provinciali legitime congregati.

Illustrissimis, Illustribus, Magnificis, Generosis, Nobilibus, Clarissimis, Spectabilibus et Eruditis Viris nec non universis et singulis cuiuscunque status et Ordinis tam Saecularibus quam Ecclesiasticis ab Ecclesia Catholica Romana Dissidentibus in Regno Poloniae et annexis eidem Provincijs existentibus salutem animarum et omnem prosperitatem.

Illustrissimi, Illustres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Clarissimi, Spectabiles et Eruditi Viri.

Triste religionis dissidium, quod hoc Regnum annexasque illi Provincias uno iam saeculo fatigat, non potuit Christiani fraternique amoris necessitudinem, quam vobiscum tanquam unius Regni Cives constitutam habemus, dissolvere, neque Pastoralem de vobis solitudinem ex animis nostris, quos Spiritus sanctus posuit Episcopus regere Ecclesiam

²² Archiepiscopus Gnesnensis, Primas Poloniae — Matthias Lubienski (1641-1652).

Dei, quam acquisivit sanguine suo, unquam eximere. Qua urgente in hac Sacra Provinciali Varsavien. Synodo, de eo inprimis deliberavimus, quomodo vobis in unius religionis nomen, doctrinaeque normam concedendi quam accommodatissimum et gratissimum remedium proponeremus. Igitur ubi hoc unum non inusitatum elegimus, fraternam nimirum Collationem seu colloquium charitativum, visum est Vos Illustrissimi, Illustres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Clarissimi, Spectabiles, Eruditi et Vestris Titulis honoratissimi, quicumque in hoc inclyto Regno Poloniae eique unitis Provincijs communi iure legibus politicis estis consentientes, sed doctrina fidei dissentientes, ad illud *Torunium*, Regiam civitatem, ad diem Decimam Octobris in anno Styli Gregoriani (f. 61v) Millesimo sexcentesimo quadagesimo quarto peramanter invitare. Neque vero necessarium existimamus multis id vobis suadere, quibus studium hoc nostrum optime, ut speramus, interpretaturis propensa nostra voluntas, consiliumque placebit, et praeterea concordis religionis commoda non ignota discordis contra damna sunt manifesta. Illud unum profiteri pollicerique Vobis suffecerit, initam a Nobis augendi honoris Dei, iuvandarum animarum, stabiliendae pacis publicae rationem nemini fore praeiudiciosam, vestrisque consuetudinibus, immunitatibus, privilegijs minime exitiosam. Aderunt insuper opportuna quibus liber, et tutus ultro citroque comeatibus patebit diplomata Serenissimi Regis et Domini nostri clementissimi, qui ut bello inclytus, ita pietatis laude insignis in aetatum posse, rerumque omnium memoriam ibit, quod armata in suum exitium potissimum ex causa dissonae religionis, belloque ardente universa Christianitate, ille foris immota, undique pace constituta ad restituendam Regno Dominijsque suis religionis tranquillitatem, cum ipse regias flexit curas, tum nos ad easdem agendas incitavit. Aderit etiam nomine nostro ad praefinitam diem locumque Illustrissimus et R. mus Dominus Georgius Tyszkiewicz, Episcopus Samogitiae ingenii suavissimi, et propagandi honoris Divini studiosissimus, una cum duodecim alijs Viris doctrina modestiaque conspicuis a nobis destinatis, qui singulari animi mansuetudine in Spiritu lenitatis, sine clamoris disputationibus, praetermissis aculeis, etiam qualibet offensione hos salutare Vobiscum habebunt sermones. Quodsi Vos (uti quidem obnixè rogamus) tales quoque deligitis, qui candido pacisque ecclesiasticae cupido animo huic interveniant colloquio, profecto quandoquidem Vobis in multis fidei capitibus cum Ecclesia Catholica videtur convenire, ubi insuper certa pro certis utrinque statuentur, ambigua liquidabuntur, vere controversa, scripturarum et primitivae Ecclesiae, alijsque testimonijs comprobabuntur, haud difficile erit Catholicam veritatem, omnibus quibus (f. 64) eius fulgor hactenus obscurari videbatur depulsis, et quam inania sint quae parti huic imputantur li-

quido perspicere pariterque Vobis et cunctis iudicare, iure ne praesens secessio et olim facta sit et nunc continetur. Si unquam fuit resumendae pacis ecclesiasticae tempus opportunius, hoc certe est tot annorum pace felicissimum, scilicet ut in hac placidissima temporalis felicitatis malacia tranquillis animis omnes dispiciant dulcedinem pacis religionis, atque alterum ex altera quaerere et firmare condiscant. Utamini igitur hoc bono Illustrissimi, Illustres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Clarissimi, Spectabiles et Eruditi Viri, ut vota nostra vertantur in gaudia non Poloniae modo, et septentrionis nostri, sed caeli universi, sed nationum omnium, apud quas pulchrum erit, funestam religionis discordiam alibi prius caepisse, hic prius desijsse. Valete, acceptate, adeste in Domino. Varsaviae, Synodo Provinciali, duodecima Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio.

Matthias Lubienski,
Archiepiscopus Gnesnensis et totius Prussiae. (mp).

22.

Roma...1643

Instantiae Metropolitanae Kiovensis, transmissae Sedi Apostolicae per Episcopum Meth. Terleckyj et P. Philippum Borovyk, Procuratorem in Urbe; cfr. secunda medietate anni 1643; dantur etiam adnotationes Fr. Ingoli, quas commentat Terleckyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 338, fol. 500-501v; alia copia, fol. 417-419.

Domande del Vescovo di Chelma Rutheno Unito.

1. - Perchè alcuni Vescovi, adhuc vivente Mons. Antonio, se ben vecchio et infermo Metropolita di Russia, et Administratore dell'Arcivescovato Polocense unito, hanno richiesto il privilegio dal Re, a nominatione della Metropolia e del detto Arcivescovato, contro l'uso de Rutheni Uniti, che sogliono congregati nel Synodo eleggere il Metropolita, e poi ottener, la nominatione da Sua Maestà per haver la confermatone dalla Sede Apostolica, supplica, che si rimedii a quest'abuso, e s'ordini al Metropolita, che congreghi il Synodo, e faccia, che s'elegga, come s'è fatto altre volte, soggetto atto al governo, con domandarlo per Coadiutore con futura successione, che così s'escluderanno li favori, che portano per lo più persone indegne, o inutili alle Cathedrali.

2. - Che non potendo il suddetto Mons. Antonio per la vecchiaia, et infermità sua venir personalmente a prestar l'ubbidienza a Sua Santità, hà con mandato speciale destinato lui a prestarla, e supplica d'esser ammesso.

3. - Che si dichiari, che li Vescovi Rutheni Uniti sono veri Vescovi et ordinarii, e con tal nome s'hanno da nominare, pretendendo li Vescovi latini di spogliargli col dire, che non sono ne vescovi, ne ordinarii, e che perciò non possono erigere schole, ma Vladici, e che gl'Ecclesiastici Rutheni Uniti godono del privilegio del Canone, e di tutti gl'altri privilegii, et immunità del Clero latino, e non siano impediti nel sonar le loro campane da Latini.

4. - Che concorrendo nelle sessioni et altri luoghi coll'Arcivescovi e Vescovi latini, li sia dato il suo luogo secondo il tempo della loro promotione, come li vien dato nella Cappella di Sua Santità, eccettuati però li Vescovi Senatori, a quali non pretendono li Rutheni precedere.

5. - Non potendo li Vescovi e Sacerdoti Rutheni Uniti ingiuriati e battuti da Latini haver da Vescovi latini la giustizia, supplica, li sia lecito di ricorrere immediatamente al Nuntio.

6. - Essendosi in Leopoli, a presentatione dell'Arcivescovo latino, dato il Vescovato Rutheno Unito ad un giovine di 24 anni e scismatico, supplica che si dia ordine, che sia deposto, et in luogo suo fatto un Vescovo Unito, e riprender detto Arcivescovo, acciò non faccia più simil'errore.

7. - Che si faccino restituir li beni ecclesiastici malamente alienati, e senza beneplacito Apostolico massimamente dopo la prohibitione fatta da Nostro Signore, ch'ordinò, si servasse da Rutheni Uniti il Concilio Lugdunense nel quale intervennero li Greci.

8. - Ch'havendo un tal P. Cassiano Sachowski, già Monaco Rutheno, e passato al Rito Latino, stampati diversi libri contro li Rutheni Uniti, e con diverse propositioni malsonanti, supplica, che s'ordini alla Congregatione dell'Indice, li proibisca.

9. - Che si dichiari, che li Latini possono confessarsi da Rutheni Uniti, udir le loro prediche, visitar le loro (fol. 500v) chiese, far e portar voti alle loro divote imagini de Santi e della B. Vergine, dicendo li Vescovi latini, che tutto ciò non vale, e perciò prohibiscono li Latini di far le suddette fontioni.

10. - Essendo introdotta una causa di Decime inanzi l'Auditor della Camera contro il Decano e Capitolo Latino di Chelma, et occorse diverse contese conferite, et altri scandali nell'eseguir l'inhibitione del detto A.C., suplica il Vescovo, che si raccomandi detta causa al sudetto A.C. per la speditione per giustizia e che le siano conforme al privilegio di Clemente 8º date tutte le scritte e speditioni gratis, come si fà dalla Dataria e Cancelleria, perche trà le gratie, che si dimandarono dalla Sede Apostolica nel far l'Unione, una fù questa delle speditioni gratis. - La causa delle Decime è, che contro l'uso il Decano e Capitolo latino vogliono decimar li

Rutheni, et il Vescovo Rutheno Unito dice che toccano a lui le Decime, et alli suoi Sacerdoti, perche detti Rutheni non sono sudditi del Vescovo latino, ne da lui ricevono li Sacramenti, mà egli è il lor Pastore, e da lui e da suoi Sacerdoti ricevono li Sacramenti.

11. - Non volendo il Clero latino prestar li parati et Altar portabile alli sacerdoti latini, che vogliono celebrare ad una divota Imagine della B. Vergine, ch'è nella Cathedrale di Chelma, supplica Nostro Signore li dia alcuni parati coll'arma Sua, et un Altar portabile consecrato alla latina per servitio dei sacerdoti latini, che voranno ccelebrare in detta Cathedrale.

12. - Supplica per diverse lettere commendatitie e Brevi per aiuto della Santa Unione.

13. - Che sia ammesso nel Collegio Greco un suo nipote, ch'hà condotto seco, havendo li Rutheni Uniti quattro luoghi nel Collegio Greco, ove non è al presente, se non un Alunno Rutheno.

14. - Havendo spesato un'altro suo nipote mantenendolo in studio con conditione, che si facesse Monaco di S. Basilio, egli contro il patto s'è fatto francescano, ed adesso è novitio, supplica perciò, che li sia ordinato ch'adempisca la conditione, ò li ristituisca quello, che ha speso in mantenerlo in studio col sudetto fine.

15. - Supplica, si dichiarì, se fanno bene li Vescovi Rutheni uniti a reordinar sub conditione tutti li Rutheni Schismatici tanto Vescovi, quanto sacerdoti, diaconi, suddiaconi, e lettori, che vengono alla S. Unione perche detti prelati uniti dubitano grandemente dell'ordinatione de Scismatici per due ragioni: 1.- perche venne in Russia un Diacono Greco scismatico, che si faceva Vescovo, et ordinò 40 tra Sacerdoti et altri ecclesiastici; 2.- perche Meletio Smotricio, che poi si fece Unito, et hebbe da noi il titolo di Arcivescovo di Hierapoli, volse esser riordinato di tutti gl'ordini sub conditione, et (fol. 501r) anco del vescovile, dicendo, ch'era stato per tutta la Grecia, et haveva veduto, come si fanno li Patriarchi di Costantinopoli et altri Vescovi, e che dubitava grandemente delle loro ordinamenti, non credendo in essi legitima successione degl'Apostoli, e che verisimilmente si poteria credere, che con tante interruptioni di detta successione, che nella Chiesa Greca Scismatica non vi sia il vero Sacerdotio, e questo Meletio era huomo dottissimo, come si vede nelli libri stampati nel Scisma contro la Religione Cattolica, e poi nell'Unione nel retrattarsi, ch'ha dato et in un libro d'una disputa con un Scismatico, manoscritto tradotto in latino si trova nella Segretaria de Propaganda Fide.

Risposte del Segretario Ingoli perche si considerino dalla Congregatione per le domande de Rutheni Uniti:

Alla 1-ma domanda: Dal Metropolita Hipatio, che fù il primo, che s'uni, s'è osservato di provvedere la Metropolitia di Russia per via di Coadiutore, e ch'è riuscito bene, però si può dar l'ordine domandato. Del fatto da quei Vescovi la Sacra Congregatione ha scritto al Nuntio, ch'impe-disca, e qui si dia ordine che si passino quelle nominationi del Re.

Alla 2-da: Le cose sono vere per gl'avvisi, che s'hanno da Polonia, però par giusta la domanda, massimamente che l'assenza del Metropolita è stata sempre nociva e per la lontananza è sempre lunga.

Alla 3-tia: Ha più volte la Sacra Congregatione scritto iuxta petita.

Alla 4-ta: V'è dichiarazione della Congr. de Riti che s'attende il tempo della promotione.

Alla 5-ta: Si potrebbe ordinar che fatte le sue istanze e negando il Vescovo latino la giustizia, appellino al Nuntio.

Alla 6-ta: La S. Congregatione ha scritto al Nuntio, e per consiglio di esso all'Arcivescovo di Gnesna, che veda, che l'Arcivescovo di Leopoli rimova lo scismatico, e faccia un'unito.

Alla 7-ma: Nella precedente Congregatione s'è ordinato, che li visitatori parlino al Re, e col suo parere si governino, quando non possino persuadere a ordinare la restituzione de beni ecclesiastici.

Alla 8-va: Del P. Cassiano e del Diacono passati al Rito latino s'è presa risoluzione nella precedente Congregatione de Rutheni. De libri del sudetto P. Cassiano si possono dar a rivedere a qualche theologo Polacco per notarli luoghi degni di censura, e poi rimetterli alla Congregatione dell'Indice colla censura, perche contenendo molte buone cose contro li scismatici, non sarebbe a proposito prohibirli affatto.

Alla 9-na: Par giusta la domanda, se bene la Congregatione, quanto al Confessore, ha detto, ch'in difetto de Latini si possono li Latini confessare dalli Rutheni Uniti.

Alla 10-ma: Si può raccomandar la causa per spedirla, e poi mandar la speditione visitatori.

Alla 11-ma: e 12-ma: Si potra proporre nella Congregatione inanzi Sua Santità e la 12-ma ancora per rispetto di Brevi domandati.

Alla 13-tia: La domanda è giusta e si può trattar col Signor Cardinale Cesarino, immediato Amministratore del Collegio Greco.

Alla 14-ta: Con gl'Alunni de Collegii Pontificii si suol far, che paghino le spese fatteli, quando non vogliono farsi ecclesiastici.

Alla 15-ta: Il caso proposto è grave e si può rimettere alla Congregatione dell'Euchologio, nella quale a lungo è discussa questa materia.

23.

1643.

Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis de quibusdam rebus Unioni necessariis ad S. Congregationem de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol.338, fol. 409-410v.

Emin.mi et R.mi D.ni D. Colendissimi.

Optime ad omnia puncta a me S. Congregationi oblata Ill.mus D. Ingoli, zelosissimus Unionis S. promotor et rerum omnium Ecclesiae nostrae Ruthenae Propagator, respondit; quo tamen nonnulla in partibus Regni Poloniae, ubi diversi mores, libertas Fidei, et Rituum libere pro libitu cuiuscunque observantur, vel difficiliter per media assignata promoveri, vel certe nullo modo exequutioni mandari possent. Quocirca brevissime quod sentio dicam et aliqua ad responsa data, ut magis coniuncta, potissimum cum Ill.mi D. Ingoli declaratione Ecclesiae Sanctae prosint, subiungatur. Ad calcem autem addam nonnulla Unioni Sanctae utilissima quae supplico benignis accipere auribus dignemini. Et iam dico ad primum Punctum:

Scripsit S. *Congregatio* Ill.mo Poloniae Nuntio, ut quorundam nostrorum praetensiones Metropoliae, Archiepiscopatus Polocen., Archimandritiae Sidicinen. etc. impediret, vivente adhuc moderno metropolita legitimo, dictorum beneficiorum possessore. Verum silentium altum inter Serenissimum et R.mum Nuntium et discessus Ill.mi Nuntij imminens, impedit tractatum istorum, multo minus satisfactio aliqua potest expectari, et patet quia Pater Lossouschi subdole obtento Privilegio occupare Polocen. Archiepiscopatum intedebatur, et modo scribitur mihi a meo Vicario, infirmo Metropolita Vilnae decumbente, ipsum Polociae aliqua occupasse.

Ad 2dum: Eadem S. Congregatio de aequalitate nostrorum Episcoporum et Cleri dederat litteras Ill.mo Nuntio et Decreta S. Congregationis de Propaganda Fide adsunt anni 1624, quod ijsdem Privilegijs Rutheni ac Latini gaudere debeant. Ad exequutionem tamen haec non sunt deducta, neque facile deducuntur. Supplicat quapropter, dignentur Breve a Sanctissimo super hoc Decreto expedire.

Ad 4um: Praecedentia ante Suffraganeum Vilnen., solum ad Metropolitanam ipsum, non autem ad alios Episcopos Ruthenos et Suffraganeos Latinos extenditur, quod patet ex Decreto S. Congregationis Rituum, Anno 1620, Aug. 22 die et Brevi Gregorij XV, 20 Martij Anno 1623, expeditis. Supplicat Orator, ut simile Breve quod omnes Episcopos et Suffraganeos includat expediatur.

Ad 5um: Sacerdotes nostros vult recurrere, Pmo: ad loci Ordina-

rium, pro Instantia habenda, deinde ad (f. 409v) Ill.mum Nuntium a denegata Instantia. Haec via... et regulariter ab omnibus exercetur, neque ego peterem immediatum recursum ad Ill.mum Nuntium, si experiremur aliquam Instantiam ab ijs Ordinarijs, dum recurrimus ad eos, nostras iniurias exponendo, administrari, praecipue vero in mea Dioec. praesente moderno Episcopo.

Ad 6um: Episcopus Scismaticus Leopoliensis, quia nulliter Episcopus, ideo nec eget depositione neque potest deponi, quia a Serenissimo Rege provisi nunquam deponuntur, tum quia iam de facto et actu possidet illum Episcopatum a quo exturbare impossibile. Promovendus quocirca simpliciter esset P. Hilarius Kotkowski, vir eo munere dignus, Religiosus Unitus zelosus; promoveretur autem per commendatitias ad magnates certos datas, qui circa Leopolim bona amplissima possident, et ecclesias in Bonis suis habent plurimas, et ad Comitiola Palatinatus Russiae Visnicen., recommendando dictum Patrem, et petendo, quatenus ipsius sint Promotores et defensores.

Admonitio Archiepiscopi Leopoliensis. parum proderit, qui acceptis sex millia talerorum seu Imperialium non recedet unquam a sua promotione, quod facile ex dictis ipsius coram quibusdam Magnatibus prolatis, dum se a proposito eo dimovere conarentur, dixit etenim haec de Ecclesia: Deus scit, cuius fides melior sit, nostrane an ipsorum, id est scismaticorum. Cavendum solummodo ne imposterum audeant Successores sui quidquam simile attentare, quin immo praecipendum quatenus et hoc et alijs modis curent Unionem Sanctam promovere. Possent etenim et ipsi in Bonis suis Unitos Sacerdotes habere, et alijs Nobilibus ut idem facerent persuadere; et bonum exemplum dare.

7um: Restitutio Bonorum sub Censuris et poenis ecclesiasticis commendetur. Serenissimus Rex non pertinet ad illa Bona, sed illi qui possident, quare neque est molestandus.

Ad 8vum: Ut Cassianus et Diaconus redeat,²³ non sufficit resolutio Congregationis praeteritae, nisi addentur censurae, contra renitentes redire, et contra detinentes, et protegentes. Hac eadem occasione, ne quis-

²³ Cassianus Sakovyč et Joannes Dubovyč, religiosi Basiliani, qui ad Ritum transierunt Latinum et in parte ad Ordines Latinorum. Cassianus scripsit etiam opera polemica, in quibus aggressus est et Unitos et non-Unitos Ruthenos. Contra suum opus s.d. « *Perspektyva* » scripsit etiam metropolita Kioviensis non unitus, Petrus Mohyla suum opus sub tit. « *Kamien* ». Sakovyč (1578-1647), proveniebat ex Galitia, et ann. 1620-1624 erat Rector scholae Confraternitatis Kioviensis; scripsit in honorem Petri Sahajdačnyj, nec non contra Ecclesiam Unitam, cui deinde et ipse nomen dedit, quam postea reliquit et transiit ad Latinos, et ut sacerdos latinus vixit Cracoviae, ubi et obiit.

quam imposterum audeat a Religione et Ritu transire, et ab alijs recipiatur, expediendum esset Decretum, aut Breve sub paenis ecclesiasticis et censuris, ipso facto incurrendis.

Libros eiusdem Cassiani totaliter damnosos velint condemnare quia non modo in (f. 410) multis locis scripsit contra Unitos et Fidei dogmata; p^o. fol. lib. sui Cracoviae censurati et impressi dicit Formam Sacramenti Baptismi in Ecclesia Romana quae p^{ma} persona utitur, perfectiorem esse Fr. Graecae Ecclesiae, quae in 3a. profert verba, cum tamen forma, una et altera Deo esse rei, et a Conciliis approbata. Sed etiam quia scismaticos per hoc magis exercebarunt irrisionibus suis et sarcasmis inaudita confingendo. Assignandi essent aliqui Theologi Pontificii, qui una cum nostris Ritus peritis Patribus... et censurent.

Ad 15. S. Congregatio Euchologij Riturum Nostrum secundum Bullarium Clementis 8, dummodo non sint quae dogmatibus Fidei, et SS.PP. contradicant, in suo esse dignentur conservare, ne aversioni Schismaticorum occasio praebetur. Sciant E.DD.VV. nostra Euchologia initio statim Unionis examine praevio, a viris doctis et Doctoribus facto, correcta. Non inutiliter Patres nostri Rutheni callentes linguas Ruthenam et Latinam et Ceremoniarum tum periti, pro collatione advocarentur. Adsunt libri antiquissimi, ante scisma, et dum essent omnes simplices, et recti corde, conscripti; ex quibus diversitas videretur. Haec ad puncta Ill.mi D. Ingoli in mea expono, et

1^o. De Pallio e Corpore B. Petri assumendo ab Archiepiscopo Metropolitana ante duos annos facta difficultas et S. Congregatio Riturum rem reliquit indecisam. Si dandum esse decernet, tunc statim dum Sacra dabitur et hoc conferentur, quo, nullo facto strepitu neque omnibus patefaciendo ad scandala avertenda, uti una cum Omoforio poterit.²⁴

2^o et 3^o. De Patriarcha dedi consilium. De Valachis in scripto Ill.mo D. Ingoli obtuli relationem.

4^o. Rutheni et Moschovitae ex captivitate Turcarum per se vel alios liberati Romam pro gratiarum actione venire et confiteri et communicare consueverunt. Placeat S. Congregationi aut nostris PP. Ruthenis eandem facultatem et potestatem chartulas pro confessione et communione impressas impartiri, et Poenitentiam erigere in Ecclesia SS. Sergij et Bacchi ob rationes quas refert ipse R.P. Florianus: 1^o, qua linguam non intelligit; 2^o, qua non possunt in rebus fidei nisi a Ruthenis informari et ad recognoscendum caput Ecclesiae incitari. Alias rationes ipse praedictus Pater Florianus, qui instat, per me referet, ubi commendabitur.

²⁴ Res tractabatur an. 1643 et decisum fuit pro Pallio; dein tamen oblivioni data.

5º. Ex litteris mei Vicarij inauditum facinus patratum a DD. Latinis referens verbis fratribus, significo quod Novogrodeci Pater Tucko sit a Deputatis occisus, ita videlicet funibus concussus ut exspiraret et cum a varijs excommunicarentur, PP. Jesuitae, praecipue vero Pater Ostrozanski, Concionator Novogroden. Jesuita, dixerunt nos non gaudere privilegijs talibus qualibus (f. 410v) gaudent Romani, quod cum publice in contione hac dixerit, postea illos Nobiles absolvit ab excommunicatione.

A Sacerdotibus Latinis Crasnostaviensibus, pro festis Paschalibus corda accepta est campanis, quae deinde inventa apud illos, hoc factum, quantum in Civitate illa, novissime a me ad Sanctam Unionem conversa, attulerit, ego pro dolore non possum explicare.

Idem Vicarius aequè in alijs literis scribit R.mum Episcopum Chelmen. Latini Ritus statim post discessum meum 4 Boves a Praesbytero meo pro censibus annuis et vecturis non factis abduxisse. Haec patimur in Confratribus nostris.

Caeterum iteratis vicibus pro Em. Protectore Russiae et Confirmatione scholarum Chelmen. supplico.

Em.mis et R.mis DD. S. Congregationis particularis Ruthenorum Unitorum Cardinalibus.

Pro Methodio Terlecki, Episcopo Chelmen. Rutheno Unito.

24.

Crasnostavia, 2. I. 1644.

Excerptum ex relatione Ep.ϕi Chelmensis, Pauli Piasecki cum multis querelis contra Clerum et Episcopum Chelmensem unitum.

ASV, Arch. S. Congr. Concilii: Relationes, Chelmen. (s.n.)

Idem clerus saecularis in his partibus a Graecis ad speciem Unitis tanto maiora incommoda sentit. Perturbarunt nimium isti, et in dies magis perturbant Iurisdictionem, et omnes functiones Ritus Latini. In loco meamet residentiae frequenter accidit, quod Sacerdotes Graeci committunt superstitiones Schismatis Graeci, matrimonia interdicta Latinis ex aliqua iusta causa aliaque Sacramenta ipsi administrant, Ritu Latino celebrant, contra expressum decretum Pii V.P.P., in concionibus suis praedicant, dicitque se suo tantum Graeco Superiori subiectum esse. Methodius illius Ritus in mea Dioecesi Antistes, non ita pridem Romam abiens, etiam a meis subditis ingentem contributionem extorsit, promisso quod eos Romae a mea potestate liberaret, unde nunc aegre obsequium debitum mihi praestant.

Epistolaris brevitatis non permittit singula describere, et apud praecipatas aures, quamvis sincera veritas vix fidem inveniet. Sed uno verbo sacerdotali affirmo, sunt Graeci, sunt iidem omnino Graeci, quia saeculares toties Sedi Apostolicae imposuerunt, nihilque aliud quaerunt, nisi ut ex servitute in qua fuerunt hucusque, Unionis specie in libertatem Cleri Latini sese ingerant, quo in Latinos Catholicos liberius odia implacabilia exerceant; populus autem Graecus seu Ruthenus in eodem Schismate pristino inveteratus haereat, prout haeret palam. Unicum tamen salubre ad perficiendam Unionem, si est perfecte stabilienda, medium adhiberi potest, ut Graeci isti sacerdotes Latinis Episcopis subsint, ab ipsis vicarios Graecos habeant, unamque Iurisdictionem in una Sede ac Dioecesi Episcopali agnoscant.

Quantumvis autem consilium istud postponetur, mihi sufficiet, conscientiam meam exonerando, fideliter haec Sedi Apostolicae significasse.

25.

Vilna, 12. III. 1644.

Episcopus Samogitiensis, Georgius Tyszkiewicz de duobus Religiosis, quos reducere debuit ad pristinum statum et Ordinem.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.*, vol.127, fol. 88.

Eminentissimi Patres.

Non ita pridem ob instantiam Reverendissimi Metropolitanæ Kiiovien-sis ab Eminentissimis Paternitatibus Vestris mihi demandatum est, quatenus duos Monachos Sancti Basilii Ruthenos, qui deposito Religioso habitu ad latinum transierunt ritum, ad eandem Religionem in qua professi erant reducam.²⁵ Eam Commissionem cum ea qua decuit reverentia recepi, et ad ipsius executionem procedam. Deinde a Sanctissimo Domino Nostro nuper facultatem Visitandi Ecclesias Ruthenorum, eiusdem ritus Metropolitanæ, et mihi insimul esse commissam cognovi; eam quoque Commissionem studiose exequar, ut exinde et divini cultus, et istius Religionis in dies magis ac magis subsequatur propagatio. Hoc nihilominus negotium paulisper suspendendum esse censui, propterea, quia Serenissimus Rex hoc praesertim pacis tempore in suo Regno, dissidio Religionis pacificando intentus, sollicitè reductionem Schismaticorum ad gremium Sanctae Matris Romanae Ecclesiae procurat. Episcopatus Piltinensis restitutio, ut aliquando interveniat, invigilo, in quo negotio sensim procedendum

²⁵ Agitur de Cassiano Sakovyč et Joanne Dubovyč; cfr. notam 23.

est hoc videlicet tempore, quando dissidentes ad Ecclesiam Dei salutari-
bus medijs reducuntur, opera Sacrae Regiae Maiestatis ad id accedente.
De caetero Eminentissimis Paternitatibus Vestris humillima obsequia
defero, Earundemque patrocinio me, meamque Dioecesim quam diligen-
tissime commendo.

Vilnae, 12 Mensis Martij 1644.

Eminentissimarum Paternitatum Vestrum servus humilis et devotus
Georgius Tyszkiewicz, Episcopus Samogitiae S.R.E. (mp).²⁶

26.

Varasdin, 5. IV. 1644.

*Ep. M. Terleckyj Philippo Borovyk, de sua missione ad Valachos Montis
Feletrii.*

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 127, fol. 91rv.

Admodum Reverende Pater in Christo Charissime.²⁷

Ego ad haec usque tempora dimoror circa meos Slavones et Croatas,
ubi si plus mihi temporis superesset, invenirem multa ad faciendum,
quanquam praeter alia quantum permiserat tempus, Deo adjuvante,
saltem transitorie nota feci ea populis istis, cum quibus sum conversatus,
quae spectant ad salutem. Uno verbo etiamsi ad mortem hic manerem,
et mecum alii mille, non quaerendo Iaponias et Indias, haberem ad agen-
dum. Iam etiamsi tardius ad commissas mihi oviculas properandum
duxi, veritus ne diuturniori mea partibus in istis mora causarem aliquod
notabile damnum in dioecesi mea. Interim tamen paucis per Reverentiam
Vestram denuncio Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, quae fue-
rint facta, me praesente, in partibus istis. Pater Basilus Ognianovicus
in Goimeria primus inter spirituales Valachorum totaliter Unionem san-
ctam amplexus est, abiuravit coram me et aliis schisma, confessus est
et sui imposterum satis bonam spem reliquit. Gabriel Predoievicius,

²⁶ Georgius Tyškevyč, origine Ruthenus, primum Episcopus auxiliarius Vilnensis nomine Methonensis (1627-1633), dein Episcopus Samogitiensis (1633-1649), demum Vilnensis (1649-1656); obiit die 17 januarii, plenus meritis pro Ecclesia suisque dioecibus. Studuit Cracoviae, ubi erat postea et canonicus; translatus Vilnam, erat Canonicus, Custos et Archidiaconus Capituli, et tandem ab Eustachio Wolłowicz assumptus in Coadiutorem an. 1626.

²⁷ Agitur de Procuratore in Urbe, P. Philippo Borovyk, OSBM, qui sedem Procurae an. 1639 obtinuit, eam ordinavit et direxit usque ad suam mortem in Urbe, an. circiter 1651.

ab omnibus habitus pro schismatico primario, novissime pseudoepiscopus creatus istorum populorum et ordinatus ab Archiepiscopo Serbiae, quam accipiendo ab Imperatore literas praesentationis promiserit pro Sacra accipienda non alio quam Romam se omnino collaturum. Hoc ego sciens quantum potui modo, rediens Roma, cum ipso expostulavi de violatione promissi verbi huius, neque desii esse molestus ipsi et auctoritatem etiam generalis adhibendo, donec consentiret reconciliationis et confirmationis gratia Romam se iturum. Quod quoniam pollicitus est mihi, scripsi per ipsum et ad Reverentiam Vestram et ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, intercedendo ut tanquam noviter conversum, crassum et rudem fraterne et paterne excipiant. Neque potest tamen haec tam cito exequi nisi circa autumnum proximum. Interea vero temporis sopientur et pericula Italiae et partium istarum inter nobilitatem Slavorum orta, in quorum fundis isti incolae Slavi seu Valachi ad confinia Turcarum habitant. Qui praeter (f. 91v) obsequia militaria in confiniis exerceri solita nulli nobilium (prouti et nostri Cosaci) in quopiam subiecti esse volunt. Quod si vero neque in autumno venisset, tum has discordias impedimento fore sciant, alias facta est provisio et de manu ductore illius et forte D.ni Krisani (sed de hoc infra) et de viatico ipsius. Deus novit quomodo succedent res ulteriores. Quoad D.num Krisanik, hic habet alta desideria sua, et non impossibilia, dummodo nolit esse inconstans prouti quidam in eo notant. De quo cum hic cum ipso fusissime egissem, dedit rationes pro sua parte, quare huiusmodi proveniant ab adversariis illius. Ipse nihilominus omnimode se praestitutum ad summum intra biennium, post debita persoluta, et matre sua constituta, sive provisiva, promittit: toto biennio se praeparando magis ad accersendo suo proposito, etc. Ego quoque omnem meam operam, illum hac in re adiuvando, promisi. Utinam aliquid boni saltem ex alienis, si nostri torpescunt, videamus. Unum tamen in illo displicet mihi: bibit video non male, hinc vereor ne ipsum crapula immutet in ipsius sanctis et piis propositis. Nihilo tamen minus omnia Dominus Deus tempore suo demonstrabit. Interim ego ad mea accedo etc. etc.

Datum Varasдини, die 5 Aprilis, 1644.

Admodum R.dae Paternitatis Vestrae addictissimus in Christo
Methodius, Episcopus Chelmensis (m.pr.).

(f. 96v) Copia literarum Ill.mi D.ni Episcopi Chelmensis.

27.

*Ante, 14. VI. 1644.**Ep. M. Terleckyj Ferdinando III Imperatori, de visitatione Valachorum Montis Feletrii.*APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.* (Memoriali 1644), vol. 407, fol. 306rv.

Sacra Caesarea Maiestas, Domine, Domine Clementissime.

Episcopus Chelmensis Ruthenus,²⁸ cum Sancta Romana Ecclesia unitus, humillimus Orator, eundo et redeundo Roma, cum nutu et beneplacito Sacrae Tuae Caesareae Maiestatis studio versus confinia Turcica ad Valachos, dictos Uskokos deviat. Ubi existens cum eorum spiritualibus, in quantum illi breve tempus permittebat, egit de Unione sancta suscipienda. Non recusabant se illam acceptaturos, si haberent hac in re ulteriorem manufactorem et instructorem. Et de facto, in generalatu Carlostadiensis, Basilius Ognianovicus, vir religiosus, et inter caeteros primarius, abiurato schismate, praestitit supra Unionem s. iuramentum coram oratore, per quem literae a Sacra Congregatione de Propaganda Fide sunt ad illum scriptae, laudando sanctum hoc in illo opus et urgendo, ut esset constans, traheretque alios similiter ad sanctam fidem catholicam. In generalatu vero Varasdinensi, episcopus illorum Valachorum, Gabriel nomine, siquidem contra suum promissum coram Nuntio hic Viennae apostolico anno praeterito factum non proficiscendo pro sui consecratione Romam, iverat potius ad quendam archiepiscopum schismaticum in Serbia, sub Turca existentem, qua de re ab oratore habuit suam reprehensionem, una cum efficaci persuasione, ut hoc faciat et omnino praestet quod promiserat, et ad quod obligatus est, adeat scilicet Urbem reconciliationis et confirmationis suae gratia. Tandem, post longas disceptationes, promisit se hoc circa autumnum proxime futurum praestitutum, dum interea pax in Italia stabilitur.

Aequè praedicto Gabrieli persuasum est ab Oratore, ut expediret aliquot selectiores Valachicos iuvenes in Russiam, recto illos ad oratorem Chelmensem dirigendo, ubi non modo literis darent operam, verum etiam Ritui puro Graeco, qui hactenus inter illos corruptus et superstitiosus habebatur. Quod si factum fuerit, multum illis partibus proderit, dum habuerint bonos formalesque et non fictos unitos cum Sancta Romana Ecclesia.

²⁸ Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis (1630-1648), olim Alumnus Vin-dobonensis, unde circumstantiae Urbis capitalis Austriae ei notae erant. Cfr. etiam vol. I-um.

Sed ut magis Unio sancta inter illos homines propagaretur, necessario pro aliquot (f. 306v) iuvenibus illius gentis fundatio aliqua esset erigenda, et praecipue, ob multas rationes, hic Viennae. Cui loco sive seminario deberent praeesse Religiosi Basiliani, Rutheni uniti, ut simul cum studiis, quae in universitate haurirentur, a Patribus Iesuitis, instructi essent in sacris ritibus secundum Ecclesiam Orientalem, quibus Valachi ita sunt tenaciter alligati, ut citius derelinquerent fidem catholicam, quam suum Ritum Graecum. Alias sine huiusmodi provisione difficulter dicti Valachi in sua salute iuvari possunt.

Graeci etiam vagabundi, qui ficto Unionis nomine solent lucri gratia per varia catholicorum loca cursitare, tandem ex quo ad homines ritus sui veniunt communiter multum propinando simplici populo et insinuando suum innatum schisma, nocere consueverunt. Qui imposterum ne id faciant et ne inficiant praedictas partes Valachicas, omni ex parte praecludendus ipsis esset aditus.

His omnibus Maiestati Vestrae pro informatione humiliter relatis remanet Oratoris iterata supplex petitio, ut Maiestas Vestra hoc adeo Dei gloriae et saluti animarum inter Valachos subditos Maiestatis Vestrae ac ultra latius propagandae utile ac necessarium opus, fundandi exigui alicuius alumni pro filiis ipsorum, in scholis (uti supra dictum est) Societatis Iesu educandis, sub domestica disciplina aliquorum Patrum Ordinis et ritus nostri S. Basili Ruthenorum, cordi habere dignetur. Deus optimus maximus ad suam gloriam Vestrae Maiestatis tempora feliciter disponat.

Sacrae Caesareae Maiestati Ferdinando Tertio, Domino, Domino clementissimo.

(f. 311v) Copia di un memoriale dato da Monsignore Vescovo di Chelma, Rutheno unito, all'Imperatore...

28.

Cracovia, 14. VI. 1644.

Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis refert de sua visitatione Montis Feletrii deque rebus ecclesiasticis Valachorum.

APF, *Scrutt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 62, fol. 166-167.

Eminentissimi et R.mi Domini, D. Colendissimi.²⁹

Sollicita Eminentiarum ac R.marum D.V. salutis animarum cura,

²⁹ Cardinalibus Sacrae Congreg. de Propaganda Fide, a qua pendeat, et quae ei favebat eumque multum aestimabat.

et summum propagandae Fidei desiderium me ad Valachos Montis Felletri, ut cum ipsis circa Unionem S. amplectendam agerem, expedit. Mandata feliciter, Deo favente, et cum fructu sum exequutus. In Generalatu etenim Goimeren. Pater Basilius Ognianovicus inter spirituales Valachorum primus Unionem S. amplexus, schisma in praesentia mea et aliorum plurium abiuravit, confessus est mihi, et totis unionem sanctam viribus pollicitus promovere. In Generalatu vero Varadinen. Episcopus Valachorum Gabriel Predoievicius, alias schismaticorum obstinatissimus, et hic post multas et longas controversias, Deo adiuvate, Pontificem Romanum, Caput totius Ecclesiae esse recognovit et Romam iturum se reconciliationis gratia in praesentia Ill.mi D. General. Varadinen. promisit. Unum non dubito affectum experietur. Ne tamen uti novella planta Ordinis sui et Ritus Eccl. visitaturus et forte ibi cum PP. Ruthenis propter informationem et maiorem satisfactionem suam mansurus, defectu Ecclesiae more nostro extractae adumbrem et scandali ac aversionis, aedificationis loco et consolationis (cum tamen Sedem Apostolicam Ritui suo addictissimam acceperit) occasionem sortiatur. Ego mea ex parte humillime supplico dignentur pro munificentia sua et pietate providere et quae ad complementum Ecclesiae nostrae³⁰ desunt extrui commendare. Veniunt frequenter Rutheni et alij rerum nostrarum periti et dum sancta-sanctorum et alia requisita deesse vident, abeunt scandalizati, unitos Ritum invertere inferentes. Decor ille Ecclesiae et perfecta observantia Ritus vobis, Eminentissimi Principes, et Paterno Sedis Apostolicae affectui attribuerentur.

De erectione Collegij, pro Ruthenorum, Moschovitarum, Valachorum, Bosnen. et aliorum eiusdem Ritus et linguae conversione utilissima non auderem coram E.D.V. minimum proferre verbum, nisi me pietas V., quae tot pereuntibus in Schismate defectu operariorum animarum condolere consuevit, et nisi facilitas lucrandi Deo animas, si bini adminimum singulis annis lacte charitatis Romanae enutriti et veris Dogmatibus Fidei Sanctae imbuti, ac in Rebus Ecclesiae Ruthenae, cantu, scriptura, lectura a PP. nostris Ruthenis eruditi prodirent horteretur; Sacrae etiam Caes. Majestati, ut Collegium pro Valachis erigere dignaretur supplicavi et alia exposui prout ex memoriali meo, quod mitto, patebit; sed nullum responsum ab impedito bellis potui obtinere. In vobis Eminentissimi Principes et S. Sede Apostolica spem nostram totam

³⁰ Agitur de ecclesia et Hospitio SS. Sergii et Bacchi, donata Basilianis Ruthenis an. 1641, die 8.2; cfr. Breve Urbani VIII-i in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, nr. 457, pag. 517, ubi breviter de eius historia et origine agitur, nec non plura documenta in aliis voluminibus nostrae Collectionis Documentorum Romanorum.

omnes et singuli collocamus, a Vobis salutem gentium nostrarum praestolamur. Caeterum ut meam paupertatem munificentia et liberalitate vestra dignentur sublevare, debito meo 50 scutorum Romae, de quo referet Pater Philippus Ruthenus,³¹ persoluto, humillime supplico et vestram hanc in parte, Eminen.mi Principes, imploro opem. Ego etenim nullum reperio modum illud exsolvendi, maxime cum Episcopatus tenues habeat reditus, et alia non pauca debita in itinere isto, Visitatione Valachorum et libris pro conversione schismaticorum ab Em. D.V. datis, devehendis contracta, hic mihi sint persolvenda. Catena etiam aurea Ecclesiae mihi commissae, quae deffectum pecuniae suppleverat eliberanda vel alia procuranda et nisi illa adfuisset nequaquam domum tempore illo difficillimo Belli Italici pervenissem. Finem tandem imponens, mea et omnia ac singula pietati et paterno Eminent.marum ac R.marum DD.VV. affectui diligentissime commendans, Sacras cum omni veneratione et humilitate exosculor Purpuras.

Cracoviae, 14 Junij 1644.

Eminent.marum et R.ndmarum Dominationum Vestrarum humillimus in Christo servus

Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelmen. et Bels. (mp).

(fol. 167v) Die 13 Martii, 1645. Congr. 7, nr. 22.

29.

Cracovia, 14. VI. 1644.

Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis de rebus et negotiis in unione Montis Feletrii deque rebus cum sua missione connexis, et de subsidio.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol.127, fol. 44rv, 51v.

Ill.me et R.me D.ne, D. Colendissime.³²

Scripsi Varadino ad Patrem Philippum,³³ exponens brevissime quae in Monte Felletri inter Valachos fecerim et quae ibidem Deo effecerim adiuvante; credo illum de his S. Congregationem reddidisse certiozem, modo ad eundem dirigo meum memoriale S.C.M. oblatum et literas meas

³¹ Philippus Borovyk, primum Alumnus Collegii Graeci in Urbe dein Procurator negotiorum Ecclesiae Ruthenae et Ordinis Basiliani, et Rector ecclesiae SS. Sergii et Bacchi (1639-1651).

³² Francisco Ingoli, Secretario S.C. de Propaganda Fide (1622-1648).

³³ Cfr. notam 31.

ad Sacram Congregationem³⁴ ut illas Ill.mae et R.mae D.V. consignet, et pro me ac promovenda S. Unione diligenter agat, et auxilium Ill.mae et R.mae D.V. in quibus opus fuerit impleret. Ut autem ego votorum meorum compos et Ill.ma ac R.ma D.V. tanto facilius meis annuat petitis, et apud Emin.mos S. Congregationis de Propaganda Fide ferventius et efficacius tractet instantissime supplico. Et vel maxime, ut persuadeat Emin.mis erectionem Collegij, pro Ruthenorum et huius populi ac vicinorum quorumcumque eiusdem Ritus et Idiomatis populorum Conversione, utilissimam.³⁵ Facilius etenim homogenea calore charitatis in rebus fidei calefacto in unum poterunt convenire, et desideratus S. Unionis finis connaturalibus et suavibus adhibitis medijs, Deo adjuvante, poterit obtineri. Neque in ceremonijs, lectura, scriptura, cantu Ecclesiae Ruthenae ab alijs praeterque a nostris PP. valebunt erudiri, quae ad facilitandam conversionem conducunt multum. Et ego in me ipso sum expertus dum etenim quidam Valachorum superioribus annis Latinum me affirmarent et vitae ideo insidiarentur, ijdem Valachi, expeditam videntes scripturam et lecturam ac cantum sentientes, verum et legitimum sui Ritus esse agnoverunt et affectu quo decebat persequuti, modo etiam a plurimis audivi quod mallent Turcae potius fieri quam mutare Ritus. Aliud est ut Ecclesiam meam more nostro cum S. Sanctorum et alijs requisitis dignentur accomodare. Roma pro suo ornamento singulae habere, quae in remotissimis Orbis partibus Russiae et Moschoviae aguntur, quomodo Ritus exerceatur, qua fabrica quis decor Ecclesiarum servetur deberet procurare. Plurimi Ruthenorum Romam venientes ad Unionem S. accederentur; et occasio ista scandali cum illo Episcopo Valachorum qui venturus est Romam brevi, tum alijs omnibus eiusdem Ritus amoverentur. Non credunt etenim veros esse Ritus sui promotores si eum non videant adamussim observari, neque confidenter de rebus Fidei tractare volunt contraria Ritui advertentes. Et hoc punctum cordi habere dignetur Ill.ma et R.ma D.V. et animarum sanguine Christi redemptarum quae ob defectum appropriorum et requisitorum miserrime

³⁴ Cfr. supra sub dat. 14.VI.1644, nr. 27; Cfr. supra sub eadem data, nr. 28.

³⁵ Collegium Ruthenorum apud ecclesiam SS. Sergii et Bacchi nunquam erectum fuit, ob defectum personarum et subsidiorum; tantummodo anno 1897 Leo PP. XIII ibi Collegium s.d. Ruthenum collocavit, quod usque ad annum 1932 suam ibi habuit residentiam, donec annis 1929-1932 nova sedes pro Collegio S. Josaphat in monte Janiculensi, Romae, exstructa fuit. Sedes vero SS. Sergii et Bacchi cum Hospitio a die 12 iunii 1660 subiecta fuit iurisdictioni S.C. de Propaganda Fide, quae paternam curam de hoc loco semper habuit. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 574, nr. 522, Romae 1953.

pereunt primus amor et pietas habeantur. Greg. 13, audiens nullam aut modicam e fundatione Collegij Graeci utilitatem futuram, accepto responso: Unicam, salutem aeternam consequuturam, animam, dixit, pro hac sola fundare volo. Posset hic et quidem brevi Deo propitio in Vineam Christi sperari et etiam videri nostris et Ill.mae D.V. oculis fructus. Supplico tandem pro me ipso dignetur partes meas apud Eminentissimos Cardinales de Propaganda Fide promovere, ut debitum 50 scutorum Romae contractum neque adhuc solutum exolvantur. Ego etenim, praeter omnem spem diuturniori itinere per Visitationem factam et vecturam librorum persolutam curae non sufficio. Nullum a quocumque auxilium aut subsidium potui impetrare neque ab Imperatore. Catena aurea Ecclesiae mihi commissae propria defectum supplere debuit, alias nescio quid fecissem. Romam esset redeundum. Affectum Sacrae Congregationis expertus, maiori conatu quo potero liber ab hoc gravissimo debiti onere pro gratia Dei et honore Ecclesiae S. et Sedis Apostolicae laborabo, dum me non minori affectu ac alii prosequuturum animadvertam. Typum ut perfectum habeam diligenter recomendo. Et iam venerabundus sacras humillime exosculo manus.

Cracoviae, 14 Iunij, Anno D. 1644.

Ill.mae et R.ndssmae Dominationis Vestrae studiosissimus in Christo Confr. ac servus

Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelmensis et Belzen. (mp).

(f. 51v) Ill.mo et R.ndmo Domino, Domino et Padrone Col.mo, Domino Francisco Ingoli, S. Congregationis de Prop. Fide Secretario.
R o m a.

Il Vescovo di Chelma Rutheno Unito.

Del medesimo che scrive alla Sacra Congregatione. R. Die 23 Iulii.
Ill.me et R.me Domine,

Retuli iam Sac. Congregationi, quae Ampl. vestra peregit in Visitatione Vallachorum, et de huiusmodi relatione habebit rescriptum ab eadem Sac. Congregatione, cui modo referam quae scribit de ecclesia SS. Sergij et Bacchi accommodanda, ut Ritu Graeco et lingua slavonica in ea celebrari possint et de Collegio pro gentilibus Ritus Graeci eiusdem linguae et donisque de... debito 50 scutorum hic Romae de eiusdem Sac. Congregationis rescriptu certiosem faciam Amplit. vestram cuius manus humillime deosculor, et cuncta fausta a Christo Domino ei ex animo precor.

30.

*Cracovia, 19. VII. 1644.**Episcopus Chelmensis, Methodius Terleckyj de sua missione ad Valachos Montis Felletrii, de eorum negotiis et de debito contracto.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* vol. 127, fol. 45rv.

Eminentissimi et R.mi D.D. et Cardinales Amplicissimi.

Peregrinationi meae necdum finem faciens, partim ob moras quas traxi nolens volens apud Sacram Caesaream Maiestatem, partim ob eas, quas traho tum ad Curiam Serenissimi Regis Poloniae, tum ad Curias variorum Regni Senatorum, extorris hucusque Patria esse cogor. Egi illic negotium sacrosanctae Catholicae Ecclesiae, dirigendo Episcopum Montis Felletrii, Ritus Graeci, in viam pacis et unionis cum S.R.E., concitando varias, in altiori gradu positas personas ad hoc saluberrimum promovendum opus, idque cum praesens persuasionibus, tum absens literis, quantum potui, feci. Quin imo apud ipsam Caesaream Maiestatem, pro eodem Catholicae Ecclesiae bono, in illis partibus radicando, ea, qua par fuit, elaboravi contentione, ut ex libello meo, statum illarum partium referente, Vestris Eminentissimis et R.mis DD. clarissime colligere licet. Insuper et ex Polonia idem opus, quibus poteram promovere modis, non cessavi: Faxit Deus Opt. Max., ut haec omnia in bonum Ecclesiae S., Vestrarum vero Eminentissimarum DD. cedant in consolationem. Nec minore cum labore idem bonum promoveo in Curiis Regni Poloniae, omnibus omnia factus, ut omnes intentiones meas, et Vestrarum Eminentissimarum DD. Christo, ac demum Ecclesiae lucrifaciam. Et quoniam tanto tempore me amor Ecclesiae Sanctae extra domesticas parietes exhauriri laboribus, exhauriri sumptibus cogit, ausim apud Ecclesiae Principes, Eminentissimas DD. Vestras, humiliter proponere, quatenus velint exile debitum meum in necessitatibus Ecclesiae meae Romae contractum tollere, ut vel istud alleviet nova onera mea, Ecclesiaeque meae recenser contracta. Notum hoc debitum R. Patri Philippo Ord. Nostri per quem etiam promissum mihi a Vestris Eminentissimis DD. Cyrilleanum expeto typum, ut enim hoc munere Eminentiarum Vestrarum, ne memorem alia amplissima, gaudeat Cathedra mea. In reliquis omnibus referens me ad eiusdem R. Patris Philippi literas, a me illi datas, cum humillimis a me oblatis obsequiis, Vestras Eminentissimas et R.mas DD. Sacrosanctae Ecclesiae Catholicae Romanae, totique Russiae diuturnae consolationi, (f. 45v) feliciter vivere ex animo precor,

Datum Cracoviae, 19 Iulii, Anno 1644,

Eminentissimarum ac Rnd.ssimarum Dominationum Vestrarum humillimus servus in Christo

Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelmen. et Belzen. Ruthenus (mp).

31.

Roma, 13. XI. 1644.

Cardinalis Antonius Barberini Methodio Terleckyj, de itinere et reditu ad Valachos, de Alumnis Romam mittendis et de Hospitio SS. Sergii et Bacchi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, a. 1682, vol. 483, f. 466rv.

Copia literarum Emin.mi et Rev.mi D. Cardinalis S. Honufrij, Collegij Propagandae Fidei Praefecti, scriptae Rev.mo Domino Episcopo Methodio Terleschio.

Rev.me Domine uti Frater. Magna in Domino laetitia affecti sumus, quod Dominationis Tuae sincera pietate et Catholicae Religionis amore ea per epistolam tuam Cracoviae datam ad nos afferuntur, quae pastoralis tua sollicitudine digna sunt; cui non mediocri auxilio futurum ea germina speramus, quae a Rutheno caelo in Romanum translata uberimos Dioecesi tuae fructus producent. Quapropter binos, quos Dominationis Tuae huc missura Juvenes promittit, praestolamur, ut in Collegio de Propaganda Fide non solum doctrinarum fontem hauriant, sed etiam Sacramentorum, Caeremoniarum ritu et verae pietatis lacte pascantur, brevique istuc in Vineam Domini tecum laboraturi revertantur. Amamus in ijs praecipue eorum alterum Philosophiae ut scribis, alterum Theologiae audiendae iam idoneos esse. Nam si altioribus Scholis aptos D.T. ad nos mittet, et facilius hic erudientur, et quam citius ad te probe instructi redibunt, quibus Russiam repetentibus poterit D.T. vel binos, vel ternos semper denuo (f. 466v) Romam mittere, ubi quamvis nationum istarum Collegium Nobis impensis gravissimis praepeditis extruendi, et fundandi facultas non sit, ut viva voce D.T. hoc postulanti respondimus; frequentibus adolescentium ad Collegium de Propaganda fide istuc missionibus eosdem prorsus Dioecesis tuae fructus colliget ac si Russia et Prussia in Urbe Collegio fruerentur, atque ita petitionis etiam tuae fini, qui in Catholicam fidem amplificandam dirigitur, omnino satisfiet. Caeterum in Ecclesia et Domo Patrum Ruthenorum necessariam quidem collabentium, si quae foret, partium restorationem, non autem novam extractio-

nem polliciti iam praestabimus, et erga Nepotem tuum... officia desiderari non patiemur. Valeat D.T. nostrique memor apud Deum esto.

Romae, Idibus Novembris 1644.

D. Tuae uti Frater addictissimus

Fr. Antonius Cardinalis S. Honufrij
Gabriel Lewicki, Pro Cancellario.

32.

(Russia), 1644.

Instantia Hierarchiae Unitae, ut nulla declarentur Synodi provincialis Polonorum decreta, offensiva Ecclesiae unitae.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 350-354.

Memoriale ad S. Congregationem de propaganda fide ratione variarum Cleri Rutheni Catholici imo et Ep.porum unitorum oppressionum (1644)

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini!

Antonius Sielawa Metropolita Russiae una cum caeteris Ep.pis et Clero Rutheno unito vobis, Patres Eminentissimi, exponit humillime oppressiones atque gravamina, quae non privatim solum, sed etiam publice in conspectu totius Poloniae cum maxima et irreparabili ipsorum etiam nonunitorum offensione sustinet, et in dies a solis Ep.pis latinis catholicis Sedi Apostolicae subjectis divexatur, qui in Synodo provinciali, habita die octava novembris 1643 anno, non dubitarunt ea decreta ferre, quae apertissime pugnant cum Bullis Urbani VIII et aliorum decretis Summorum Pontificum,³⁶ Sacrarumque Congregationum, ac demum cum ipso Concilio Tridentino, aliisque canonibus s.; sunt autem ea decreta, quae his ipsorum non immutatis continentur verbis:

1^o. - Monitos esse vult monetque S. Synodus, ne praerogativas et jura Ep.porum Clerique Romani sibi usurpent.

Satis vobis constat, Patres Eminentissimi, Metropolitam unitum ejusque Ep.pos atque clerum iisdem gaudere privilegiis fori, immunitatis et libertatis, quibus gaudent sacerdotes et clerici latini. Quare cum ii catholici sint aequae ac Ep.pi latini, non utique usurpant eorum privilegia ac praerogativas, sed potius Sedis Apostolicae mandatis et decretis pro dignitate obediunt. Quibus obedisse non videtur modernus Premisliensis Ep.pus latinus, qui per vim usurpavit sibi jurisdictionem in presbyteros

³⁶ Pontificum Clementis VIII, Pauli V, Gregorii XV. Cfr. varia volumina nostrae Collectionis documentorum.

Ruthenos aliosque ecclesiasticos, quibus legitimus Pastor non deerat.

2º. - Ut a titulis Illustrissimorum absterneant.

Utrum autem Ep.pi Rutheni abstinere debeant is titulis quibus reliqui orbis iniversi Ep.pi fruuntur, vos ipsi videtis, Patres Eminentissimi.

3º. - Torquibus aureis non nisi ad Missam utantur.

In Regno Poloniae ab immorabili tempore non solum Ep.pi latini ubique locorum utuntur aureis torquibus cum cruce pectori appensa, sed ipsi quoque Latini Ritus abbates, praeterea iisdem torquibus utuntur equites Melitenses. Cur autem Ep.pi Rutheni iisdem uti non debeant, non satis intelligitur.

4º. - Monasticum S. Basilii habitum deferant.

Si eorum aliqui hujusmodi habitum non deferrent, non propterea eorum bonam apud homines aestimationem laedendam esse palam per hujusmodi legislatores, quibus nulla est ad id concessa autoritas, sed potius ab Eminentissimis Vestris vel ab Illustrissimo Excellentissimo Domino Sedis Apostolicae Nuntio ex consilio Christi Domini fraterne admonendos esse censerem.

5º. - Decimas ex agris ipsorum clero latino nefas esse solvi aut reddi non doceant, neque a suis populis docere permittant, neque quidpiam, quod juribus latinorum sacerdotum praepudicet, committant.

Oppositum plane probatum jam est coram tribunali Illustrissimi Auditoris Sacrae Nuntiaturae, ostensumque, Ruthenorum Decimas ad Ruthenos sacerdotes spectare, qui eorum animarum curam gerunt. Non desunt tamen hodieque ex latinis sacerdotibus, qui per vim sibi vindicant Decimas a Ruthenis, frangendo decreta Sedis Apostolicae et Illustrissimi Excellentissimi Nuntii in Regno Poloniae existentis, qui ista omnia referre facile dignabitur vobis, Patres Eminentissimi.

6º. - Quodsi in aliquo praemissorum vel similium deliquerint, coram Illustrissimo Domino Georgio Tyszkiewicz, Ep.po Samogitiae tanquam commissario a Sede Apostolica deputato convicti respondere iudicatumque pati tenebuntur.

Nunquam reor Sedi Apostolicae venit in mentem hujusmodi commissarius neque veniet in posterum, cum id apertissime pugnet cum dignitate Metropolitanae, Archiep.porum, Ep.porum Ruthenorum, qui soli Sedi Apostolicae ejusque Nuntio sunt proxime subjecti.

Contra vero clerum et populum unum talia decreta in Synodo Crasnostaviae, non eodem quo supra anno, a Paulo Piasecki, Ep.po Ritus Latini Chelmensi celebrata,³⁷ constituta et publicata sunt — die 12 Aprilis 1644 — nempe post elapsum annum unum:

³⁷ Paulus Piasecki, Episcopus Chelmensis latinus (1641-44).

1º. - Rutheni, uniti quidem, sed clero universo et rei catholicae latini ritus majorem molestiam fecerunt quam olim disuniti eo, quod juventutem catholicam latinam corrumpunt, ad suos ritus trahunt, confessiones sacramentales facere apud sacerdotes latinos prohibent, et erroribus suis orientalibus eos imbuunt. — Quapropter prohibemus, ne ulla ratione ad suas scholas praesertim Chelmae catholicos latinos recipere possint, et ne quispiam parentum catholicorum latinorum sub poena excommunicationis, per Officium nostrum una monitione praemissa, irrogandae mittere audeat, et etiam studiosis catholicis poenam interminamus, si ipsorum scholas frequentaverint. Et insuper declaramus, eos et eorum singulos inhabiles fore hoc ipso ad Ordines sacros et beneficia ecclesiastica tanto magis, quod in vicinia habent scholas Zamoscenses, Lublinenses latinas catholicas, quibus commodius possunt erudiri. Ruthenis autem sufficit, ut suos Ruthenos erudiant, eorumque curam habeant.

2º. - Item Rutheni malitiose detrahunt clero latino catholico et praedicant suis populis, quod ipsi non debeant solvere decimas, quo delicto incurrunt in excommunicationem latae sententiae. Eos idcirco et eorum singulos in locis, quibus in hoc deliquisse deprehensi fuerint, excommunicatos denuntiari mandamus.

3º. - Prohibemus etiam, ne ullus parochus seu ecclesiae catholicae latinae rector ullum ruthenum quantumvis unitum in sua ecclesia divina praesertim Missam sacram sive Latino sive Graeco Ritu peragere permitet. Et similiter ne ullus catholicus sacerdos latinus in synagoga ruthenica sacram Missae officium celebrare audeat sub poena suspensionis ab Ordine suo sacerdotali et excommunicationis facto incurrendae.

4º. - Prohibemus item, ne ullus catholicus latinus rutheno sacerdoti unito sacramentalem confessionem facere audeat, alioquin absolutio- nem a Rutheno sibi impensam sciat esse prorsus nullam.

5º. - Matrimonia quoque catholici latini cum catholica latina sive unius conjugum catholici latini cum Ruthena persona nulla ratione possunt contrahi, nisi a suo sacerdote catholico latino, proprio loci parocho. Quod si temerario ausu Ruthenus aliquis unitus sacerdos tali constitutioni nostrae contraire ausus fuerit, poena excommunicationis ac aliis in subsidium etiam adhibito brachio saeculari coerceatur.

Ex his itaque omnibus satis intelligitis, PP. Eminentissimi, immerito praeter Sedis Apostolicae protectionem Ruthenos Ep. pos a Latinis vexari, a communione ejusdem Sedis Apostolicae veluti Schismaticos separari et haberi, praeterea Sacerdotes Ruthenos tanquam illegitimos, dum iis licet cum Sede Apostolica unitis interdicitur absolvendi a peccatis ac matrimoniis assistendi potestas, demum eorum ecclesias vocitari synagogas necnon prohiberi, ne quis e sacerdotibus Latini Ritus

sacrum habeat in ecclesiis ruthenis vel ruthenus in latinis. Insuper praeccludi interdicto aditum juvenibus latinis ad scholas Chelmenses frequentandas, quae et Sedis Apostolicae auctoritate sunt confirmatae et erectae, primario quidem in gratiam Ruthenae gentis, secundario vero in bonum etiam latinae juventutis, cum eae scholae publicae sint, non privatae.

Quare is idem, qui supra Russiae Metropolita una cum caeteris Ep.pis et Clero rutheno unito supplicem hunc libellum ad vos defert, Patres Eminentissimi, rogatque obnixè, ut nullas esse velint atque declarent utriusque relatae Synodi constitutiones, quae et summo sunt impedimento nonunitis ad unionem catholicam suscipiendam et singulare afferunt praedudicium tum iisdem Ep.pis et Archiep.pis ruthenis unitis tum etiam Bullis Summorum Pontificum decretisque Sacrarum Congregationum, quae omnia cognosci poterunt apud S. Congregationem de Propaganda Fide et Rituum. Quodsi etc. et quam gratiam Deus etc.

Antonius Sielawa, Archiep.pus Polocensis, Metropolitanus Russiae.

33.

Chelma, 26. I. 1645.

Ep. Terleckyj S. Congregationi de Prop. Fide supplicat, ut licentia detur Fratri Hieronymo Wąsowicz O.P. transeundi ad Ordinem S. Basilii Magni.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.* vol. 62, fol. 164.

Eminentissimi Principes, D.ni ac Patroni Amplissimi.

Deus gloriosus, qui est supremus Ecclesiae Sanctae Rector ac Moderator R.do Patri Fratri Hieronymo Wąsowic, s. theol. professori ac in generali studio regalis conventus Lublinensis ordinario baccalaureo et moderatori Ordinis Praedicatorum, sanctum desiderium inseruit, a Ritu Latino ad Ritum Graecum, et a Religione Dominicana, ad Religionem S. Basilii Magni se transferendi; eo fine, ut in Graeca nostra Ecclesia, Sanctae Romanae Apostolicae Ecclesiae unita (in qua messis multa, operarii vero pauci) legendo, praedicando, disputando, inter Ruthenos schismaticos pervicacissimos, fidei catholicae propagandae et maiorum in vinea Christi laborum exantlandi uberior occasio sibi praebeatur. Proinde obnixè rogo, quatenus Eminentiae Vestrae pro sua ferventissima erga propagationem s. fidei propensione, et pro ampliori suorum cumulo meritorum, tam sanctae et rectae intentioni, praenominati Patris favore et Breve apud Sanctissimum D.num Nostrum, quo facultas ei ab Ordine Praedicatorum ad Ordinem S. Basilii Magni transeundi et in eodem Ordine solennem professionem faciendi concedatur, obtinere dignentur. Cum his, promptitudinem obsequiorum meorum Eminentissimi

Vestris obnixè commendo; quas Deus Optimus Maximus pro ornamento Ecclesiae suae perennare faciat.

Datum Chelmae e residentia episcopali, die 26 ianuarii, anni 1645.
Eminentiarum Vestrarum observantissimus servus in Christo
Methodius Terlecki, Episcopus Chelmensis et Belzensis (m.pr.).

34.

Chelma, 20. II. 1645.

Exhibetur decretum Pauli Piasecki, Ep. Chelmensis latini, prohibens sub poena excommunicationis omnibus studiosis Ritus Latini scholas Ruthenorum unitorum frequentare, similiter et matrimonium in ecclesia Ruthena unita contrahere, si Latinus uxorem Ruthenam duxerit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 410, fol. 38rv, 41.

Ioannes Wasilkiewicz, Notarius publicus tenore praesentium fidem facio, quia Chelmae in residentia episcopali Graeci Ritus, in praesentia admodum R.di in Christo Patris et Domini Iacobi Susza generalis Vicarii et Officialis Chelmensis infra nominandi,³⁸ coram Officio Notariatus mei, sani mente et corpore comparentes personaliter generosi ac nobiles D.ni: Laurentius Ioannes Wianik Mierzeiewski, Andreas Franciscus Lebed Wereszczynski, Franciscus Meglewski, Stanislaus Casimirus Niedzilski, huiusmodi attestationem in scriptis, in Acta notariatus mei ingrossanda officiose obtulerunt.

Nos infrascripti nobiles Poloni, coram vobis Adm. R.do in Christo Patre et Domino Iacobo Susza, s. theol. doctore, Ordinis S. Basilii Magni, Ill.mi ac R.mi Domini D.ni Methodii de Terlo Terlecki graeci ritus episcopi Chelmensis et Belzensis generali Vicario et Officiali, nec non coram vobis venerabili D.no Ioanne Wasilkiewicz, Notario publico, bona fide testamur: quia in parochiali ecclesia Chelmensi, post absolutam concionem, per concionatorem, ex mandato Ill.mi ac R.mi Domini Pauli Piasecki, Latini Ritus Episcopi Chelmensis, sub excommunicationis poena, post trinam canonicam monitionem ferenda, prohibitum est omnibus studiosis Latini Ritus, ne scholas monasterii seu gymnasii Chelmensis Ordinis

³⁸ Jacobus Susza, basilianus, Alumnus Collegii Brunsbergensis, dein Olomuciensis in Moravia (1633-1636), magister scholarum Chelmensium, vicarius eparchiae, administrator et dein Episcopus Chelmensis (1652-1687). Cfr. de eo opus novissimum P.IR. NAZARKO, OSBM, *Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis*, in « *Analecta OSBM* » vol. VII, Romae 1971, pag. 22-84, ubi agitur de eius vita, activitate et operibus (in lingua ucrainica).

S. Basilii Magni (quamvis praedictae scholae autoritate S. Sedis Apostolicae erectae, et Sacrae Regiae Maiestatis Domini Nostri clementissimi privilegio corroboratae fuerint) frequentare audeant, et sub eadem poena excommunicationis omnibus studentium parentibus Latini Ritus est inhibitum, ne filios suos ad easdem scholas studiorum causa divertere permittant. Denique sub eadem poena excommunicationis strictius praecipuum est, ut nullus Latini Ritus cum faemina etiam Graeci Ritus contrahens matrimonium, a presbytero Graeci Ritus, vel in ecclesia (etiam unita cum Romana Ecclesia) benedictionem nuptiarum accipere praesumat. Et quidem hae prohibitiones seu monitiones, vel potius excommunicationum comminationes, nobis infrascriptis praesentibus, nobisque audientibus, una vice in capite novi anni, videlicet prima Ianuarii anni praesentis millesimi (f. 38v) sexcentissimi quadragiesimi quinti, per R.dum Patrem Religiosum Dominicanum, quaestuarium seu eleemosynarum coactorem, ex conventu Lublinensi Ordinis Praedicatorum (id munus sibi a R.do D.no commendatario Chelmsensi parochialis ecclesiae habens iniunctum), altera vice die vigesima secunda ianuarii eiusdem anni praesentis videlicet dominica tertia post Epiphaniam per ipsummet D.num commendatarium praedictum ex ambona publice, post peractam concionem (non sine praeiudicio concordiae fraternae Unionis sanctae, nec sine scandalo multorum) promulgabantur. In quorum fidem huic attestationi nostrae manu propria subscripsimus. Petimus insuper cum summa instantia a vobis Notario publico supra nominato huius nostrae attestationis publicum instrumentum confici, illudque Admodum R.di Patris et D.ni generalis Vicarii, et Officialis Graeci Ritus Chelmsensis, nec non signo notariatus vestri munitum, nobis officiose extradi. Hanc attestationem nostram in scriptis dedimus, ad Acta notariatus Notarii publici praenominati inserendam ac ingrossandam.

Chelmae, die vigesima Februarii, anni millesimi sexcentissimi quadragiesimi quinti.

Iacobus Susza, Ord. Divi Basilii Magni, Vicarius Generalis et Officialis Chelmsensis et Belzensis episcopatus Ritus Graeci, s. theol. doctor, m. pr.

Ioannes Laurentius Wianik Mierzeiewski m. pr.

Franciscus Meglewski.

Andreas Franciscus Lebed Wereszczynski.

Stanislaus Casimirus Niedzilski.

Pro munere igitur officii mei, ad hoc instantissime ac officiose requisitus in praesentia Admodum R.di in Christo Patris et D.ni Iacobi Susza, s. theol. doctoris, Ordinis S. Basilii Magni, Ill.mi ac R.mi D.ni D.ni Methodii Terlecki de Terlo Graeci Ritus episcopi Chelmsensis et Belzensis,

generalis Vicarii et Officialis, hanc attestationem in acta notariatus mei ego Ioannes Wasilkiewicz Notarius publicus inserui, et hoc publicum instrumentum (quod et sigillo ac subscriptione manus propriae praedicti Admodum R.di Vicarii et Officialis generalis Chelmensis munitum [f. 41] est) officiose extradidi; cui et subscripsi et signum notariatus mei apposui. Acta sunt haec Chelmae in residentia episcopali, die et anno ut supra. Iacobus Susza, Ord. Divi Basilii M., Vicarius generalis et Officialis episcopatus Chelmensis et Belzensis Ritus Graeci, sacrae theologiae doctor (m.pr.).

Ioannes Wasilkiewicz, Notarius publicus Sedis Apostolicae (m.p.).
(L. S.)

35.

Varsavia, 11. III. 1645.

Episcopus Chelmensis Congregationi de P.F. de scholis Chelmensibus, de obiectionibus contra Ruthenos, de missionario Hieronymo Wąsowicz etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 62, fol. 160rv, 173.

Eminentissimi et Reverendissimi Principes, DD. Cardinales S.R.E., Praesidentes S. Congregationis de Prop. Fide, DD. mei Colendissimi.

Labores in Vinea Domini exercituum, pro unione et amplianda gratia divina, hilari vultu sustinemus. Verum, non solum contra Decretum S. Sedis Apostolicae decimae nobis debitae, ab Unitis Ruthenis, nobis prohibentur, et impediuntur, non solum nostri Ritus Graeci Presbyteri, et legitimi Pastores, in potestate benedictionis nuptiarum, contra iura, consuetudinem, et aequitatem coarctantur, sed et pro bono opere lapidamur. Quandoquidem eam ob causam in scholis nostris iuventus, tam Latini, quam Graeci Ritus, pietate, pro convenientia cuiuslibet sui Ritus, imbuitur, loco grati animi exhibitionis Adversarij mirum in modum nos prosequuntur. Nobis enim errores Orientales calumniose adscribunt; iuventutem Latini Ritus a scholis nostris comminatione excommunicationum deterrent, et expellere non verentur. Et quidem his facinoribus suis execrandis, et scandala parvulorum, inter fideles foveant, et ne multi schismatici ad gremium S. Matris Ecclesiae redeant, obicem ponunt. Quae omnia, ex attestatione, et Protestatione, a me missa, Eminentiae Vestrae R.ndissimae clarius intelligent. Humiliter peto, hisce malis ab Eminentijs Vestris remedia adhiberi, ac omnia Puncta, in Protestatione mea contenta, declarari, et ut adversarijs nostris frenum imponatur, ne similia imposterum attentare praesumant, obnixè expostulo. Et quia, pro strenuo Cooperatore, in Vinea Christi, Admodum R.P. Hieronymum Wąsowicz, S. Theolog. Baccal. et Professore, a Praelatis Ord. Praedica-

torum impetravi, vereor autem, ne a latere meo iterum amoveatur; proinde maiorem in modum rogo, ut Eminentiae Vestrae (pro zelo suo erga propagandam Fidem) praedictum P. auctoritate sua, sine ulla dependentia a Praelatis Ord. pro Missionario, ad Dioecesim meam, ratione Unionis S. inter schismaticos Ruthenos pertinacissimos propagandae, et pro meo Theologo assignare dignentur. Non dubito enim, quod praefatus Pater, divino suffultus auxilio, legendo, disputando, praedicando, scribendo, uberrimos fructus Unioni S. sit allaturus. Ut autem, maiori cum auctoritate munus Missionarij exercere possit, supplico, ut auctoritate Apostolica in Doctorem Theol. (cum loco, voce, et alijs Privilegijs, quibus S. Theologiae Doctores, per totum Orbem Christianum potiri, ac gaudere consueverunt) promoveatur; itaque in Generali studio Leopoliens. examen expedire valeat et Lauream Doctoratus, ac Magisterij assequatur. Admodum R.P. Regenti Studij Generalis Leopoliens. cura, et facultas in hoc demandetur. Et quidem supra nominatus P. Hieronymus S. Theologiae Baccal. iam pridem promeruit, nam ante decem annos, ad gradum Baccalaureatus promotus est. Jamque per sexdecem annos, ex quo Lector S. Theologiae in studio Bononien. creatus est, labores scholasticos, et praedicatorios pro honore sustinet, at invidia aliquorum contra ipsum praevaluit. Deus autem Opt. Max. Eminentias Vestras Ecclesiae suae S. in longaevos annos servet incolumes.

Datum Varsaviae, sub tempus Comitiorum Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lituaniae, 11 die Martij, Anno salutis 1645.

Eminentissimarum et Rndmarum Dominationum Vestrarum servus in Christo

Methodius Terlecki de Terlo,
Episc. Chelmen. et Belzen. (mp).

(f. 173v) 11 Marzo 1645:

Monsignor Methodio Vescovo di Chelma Rutheno unito con la Santa Sede.

1º. Manda una nota à parte di molti aggravij, che esso, et il suo clero, et Popolo unito alla Santa Sede Apostolica ricevono colà come se fussero tuttavia scismatici, et non uniti, e però dolendosene fà istanza di provisione.

2º. Fà anche istanza, che il Padre Girolamo Wąsowicz Domenicano, soggetto valente, et molto utile alla sua Diocesi, concessoli dalli Superiori dell'Ordine li sia confermato ancora dalla Sac. Congregazione, con dargli la missione per la sua Diocesi et il Dottorato, poiche da 16 anni in quà doppo che partì dallo studio di Bologna si è sempre essercitato ne le scuole, e nelle prediche.

Die 21 Augusti 1645, Cong. 16:

Referente Emin.mo D. Card. Ginetto litteras R.D. Methodii Episcopi Chelmensis Rutheni uniti, Sac. Congregatio Missionem decrevit Fratri Hieronymo Wasowicz Domenicano ad Ruthenos in civitate Chelmensi eiusque dioecesi degentes eidemque fratri Hieronymo iniuxit, ut praedicto Episcopo Chelmen. Rutheno unito collaboret, ac eum... schola ac alijs protectionibus Ecclesiasticis, in quibus dictus Episcopus eum occupare voluerit. Et pro facultatibus iussit adiri Sanctum Officium.

Si avvisa il Vescovo e se li mandi il decreto della Missione autentico, e che se li manderanno le facultà, etc. e quanto al Magistero che quando havrà servito un Triennio per missionario potrà allhora far le sue istanze, salvo che la Sac. Congr. haver consideratione alle fatiche de suoi operarij, quando di essi n'habbia buona relatione.

36.

Chelma, 8. IX. 1645.

Episcopus Chelmensis Francisco Ingoli, Secretario, de variis rebus et negotiis Ruthenorum et commendat negotia apud S. Congregationem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 62, fol. 163, 170v.

Ill.me e R.me Domine, Domine Colendissime.

Scripsi Sac. Congregationi ac R.mae D.V. aliquoties in rebus magni momenti, necessitatem nempe erigendi Seminarij Romae pro Ruthenis, et persecutiones, quas non a Schismaticis modo, verum et a Confratribus nostris idque propter bona opera patimur exponendo, qui et titulis Ill.morum et ornamentis catenae aureae cum Cruce, quibus ab immemorabili tempore utebatur, per Decreta Synodi Provincialis nullum ius in nos habendo cum illis nullo modo subiecti, sed Sedi Apostolicae simus, spoliare et ecclesias nostras Synagogas appellare, in scholis nostris Orientalium errores, quos maiores nostri et nos detestamur, doceri, a communionem Ecclesiae separati, Sacramenta a nostris administrata invalidare ausi, et alias mille iniurias,³⁹ quae oppressionem redolent in Regno Catholico nobis, subiectis Sedi Apostolicae et mori pro illa ac Unione Santa propaganda paratis inferre non verentur; haec omnia fusius in protestatione mea et literis ad Sacram Congregationem istam et Patrem Philip-pum datis exposueram. Gemimus hucusque onere insupportabili pressi, nec supplices, unde speramus, levamen ullum aut responsum obtinemus.

³⁹ Cfr. supra, anno 1644.

Ill.me Domine, per amorem Dei, agat strenue pro nobis, exponat Sacrae Congregationi. Haec etenim non tam nobis sunt molesta, ut propter Deum, qui merces est eorum qui persecutionem patiuntur, supportare recusemus, quam propagationi Unionis Sanctae nociva; aversio namque schismaticorum et obstinatio dubio procul in Schismaticis orietur, qui expavescentes ne et ipsi si uniantur cum Sancta Romana Ecclesia (prout tractabant et ego scripsi) paribus oppressionibus opprimantur. In Regno libero libertate sumus destituti, quia potentiores et ditiores sunt et Senatores, ideo pauperes nos aequae tamen Episcopos evertere coguntur. Nos autem auxiliatrices a Sede Apostolica expectando manus et revocationem tam Provincialis Synodi, quam Dioecesanae Chelmen. ad nostram oppressionem in aliquibus punctis vergentis consolamur, et speramus non in vanum laboraturos ista quae ad propagationem et conservationem Unionis Sanctae spectant exponendo. Haec ex toto corde Ill.mae et R.mae D. Vestrae recommendans, unicum addo, et obnixè peto, dignetur causam Admodum R.ndi D.ni Arthemij Kotlubay promovere; periculum enim iminet ne Schisma appellatur, melius est ut saluti animae suae provideat; cum nullo modo apud nos persistere velit, utilior reddetur, si supplicationi suae satisfiat. Caetera, quae bonum Ecclesiae nostrae concernunt, Pater Philippus sub sigillo Confessionis referet et Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra meliori quo videbitur modo malis obviare procurabit. Sacram interim exosculans vestem me gratiae, favori et patrocinio diligentissime recommendo.

Chelmae, 8 Septembris 1645.

Ill.mae et R.ndmae Dominationis Vestrae studiosissimus in Christo confr. et subd.

Methodius Terlecki de T.,
Episcopus Chelmensis et Belzen. (mp).

(f. 170v) Ill.mo et R.mo Domino D. et Patrono Colend.mo D. Francisco Ingoli, S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario. R o m a.
Monsignor Methodio, Vescovo.

Si lamenta di nuovo di quel clero latino, che valendosi della sua potentia contro li poveri Rutheni uniti con la santa Sede privano li Vescovi dei loro titoli, e dei soliti ornamenti, della Croce, e chiamano le loro chiese Sinagoghe, invalidano li Sacramenti, che sono amministrati da essi, e li opprimano in mille altre guise, volendoli anche soggettare alli Decreti delli Sinodi Provinciali latini, non essendo essi soggetti salvo che al Papa, et in queste maniere impediscono l'unione delli Scismatici.

Fa però istanza di provisione, e che si veda di fondare un collegio in Roma per li Rutheni, che hanno necessità di operarij.



METHODIUS TERLECKYJ - EPISCOPUS CHELMENSIS
(1630 - 1649)

37.

*Chelma, 10. IX. 1645.**Episcopus Chelmensis Secretario P.F. de rebus Ruthenis et commendat Collegium SS. Sergii et Bacchi.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 62, fol. 162, 171v.

Ill.me et Rev.me Domine.

Scripti non ita pridem de omnibus meis et Ecclesiae meae ac Unionis Sanctae oppressionibus, modo non reppeto singula, etenim lator praesentium refferet copiosissime, quae ipsi (non fidens chartae maxime cum multi sint osores rerum mearum) commisi. Ipse reddet rationem singulorum, et Ill.ma ac R.dma Dominatio Vestra tantam ipsi, quantam mihi adhibeat fidem; ideoque nec verbulum de illis quae inter me et Schismaticos intercedant dico, sed obnixe rogo commendatos habeat Patres et Emin.mo Domino Card. Capucino exponat, ut quantocius ad Collegium recipiantur et illo favore quem mihi indigno Sedes Apostolica et Emin. D. ac Ill.ma Dominat. Vestra coram praestare dignata est prosequatur, in omnibus illis, quae Emin.mo Domino Cardinali et Ill.mo Domino Albano scripsi commendando. Caeterum me favori et benevolentiae suae particulari sacras pro fine literarum exosculans manus.

Datt. Chelmen. 10 Sept. 1645.

Ill.mae ac R.vdmae D. Suae observantissimus servitor, etc. etc.

Methodius Terlecki, ...Episcopus Chelm. et Belzen.

(f. 171v) Ill.mo et Rev.mo D.D. Francisco Ingoli, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide meritissimo Secretario, etc. etc.

Monsignor Methodio Vescovo Rutheno Unito.

Manda due monaci, che hanno studiato la Filosofia, acciò dall'Eminentissimo Signor Card. de S. Onofrio siano ricevuti nel Collegio de Prop. conforme S. Eminenza ne diede intentione al detto Monsignore. Ha scritto anche di ciò al Signor Albani. Delle cose occorsele colli Scismatici in difesa della Santa Chiesa avrà avvisata la Sac. Congr. dal latore, che sarà uno de suddetti Monaci. R. die 16. Xbris.

38.

*Unghvar, 21. V. 1646.**Episcopus Agriensis dat suam protectionem Sac. Jacobo Bereznickyj.*ARCHIV. EP. UŻHORODENSIS, *Agriensia, litterae*, num.13.HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 111, pag. 153

Nos Georgius Jakusich de Orbova, Ep.pus Agriensis, cot.tuum de Heves et utriusque Szolnok supremus ac perpetuus comes, S.C. R.que Mat.tis consiliarius etc. tenore praesentium notum facimus omnibus et singulis, quibus expedit, universis, quod nos muneri ac officio pastorali, ad quod licet indigni, divina tamen gratia evecti sumus, satisfacere volentes, Rev.dum Jacobum Berezniczki de Kis Berezna... parochum R.Gr. Ruthenum in nostram singularem curam ac protectionem suscepimus eumque omnibus et singulis immunitatibus, privilegiis et exemptionibus eccl.tico statui concessis, gaudere, uti, frui posse declaramus, prout etiam eundem Jacobum Berezniczki quoad personam suam eccl.ticam in omnibus personalibus immunitatibus, privilegiis, exemptionibus eccl.tico statui convenientibus tueri, defendere ac protegere parati sumus, contra quosvis impetitores, quamdiu in dioecesi ac sub jurisdictione nostra permanebit. Pro ejus majori testimonio et jurium suorum tuitione has protectionales nostras literas dedimus.

Ungvarini, die 24 Maii, a. 1646.

Georg. Jakusich, Ep.pus Agriensis

39.

Cumova, 18. VIII. 1646.

Episcopus Chelmensis latinus de scholis ruthenis Chelmae non frequentandis ad normam statutorum Synodi dioecesani.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 64, fol. 161rv.

Stanislaus de Buzenin Pstrokonski Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Chelmensis, Abbatiae Tinecensis Perpetuus Administrator.

Reverendis, Venerabilibus, Honorandis viris Ecclesiarum, Parochis, Commendarijs, Praepositis, Vicarijs, caeteris, per utramque Dioecesim nostram constitutis Praesbyteris tenore praesentium requirendis salutem in Domino.

Noveritis in Synodo Dioecesana Chelmensi proxime praeterita,⁴⁰ ab Antecessore nostro Crasnostaviae celebrata, statutum et ordinatum fuisse, ne scholas Ruthenicis non ita pridem Chelmae circa Ecclesiam Maiorem Graecam erectas Catholicorum Parentum filij frequentarent, in ijsque literas ob inventos errores Orientales ne addicerent sub paenis eadem constitutione synodali comminatis. Quia vero ex certis Personis pro certo didicimus huic constitutioni non esse satisfactum, repererique et pro

⁴⁰ Anno 1644; cfr. supra nr. 32, et infra sub nr. 40.

nunc non paucas personas Latini Ritus, qui contra primam inhibitionem disciplinam Graecam amplectuntur, scholasque praefatas frequentant, licet iure merito poenam excommunicationis modo primo decretam et comminatam in executionem contra ipsos deducere, et denunciare mandare possemus, paterne tamen cum illis agendo monendos, et requirendos prius duximus, prout in Domino per praesentes monemus et requirimus, vobisque suprascriptis executoribus in virtute sacrae obedientiae, et sub excommunicationis poena mandamus, quatenus die D.nico proximo, vel festo ad Populum celebri publice in ecclesia Parochiali Chelmen. ex Ambona, et per affixionem praesentium ad valvas ecclesiae eiusdem moneatis, et requiratis, ut praefatas scholas Graecas ad decursum unius mensis a data praesentium computando deserant, in iisque litteras addiscere non audeant, alias in quantum non resipuerint, mandatisque nostris huiusmodi obedire intra tempus praefixum neglexerint, poenam (f. 161v) suprascriptam communicatam excommunicationis contra ipsos de nomine, et cognomine denuntiatis, et si insorduerint, nobis, vel officio nostro deferatis, aliter pro obedientia Sacrae Ecclesiae non facturi. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo nostro communiri iusimus. Datum Cumoviae, die decima octava mensis Augusti, anno salutis millesimo sexcentesimo quadragésimo sexto.

Stanislaus de Buzenin Pstrokowski,
Episcopus Chelmen. A.N.T. (mp).

Ego Joannes Wasilkiewicz S.A. Apostolica Notarius Publicus fidem facio me copiae huius aliam ad valvas ecclesiae Ritus Latini maioris affixam Chelmae in omnibus concordantem vidisse et legisse, in quorum fidem manu mea subscripsi, et sigillo proprio consignavi. Idem qui supra, praesentibus testibus Georgio Martyszkiewicz, Stanislao Casimiro Niedzilski, manu propria.

(fol. 116v) Copia excommunicationis super scholas Chelmenses Ritus Graeci, ab Ill.mo D.no Episcopo Chelmensi, Ritus Latini, extraditae.

40.

Bilopole, 11. IX. 1646.

Protestatio Ep. Methodii Terleckyj contra decretum Ep. Chelmensis latini, prohibens Latinis scholas Unitorum frequentare.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 64, fol. 167rv.

Ill.mi D.ni, D.ni mihi plurimum Colendissimi.⁴¹

Expeditis ad caetera Regni comitiola tabellionibus cum querimoniis de Socaliensi excessu, patrato hoc ipso anno tam a rudi populo, quam a nobilitate schismatica Volinensi, per violentam mearum ecclesiarum invasionem, vulnerando meos presbyteros et conculcando venerabile Sacramentum, venio etiam in medium apud Dominationes Vestras Ill.mas, sed per litteras (si quidem ex certis difficultatibus ipsemet adesse non possum) cum querimoniis, sed longe diversis. Grave est tollerare aliquid contrarii ab huiusmodi homine, qui e diametro hostis sit, scilicet Unito a Schismatico; sed sine comparatione gravius omnino est, cum plane germani, uti fratres suum Iosephum, ex hoc quod iunior et debilior, apud parentes carior, ita persequuntur malevolentia, ut etiam vivum illum habere nolint; timendo nihilominus peccatum fratricidae (licet et armata manu aliquando ipsum invaserint) in puteum iniiciunt, inde postea extrahunt, ac demum viatoribus venditum, a se procul relegant in Aegyptum. Sed et hoc tollerabilius adhuc esset, si amissis corporis exuviis, una tantummodo anima conservaretur de integro. Verum et in eam quoque unicum irrumpunt fratres mei, dum non modo private, verum etiam in consiliis seu synodis suis, et ex ipsis quoque cathedris suis me faciunt erroribus quibusdam orientalium oneratum, ubi aequae ac per caeteras mundi partes non modo schismata, sed haereses etiam inveniebantur olim, et nunc quoque demum inveniuntur. Propterea ergo, quia istum orientalem Ritum sequor, sum haereticus, sum schismaticus? Tantummodo ignoro cuiusnam sectae sim, si quidem me huiusmodi eorum dicta non explicant, cum generatim tantum, quasi digito indicando toti horizonti Chelmensi de ambona loco concionis pronunciaverunt. Spoliato igitur aliquo fide catholica et effecto schismatico atque haeretico, quid aliud huiusmodi hominis anima sperare debeat, nisi poenas aeternas et cum ipsis quoque daemonibus contubernium? Ne tamen ego alicui videar esse obscurus aenigmatice loquendo (licet supponam Dominationes Vestras Ill.mas iam satis ac super intelligere quid me premat), paucis me hic explico. Admodum R.di D.ni Praelati Chelmenses, sed praecipue R.dus (f. 167v) D.nus Decanus, qui uti terrae Chelmensi molestissimus semper fuit, ita et mihi quoque, eo quod iure in iudicio legitimo meum repeto, molestus et iniuriosus supra quam dici potest existit; effecit enim apud suos Superiores, ut iam repetitis vicibus me pro aliquo infideli per ecclesias promulgaverint, et per hoc medium pupillam oculi mei non sine postremo dolore sint conati evellere, inhibendo nobilitati in Regno li-

⁴¹ Ad Comititia terrae Chelmensis.

bero, uti mancipio sub excommunicatione (quod ne Racoviae quidem et Chisieliniae factum est,⁴² ubi scholae fuerunt arrianae, nec Chioviae, ubi et nunc schismaticorum extant gymnasia), ne filios suos daret ad scholas Chelmenses, quae in gloriam Dei a me, proprio sumptu, absque ullius diminutione, cum commodo ipsarummet Dominationum Vestrarum Illustrissimarum et totius Terrae Chelmensis sunt fundatae, a Sede Apostolica confirmatae, novis etiam missionariis de Urbe adornatae, a Regia denique Maiestate confirmatae. His itaque mihi per iniuriam obiectis, cum ipse obnoxius non sim, sed ita sim bonus catholicus, ut ne ipsa quidem in Urbe Romana melior excogitari possit; siquidem ita credo, uti evangelium et scripta apostolica iubent, firmiter adhaerendo doctrinae solidissimae petrae Petri Apostolorum Principis, eiusque successorum, omnia Romanae Ecclesiae mandata observando, quae omnia manifesta redduntur, per gratiam divinam, operibus meis, dum duella plane sanguinolenta cum schismaticis committo, et vosmetipsi, Ill.mi Domini, optime comprobatis experimento, dum filios vestros e meis scholis domum revertentes excipitis, nullaque doctrina, nisi Romana et catholica imbutos, comperitis; proinde hanc ad faciem meam formatam larvam non modo deiicio, verum etiam longe longius a me removeo, quin immo plusquam a serpentis intuitu abhorreo. Certent igitur Admodum R.di dicti Patres mecum potius aemulatione, quam invidia, iuvando in bono, et non praepediendo. Quod ut efficacius praestare velint, Dominationes quoque Vestras Ill.mas enixe rogo, dignentur ad ipsos suas intercessionibus interponere, meque servent in suis consuetis gratiis, quibus me una cum meis precibus episcopalibus commendo.

Datum Bilopoli, 11 Septembris, 1646.

Dominationum Vestrarum Ill.marum servitor et exorator in Christo
Methodius de Terlo Terlecki, Episcopus Chelmensis et Belzensis m.pr.

(f. 171v) Copia extracta ex originali epistola Ill.mi Episcopi Chelmensis Rutheni uniti cum Romana Sede, et ex polonico idiomate summa cum integritate ad latinum translata, qua idem ipse Ill.mus Episcopus Chelmensis Ruthenus in comitiolis Chelmensibus de illata sibi a clero latino iniuria conqueritur.

⁴² Rakov et Kiselin, oppida, primum in palatinatu Radomiensi in districtu Sandomiriensi, ultimum in palatinatu Volhiniensi, districtu Volodimiriensi; in his tunc temporis exstabant scholae arianismi seu socianismi sat famosae; arianismus in Regno Poloniae eradicatus fuit magna ex parte temporibus Regis Joannis Casimiri (1648-1668)

41.

Chelma, 13. X. 1646.

Ep. Terleckyj Francisco Ingolo, contra edictum Ep. Chelmensis latini in materia scholarum; de rebus gestis ab Ep. Smolenscensi latino in praeciudicium bonorum ecclesiasticorum, ad Unitos spectantium.

APF, *Scr. rif n. Congr. gen.*, vol. 64, fol. 155.

Ill.me et R.me D.ne, D.ne et Benefactor Colendissime.

Inter caetera Sacrae Congregationis de Propaganda Fide in me collata beneficia non postremum numero, directum a S. Sede Apostolica ad mei rerumque mearum subsidium missionarium, et moribus et doctrina apprime exornatum. Faxit Deus, ut non modo ea, quae S. Congregatio piissime intendit, verum etiam ea, quae nosmetipsi de illius nobis pollicemur indole consequi possimus. Negotia mea, ne ipse in causa propria disertior quam sit necesse fiam, eidem, ut Ill.mae Vestrae Dominationi latius exponat, commisi, quanquam nec ipse sileri patiar gravissimam a venerabili Capitulo latino Chelmensi toties scholis a me erectis illatam, nunc vero ipsum Ill.mum novum Episcopum eorundem instinctu recens repetitam iniuriam. Etenim circa finem augusti et initia Septembris anni labentis, terna iam monitione facta, contra homines Latini Ritus (alias ligaturi eos ipsis censuris), ne filios suos ad nostra gymnasia dent, id effecerunt, ut multos a studio nostro averterint. Et esto tota nobilitas in comitiis territorii Chelmensis ad Ill.mum latinum Episcopum, ne illis id impediatur, per nuncios suos, ad comitia suprema regni scripserit, atque adeo meliora speramus, nihilominus ego quoque Sedi Apostolicae supplico, ne me meosque in tam sancto opere turbari ab adversa parte permittat. Scripturum hac super re credo Ill.mum Nuncium, cui rem autentice per D.num Petrum Saracinum exposui: atque ut huic nostrae necessitati, aliisque a me tum D.no Saracino, tum etiam R.do Patri Philippo commissis, Vestra Ill.ma Dominatio faveat, enixe peto. Increbescunt quoque hic rumores de Ill.mo Smolenscensi Latini Ritus antistite, quasi quaedam in Ritus nostri detrimentum de nostris bonis ecclesiasticis in Curia Romana obtinuerit, talibus, si vera sint, cum omni mentis demissione Vestram Ill.mam Dominationem obsecrarim, ut in herba velit obviare, ne petra scandali tum Unitis, tum Disunitis suborietur, praecipue cum hoc non animarum salutem, sed amorem melius habendi sapiat. Omnia nostris in rebus optima, de Vestra Ill.ma Dominatione

nobis optime addicta pollicens, totum me cum indignis obsequiis meis Vestrae Ill.mae Dominationi, nec non Ecclesiae sanctae dedico.

Datum Chelmae, Octobris 13, anno 1646.

Ill.mae et R.mae Dominationis Tuae studiosissimus servus ac confrater in Christo

Methodius Terlecki de Terlo, Episcopus Chelmensis et Belzensis (m.pr.)

(f. 160v) Chelma, 13 ottobre 1646. Mons. Methodio vescovo Rutheno. Ringratia del nuovo missionario mandatoli, ch'è il Signor Pietro Saraceno, e si duole del Vescovo e Capitolo latino di Chelma, che guastano le sue scuole con prohibire etiandio con censure ecclesiastiche alli figli latini di frequentarle. Onde fa istanza di provisione e che si avverta, che Mons. di Smolensco non spunti alcuna cosa qui in pregiudizio delli Rutheni uniti.

42.

Varsavia, 13. XII. 1646.

Ep. G. Tyszkiewicz Francisco Ingolo, pro licentia S. Congregationis de Prop. Fide, ut Petrum Saracinum ad suum servitium in dioecesi Samogitiae assumere possit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 64, fol. 108.

Illustrissime et R.me D.ne, D.ne Colendissime.

D.nus Petrus Saracinus, Sedis Apostolicae alumnus et missionarius, gratam sui notitiam adeptus est apud me, dum gratum se praebuit Sedi Apostolicae alumnum et missionarium. Gratum, inquam, propterea quod ss.mi viri et principis quondam Em.mi F. Antonii Barberini testamentum nobis omnibus in Polonia existentibus in documentum proposuit, posteris in exemplum transmisit. Qua in re gratulatus ego sum, mihi quidem propensam erga me hominis voluntatem, Sedi vero Apostolicae Romanae pietatis propugnandae sedulitatem: dumque sic gratularer, accepi eum ipsum id unum in votis habuisse, ut suam operam et industriam mihi quoque uni praestaret. Haud equidem ipse venientem ad me animum gratissimo animo sum complexus. Verum antiquum ipse munus cum novo commutare non est ausus et novum ego ipsi demandare non sum aggressus, nisi Sedis Apostolicae consilium in eam rem prius accederet et consensus. Quare Ill.mam Celsitudinem Tuam enixe rogo, ut pro sua erga me veteri consuetudine novam hanc mihi gratiam obtineat ab Em.mis S. Congregationis de Propaganda Fide Patribus. Spero inde enim futurum, ut et Sedis Apostolicae consilio satis abunde fiat pro dignitate et

eiusdem industria missionarii otio minime languescat. Atque hic prospera quaeque a Deo precor Ill.mae Celsitudini Tuae, meaque obsequia de more voveo.

Datum Varsaviae, 13 Decembris, 1646.

Ill.mae ac R.mae Dominationis Tuae frater addictissimus et servitor
Georgius Tyszkiewicz, Episcopus Samogitiae (m.pr.)

(f. 111v) Ill.mo et R.mo D.no D.no Francisco Ingolo, S. Congr. de Prop. Fide Secretario, D.no et Fratri Observandissimo. (L. S.)

Varsavia, 13 decembre 1646, Mons. di Samogitia... Die 30 iulii 1647.
Congr. 65. Nr. 21.

43.

Varsavia, 4. VI. 1647.

Archiepiscopus Smolenscensis commendat Crisanium, iter facientem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 64, fol. 126.

Ill.mo e R.mo Signor e Padrone Colendissimo.

Mentre mi si dà occasione di far riverenza a V.S. Ill.ma, benefattore, e Protettore, lo fò volentieri, tanto più che si tratta di dar testimonianza del Signor Chrisanio,⁴⁹ che S. Sede Apostolica si è degnata di mandarlo in queste parti, per consolatione, et essemplio de boni. Si che per non stendermi in parole, V.S. Ill.ma intenderà dalle sue lettere il suo stato, e li accidenti accaduti contro ogni speranza. Io intanto confirmando quant'egli sa con la penna descrivere, ardisco insieme di raccomandarlo efficacemente alla pietosa provvidenza de V.S. Ill.ma, acciò si degni procurarli quel sussidio, che a tanto bono, et esemplare opporario segli deve. In tanto V.S. Ill.ma viva felice, e riceva con grato animo questo ossequio di riverenza, che le presto per la presente.

Varsavia, li 4 Giugno 1647.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma Servitor humilissimo e devot.mo
Andreas Zlotius, Archiepiscopus Smolenscensis (m.p.).

⁴⁹ Georgius Kryžanyč, sacerdos et missionarius oriundus ex Croatia, Alumnus S.C. de Prop. Fide; accepto ritu graeco, activitatem exercebat missionariam et diplomaticam in Croatia et in confiniis Moscoviae. Cfr. de ipso plurima documenta cum copiosa biographia E. ŠMURLO *Le Saint Siège*, ex. gr. pp. 138-173, 274-7, 338-349 et Appendix pag. 195-203. Cfr. etiam quaedam in *Acta S.C. de Propaganda Fide*, vol. I, Romae 1953.

44.

Praemislia, 20. IX. 1647.

Excerptum ex Relatione Ep. pi Praemisliensis Pauli Piasecki, in qua etiam de Ruthenis refert, unitis et non unitis.

ASV, Arch. S. Congr. Concilii: Relationes, Praemislien. (s.n.)

Hoc commemoro Diocesim istam late et plerumque in locis montanis patere, sed Ecclesias Parochiales non plures quam centum septuaginta habere, Monasteria Regularium quindecim, populum autem maiori fere parte sequi Schisma Graeco Ruthenicum, in quo extirpando olim Clerus Latinus plurimum praestabat, nunc autem Uniti et illam conversionem ad Latinismum nimium praepediunt et ipsimet in eisdem Schismaticis lucrandis parum proficiunt ad quod etiam est obex lex publica, quae cavit, ut in ista Diocesi sit unus Vladica Unitus, alter Schismaticus et tam isti quam illi reditus sunt attributi; caeterum quaerelas quas Clerus Latinus contra istos Unitos assidue circumfert, ut quod decimas ipsi debitas, et in quorum possessione antiqua sunt, usurpare, plane violenter nec armis abstinendo, contendunt, in Sacramentorum administrationem Latinis solis pertinentem temere se ingerunt, praesertim matrimonii Sacramentum si a Latinis, ex legitimo impedimento, vel si quis manifeste habeat aliam adhuc viventem, alicui denegatur, illi neglecto hoc copulant quantumvis impeditos; sed expedita mea Synodo luculentius ista omnia, et non pauca deteriora, ipsorum vitia ut etiam Regularium exemptorum, quibus graves sunt Clero saeculari, patebunt, ac cum alia visitatione a me significabuntur Sanctitati Vestrae, saltem ad exonerandam meam conscientiam, alioquin scio me nil profecisse licet singularius huiusmodi nociva significaverim in aliis meis visitationibus Liminum Sacrorum, siquidem et illi et isti habent in Curia plures suos defensores eisque facilius adhibetur fides.

Datum Praemisliae, die 20 mense Sept., A.C. 1647.

45.

Varsavia, 30. X. 1647.

Episcopus Chelmensis, Methodius Terleckyj de Synodo Ruthenorum convocanda, de sua commoratione Vilnae, de coadiutore Metropoliae, de expensis aliisque rebus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 65, fol. 153rv, 164rv.

Ill.me ac R.me D.D. Colendissime.

De rebus nostri Ritus, et Religionis visum est certiozem reddere Ill.mam D. Tuam, tanquam illam, quae et Religionis, et Ritus eiusdem Patrocinium suscepit, ac promovet. Brevibus itaque facio Ill.me Domine. In Synodo nostra Provinciali, ac Religiosa Congregatione, ut tempestive adessem, tempestive quoque Chelma discessi. Verum in ipso itinere litteras accipio, sigillo quidem Metropolitae signatas, privati tamen hominis, scilicet unius Episcopi Smolescen. manu subscriptas. His litteris constituta communi omnium Episcoporum consensu, et S.R.M. concessione confirmata Synodus revocatur, et ad aliud temporis, scilicet ad initium anni proxime futuri trahitur. Ea vero causa fuit Synodi revocandae, quod nimirum noster Metropolitae gravi morbo correptus iaceat. Et tantum quidem illae literae potuerunt, ut reliquos Episcopos, qui Vilnam quasi attigerant, retro impulerint. Quasi vero privatis literis plus fidei adhibendum sit, quam publicis, atque authenticis; et a capite periclitante membra quoque debeant procul abscondere. His ego rationibus ductus ab incepto itinere ne minimam quidem pedem movi, sed citatiore cursu properavi, ut scilicet incepta perficerem Sedis Apostolicae consilia, et nostrarum rerum miserandam faciem inspicerem oculis. Et inspexi quidem Metropolitam ipsum iacentem, et valetudinis recuperandae spe omni destitutum, usu membrorum orbatum, rationis vix aliquando compositum, sui nec officij, nec imminentis obitus memorem, breviter, cadaveri simillimum hominem. Inspexi praeterea eos esse electos a Metropolitae in tanto munere a suis (f. 153v) consilijs, qui origine sunt postremi, doctrina idiotae, vita poene dixerim, ac moribus perditum, Religiosae disciplinae contemptores, luxus amantes, uno verbo homines nullius conscientiae. Hi sunt, qui una cum suis Asseclis Synodum revocarunt, nullo accedente consensu Metropolitae, ut idem ipse Metropolitae aliquo tandem modo est fassus, dum sibi praesens me admisit ad audientiam. Atque ex tanto miseriarum semine, non nisi miseriarum, et lacrymarum messem collegi, dum post ingentes expensas, et post superatum iter leucarum septuaginta nec Synodum celebratam vidi, nec Religiosorum Congregationem, licet omnes ferme monasteriorum Moderatores Vilnae adfuerint pro tempore constituto. Sed dolorem compescui, ubi primo cogitavi id esse opus divinae Providentiae, quae dabit nobis aliquando aquas ex lapide. Moratus itaque sum Vilnae diebus quindecim non sine sumptu apparenti, supplendo vices Metropolitae, scilicet consecrando, animos confratrum conciliando ac demum alia quam plura ad Metropolitam spectantia exequendo. Quibus ita peractis inde non recto itinere discessi versus meam Cathedram, sed diverti ad varia monasteria, tum Religiosorum precibus, tum eiusdem quoque Metropolitae mandato ad

id ductus, ut nimirum zizanias quasdam, quae quidem inter Religiosos imperant, convellerem; quasdam vero, quae mox coeperant emergere, in ipso exortu comprimerem. Et res voto respondit, Deo auxiliante. Post haec, litteris ad me missis per Ill.mum Samogitiae Episcopum Besgigijs existentem, compellor eundem adire, ut munere fungar consecrantis suffraganeum eiusdem. Adsum ego non sine tanti, tamque S. Praesulis gratissima animi significatione (f. 164) ex meo adventu. Consecratur ergo Suffraganeus, consecratoribus Episcopis, duobus quidem Ruthenis, scilicet D. Pinscen. Episcopo, et me, uno vero latino, scilicet eodem ipso Ill.mo Samogitiae Episcopo. In quo quidem munere nostrae Unionis Sanctissimae cum Romana Sede exemplum expressum Poloniae ostendimus, et posteritati consignavimus. Breviter, multis laetitiae indicijs in Deo exhibitis per SS.mum illum Antistitem, et lectis litteris S.R. Sedis ad eundem scriptis in meum beneficium, tandem eiusdem consilio, non redeundo Domum, Varsaviam recta compellor, unde nunc hasce literas scribo Ill.mae D. Tuae. Hic non parcam sumptui, non laboribus, non ipsi demum sanguini, immo et meam hanc peregrinationem, a novem ad hanc usque diem hebdomadis susceptam, domo vertam solatio, modo videre possim locatum in Sede Metropolitana unum aliquem, qui futurus sit Pater multarum Gentium. Quodsi assequutus fuero, referam pro meo munere Ill.mae D. Tuae, et Sedi Apostolicae; cui interim gratias refero quam plurimas, quod meae humilitatis velit esse perpetuo memor, eamque pro viribus promovere conetur. Agnosco ego Sedem Apostolicam, supra quam dici potest, erga me propensam; Utinam autem daret aliquando Deus, ut tantum beneficium, ac memoriam non alterius rei pretio compensarem, quam sanguinis. Ex his itaque intelligit Ill.ma D. Tua quantum me exhauserint haec longa itinera, non semel, sed tribus vicibus uno anno Varsaviam suscepta pro causa Religionis; tantum, videlicet, ut vix futurus sim potens in posterum muneri meo satisfacere, nisi novum accesserit Sedis Apostolicae beneficium, quod cum ego sperem, interim tamen enixe rogo, ut adiudicatam mihi aliquoties, non sine meis (f. 164v) expensis, per Ill.mum Nuncium Apostolicum Pensionem sexcentorum Florenorum solvi solitam quotannis a Vladimiriensis Episcopo Ill.mo Metropolitanae et mihi, uti prae caeteris Episcopo egenti, ab eodem Metropolita cessam promoveat; cum enim sententia lata sit in pertinacem, ac protervum et auctoritatis Apostolicae contemptorem, jurisque tam humani quam Divini praevaricatorem, propterea nec iure nec aequitate hactenus victus est, nec vincetur in posterum, nisi rigore astringatur; Propterea, qui Sedis Apostolicae aequitatem contempnit, auctoritatem experiatur. Dignetur ergo Sedes Apostolica facultatem concedere Ill.mo Nuncio Apostolico, ut causam hanc continuare possit amota qualibet

Appellatione, non obstantibus quibusvis, per censuras, et poenas ecclesiasticas excommunicationis, aggravationis, et invocationis brachij saecularis. Quod si obtinero, meam paupertatem sublevatam, acceptam referam Ill.mae D. Tuae, cui demum a Deo precor omnem foelicitatem, et humillime veneror.

Datum Varsaviae, 30 8bris 1647.

Ill.mae et R.ndissime D.V. studiosissimus servitor ac in Christo confr.
Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelm. et Belz.

Responsum die 4 Aprilis 1648.

46.

Chelma, 22. I. 1648.

Episcopus Chelmensis, Methodius Terleckyj de variis rebus: de P. Simeone, de Episcopo Vladimiriensi, de pensione eroganda ex eparchia Vladimiriensi etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 65, fol. 154rv.

Ill.me ac R.me Domine, Domine Colendissime.

Rev. P. Samuel,⁴⁴ qui Sedis Apostolicae aeterna beneficia, et pietatem Romae hausit, eadem nunc in Patria pro viribus celebrat. Sed Ill.mae Amplit. Tuae Russiarum Parentis amantissimi gratias, favores, et charitatem plane insignem non sine audientium, et mea iucunditate nominatim commendat. Atque haec licet mihi accidant auditu iucunda, haud tamen accidunt nova: Illud quidem mihi accidit toleratu novum, atque difficile, quod tantis gratijs, atque favoribus Ill.mae Amplit. Tuae nullam adhibere possim compensationem. Haec tamen quaedam est, eaque singularis praerogativa Ill.mae Amplit. Tuae, quod eiusdem beneficia

⁴⁴ P. Samuel Jackevyč, Basilianus; iam temporibus metropolitae Hypatii Potij vitae monasticae nomen dedit; temporibus Josephi Rutskyj ordinatus fuit sacerdos, sanctoque Archiepiscopo Polocensi Josaphat devenit socius itinerum et laborum. Ab anno 1640 Superior monasterii Bytheniensis, et vitae sanctitate apud omnes claruit. Unde universaliter an. 1647 in Metropolitam Kioviensem praevidebatur, quia etiam non Unitis acceptus erat, ut dicit Ign. Stebelski in sua *Chronologia*, et privilegium regium obtinuit, quod in sua humilitate coram Metropolita Antonio deposuit in monasterio Zyroviciensi. Non obstante hac resignatione Subcancellarius Lithuaniae ei dignitatem archimandritalem pro hac vice in monasterio Bytheniensi obtinuit, quo in officio multa perpeti debuit. Obiit die 7. IV. 1654 in odore sanctitatis Cfr. fusius in IGN. STEBELSKI, *Chronologia...*, pag. 238-245, ed. 2, Leopoli 1867.

compensari non possint alijs gratijs, quam caelestibus. Atque haec breviter de mei erga Ill.mam Amplitudinem Tuam grati animi significatione.

Venio nunc ad ea, quae per litteras mihi committit Ill.ma Amplitudo Tua, cui paucis quidem, sed sinceris verbis id polliceor ex mea tenuitate, me omnem curam, ac diligentiam adhibiturum, ut suum sortiantur effectum Sedis Apostolicae Decreta, ex quibus ego ita gratulor, ut vix possim verbis exprimere, quod animo concipio. Video haec Sanctissimae Sedis Apostolicae Decreta non futura omnibus grata, et ijs praecipue, qui laesae conscientiae sibi conscij timent secretorum revelationem. Inter quos illum primo loco intelligo Vladimiriensem, Episcopum ne dixerim, an Pseudo Episcopum? Dixi Pseudo Episcopum, quia quae sursum sunt nec sapit, nec quaerit. Atque cum de hoc homine incidit hic mentio, illud quoque non praetermitto nunc dicere, quod pluribus antea litteris significavi Ill.mae Amplitudini Tuae. Novit enim optime Amplitudo Tua Ill.ma motam fuisse a me contra Vladimiriensem Episcopum⁴⁵ litem de Pensione antiquitus quoque debita Sedi Metropolitanae, quae postmodum mihi iustas ob causas fuit caessa a moderno Metropolita. Novit praeterea eadem Amplitudo Tua Ill.ma, eam litem agitatam fuisse coram Ill.mo Nuncio, a quo demum, visis iuribus, ac monumentis, per sententiam (f. 154v) ultimo definientem mihi fuit adiudicata, sed nunquam hactenus soluta immo nec solvenda in posterum. Obtinuit enim ipse, nescio quibus mediantibus, a Sede Apostolica commissionem quandam in persona Domini Episcopi Chuiavien. Haec Commissio, Ill.me Domine, nisi revocata fuerit, et confirmata Ill.mi Nuncij repetita saepius decreta, addita etiam facultate excommunicandi, alijsque Apostolicis Censuris deviciendi hominem istum pertinacem, sciat Amplit. Tua Ill.ma me in posterum fore omnino ineptum ad Sacrosanctam Unionem pro dignitate sustinendam; anno enim proxime praeterito itinera per me ter Varsaviam, et semel Vilnam suscepta in causa nostrae Religionis ita me exhausterunt, immo ita me debitis cumularunt, ut ijs persolvendis haud futurus sim par; quodsi accesserit etiam nunc iter hoc leucarum circiter centum Gedanum versus, ut me sistam coram Iudicio Domini Chuiavien. Episcopi, declarati Commissarij, fateor me necessitate ductum fore contumacem, et ideo condemnandum. His accedit, quod ego nulla ratione aquiescere possum dicto Commissario tanquam mihi suspecto, et partis adversae causam tuenti, ob animi dissentiones iam pridem subortas inter ipsum, et Ill.mum D. Nuncium. Restat ergo, Ill.ma D., ut Amplitudo Tua Ill.ma

⁴⁵ Episcopus Vladimiriensis, Iosephus Bakovecky (1632-1650), saltem ab anno 1632; cfr. *Epistolae Iosephi Velamin Rutskyj*, Romae 1956, pag. 249, nr. 123.

mei partes suscipiat, inceptum patrocinium promoveat, et commissionis revocationem procuret, et me pristino Juri restituat. Quod cum ego mihi omnino pollicear ex humanitate Ill.mae Amplitudinis Tuae, eidem interim me singulariter commendo, et manus humillime deoscolor.

Datum Chelmae, 22 Ianuarii, 1648.

Ill.mae et Rev.mae Amplitudinis Tuae:

Cui ego tempestive commendo quendam meum Religiosum, quem loco Patris Samuelis brevi substituum in Collegio de Propaganda Fide, ut ibi hauriat cum doctrina pietatem. De Religiosi eiusdem praerogativis plane singularibus referam postea per eundem; nunc vero satis sit insinuasse Ill.mae Amplitudini Tuae.

adictissimus servitor in Christo
Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelmen. et Belzen.

(f. 163v) Responsum 4 Aprilis 1648.

47.

Chelma, 4. V. 1648.

Episcopus Chelmensis, Methodius Terleckyj de coadiutoria Metropoliae Kioviensis nec non de Reginaldo Maori, missionario, sibi concedendo.

APF, *Scritt. n. f. n. Congreg. gen.*, vol. 65, fol. 156rv.

Ill.me ac R.me D. D.ne Colendissime.

Comperti sunt Ill.mae Dominationi Tuae mei conatus, quibus efficaciter curavi tum apud Sacram R.M., cum etiam apud Ill.mum Nuncium Apostolicum, ut quidam e nostris Religiosis, Vir plane longo exemplo vitae atque doctrina Coelestis in Metropolitam nominaretur. Cumque res ipsa votis animi responderit, infinitas excitarunt illico tempestates, et nunc demum ardentius easdem in me promovent nostri Antistites, ac praecipue vivum ipsum nostri Metropolitanae cadaver. Iniquis enim aequa non placent, et qui a Patre diabolo sunt, eiusdem consilia volunt perficere. In qua quidem re illud unum ego mihi gratulor, et Deo acceptum refero, quod scilicet Serenissimus, aequae ac Religiosissimus noster Rex ita incepta Divinae suae mentis consilia promoveat, ut iam desperent omnino, et animo cadant, qui Deo resistunt. Atque de his fusius alias scripturus sum ad Sedem Apostolicam; nunc vero, quod a S. Congregatione nominatim exposco, Tuae quoque Ill.mae Domini expono, ut mihi, supra cuius dorsum conantur nunc fabricare peccatores suas iniquitates, vires suppetat, et consortes laboris. Inter quos hunc quoque unum adiungant mihi velim ad triennium PP. Em.mi, scilicet R.P.F. Reginaldum Maori,

Italum ex Augustiniana Familia, virum pietate ac doctrina insignem, Varsaviae nunc degentem. His meis votis, ut annuant PP. Em.mi omnino rogo Ill.mam D.nem Tuam, in cuius manu eorundem sunt corda; maxime vero cum idem ipse R.P.F. Reginaldus Maori ita impellatur ad hanc Missionem suscipiendam, ut Dei vocantis voluntatem in eo iure cognoscat. Caeterum autem Ill.ma D. Tua, quae Russiae nostrae compertas habet calamitates, et Virorum doctorum orbitatem; quae meae Dioecesis amplitudinem satis abunde novit; quaeque labores (f. 156v) quoque meos, et oppressiones, quas undique sustineo in promovenda Sacrosancta Unione, clarissime intuetur, Tua, inquam, Ill.ma Dominatio pro sua erga me singulari benevolentia vota postulantis admittat, et promoveat rogo. Interim vero eidem Ill.mae D. Tuae, cui mea consueta obsequia singulariter commendo, a Deo O.M. fausta omnia atque prospera apprecor.

Datum Chelmae, die Dominica palmarum, Anno 1648.

Ill.mae et R.ndssimae D.V. studiosissimus Servitor ac Confr. in Christo
 Methodius Terlecki de Terlo,
 Episcopus Chelmensis et Belzen. (mp).

(f. 157v) Monsignor Vescovo di Chelma, che li sia concesso il P.F. Reginaldo Maori, Agostiniano. R. die 21 Maii 1648.

(f. 160v) Ill.mo ac R.mo Domino et Confr. in Christo Observandissimo, D. Francisco Ingolo, S. Congreg. de Prop. Fide Emeritissimo Secretario.

48.

Chelma, 4. V. 1648.

Episcopus Chelmensis de Reginaldo Maori, missionario, a S. Congregatione sibi ad tempus concedendo.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 65, fol. 155rv.

Emin.mi ac R.mi DD. Domini Colendissimi.

Dolendum sane est, Eminentissimi Patres, ac Principes, quod Russia nostra mox, poene dixerim, casura, non habeat sublevantem se: Homines enim non habet, unde autem eos sortiri aliquando possit, satis hoc intelligunt Vestrae Amplit. PP. Eminentissimi, scilicet a Sacrosancta Sede Apostolica, de cuius plenitudine omnes accipiunt. Dum enim ipsa aperit manum suam, Orbem terrarum universum implet benedictione; quam quidem benedictionem cum ego liberaliter effusam in me sim hactenus expertus, eandem nunc quoque imploro a Vestris Amplitudinibus, PP. Eminentissimi. Date igitur, PP. Eminentissimi, id meis precibus, ut Mis-

sionarium ad triennium obtinere possim meae Dioecesis ac Russiae Universae, R.P.F. Reginaldum Maori, natione Italum, Religiosum Ordinis Augustinien. Eremitarum, ac S. Theologiae Magistrum, qui nunc demum temporis Varsaviae moratur. Ex eo enim singularis pietatis, et doctrinae homine profectum sane non mediocrem sperare sibi iure poterit Sacrosancta Unio, cuius ipse propagandae ardentissimum habet insitum animo igniculum. His illud quoque accedit, quod in Seminario nostro Minscen. proxime aperiendo, cui aliunde vix suppeditari poterunt Magistri, non postremum obtinebit locum suae pietatis, et doctrinae tradendae. Quod si Vestrae Amplitudines, PP. Eminentissimi, alteri vel Praesuli, vel Provinciae destinarunt hominem hunc, facile revocare poterunt eam sententiam, et quidem cum foenore, tum quia nullibi datur utilior laborandi campus, cum etiam quia nullibi datur spes foecundior sati laboris. Praeterea id etiam suadere robur fortissimum sit Vestris Amplitudinibus, PP. Eminentissimi, quod idem ipse Rev.dus P.F. Reginaldus Maori animo ita prompto, atque alacri ad id (f. 155v) oneris subeundi accedit, ut non nisi divinitus ad idem vocari atque impelli censendus omnino sit. Accedit, inquam, sed accedente primo loco suorum Antistitum ac praecipue Sedis Apostolicae consensu atque mandato. Atque ego quidem, cum ita animo sentiam, Divinae scilicet vocationi esse omnino parendum, propterea Vestras Amplitudines, PP. Eminentissimi, obnixè rogo, ut Divinam hanc vocationem, Divina quoque S. Spiritus assistentia perpendentes, mihi et Russiae postreme laboranti hanc opem suppeditent. Quod reliquum autem est, id ego muneris ac favoris acceptum referam Sedi Apostolicae, cuius sum amantissimus filius. Acceptum quoque referam Vestris Amplitudinibus, PP. Eminentissimi, quibus interim a Deo diuturnam apprecor incolumitatem in terris, et meam operam, atque studium, vitam denique ipsam paratam exhibeo pro Vineam, quam plantavit Pater Caelestis.

Datae Chelmae, die Dominica palmarum, Anno 1648.

Eminentissimarum et R.ndissimarum DD.VV. humilis cliens. atque in Christo servitor

Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelm. et Belzen. (mp).

(f. 162v) Mons. Nuntio di Polonia ha scritto altre volte ch'è bene mandarlo a servir detto Vescovo di Chelma.

Die 8 iunii 1648. Congr. 86. Nr. 32. Referente Em.mo D.no Card. Caraffa literas episcopi Chelmensis petentes ad se mitti R.dum Fratrem Reginaldum Maorium, Augustinianum, in Varsavia degentem, pro seminario in Minsco pro Ruthenis unitis instituto, Sacra Congregatio man-



PETRUS MOHYLA - METROPOLITA KIOVIENSIS
(1633 - 1647)

davit scribi nuntio Poloniae, ut dictum M. Reginaldum ad praefatum Episcopum mittat de licentia tamen suorum Superiorum.

Si scriva e si mandi la lettera al Vescovo di Chelma.

49.

Posonii, 14. V. 1648.

Archiep.pus Strigoniensis omnes Ruthenos unitos sub protectionem suam assumit.

BIBL. UNIVERS. BUDAPESTINAE, *Manuscript.*, vol. 69, fol. 23-25.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 113, pag. 154.

Nos Georgius Lippay, miser. divina Archiep.pus Strigoniensis locique ejusdem comes perpetuus, Primas Regni Hung., legatus natus, summus et Secretarius, Cancellarius ac S.C. R.que Mat.tis intim. Consil etc.

Notum facimus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod cum superioribus temporibus fel. mem. Rev.mus quondam D.nus Geor. Jakosicz de Orbova, Ep.pus Agriensis⁴⁶ nonnullos ex Ritu Graeco Ruthenos, Eccl.ticos videlicet, afflante Spiritu Domini in sinum Eccl.ae catholicae receperit ac omnibus privilegiis et immunitatibus eccl.ticis singulos eorundem reunitos, juxta officii et vocationis suae qualitatem, participes effecerit, cujus quidem memorati quondam D.ni Ep.pi Agriensis pio operi nos quoque incumbere volentes, sed et per eosdem reunitos eccl.ticos humillime superinde requisiti, annuimus et ratum habemus per praesentes, quod quicumque sub ditione S. Coronae Regni Hung. ex antelato Ritu Gr. Rutheno in sacerdotium legitime assumpti in unionem Catholicae Eccl.ae Romanae sese vel recepissent hucusque vel reciperent dein, universos et singulos in nostram paternam curam et singularem protectionem non modo suscepimus in Domino, verum etiam omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus quibus alii sacerdotes et eccl.tici in hoc Regno fruuntur, juxta pastoralis officii nostri plenitudinem, participes efficimus iisdemque eosdem uti, frui ac gaudere posse declaramus, nec non singulos eorundem quoad personam suam eccl.ticam et immunitates suo statui et vocationi convenientes tamdiu, quamdiu in Regno Hung. sub jurisdictione catholici et cura pa-

⁴⁶ Georgius Jakusits, Episcopus Agriensis (1645-1647), obiit mense novembri 1647; iam anno 1637 nominatus fuit ab Imperatore episcopus Vesprimensis, sed non fuit confirmatus. Hic tamen brevi suo regimine professionem fidei sacerdotium Mukačoviensium an. 1646 accepit.

storali permanserint, contra quosvis impeditores tueri, defendere, conservare et protegere volumus et parati erimus, imo suscipimus, declaramus, participes efficimus, tuemur, defendimus, conservamus, ac protegimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante.

Datum Posonii, 14 m. Maii, a. 1648.

50.

Chelma, 27. V. 1648.

Episcopus Chelmensis Secretario de Prop. Fide de pensione Vladimiriensi, de missionario Reginaldo Maori.

APF, *Scritt. vij. n. Congreg. gen.*, vol. 65, fol. 158rv.

Ill.me ac R.me D.ne D.ne, et Confr. Observantissime.

Accepi litteras Ill.mae Amplitudinis Tuae, quibus se pollicetur effecturam, ut in promovendo jure pensionis contra Vladimiriensem. Episcopum omnem curam adhibeat, omneque removeat impedimentum. Qua quidem in re gratulor ego mihi ex tanta Ill.mae Amplitudinis Tuae erga me benevolentia, et Iuris patrocinio, Tuae vero Ill.mae Amplitudini quam maximas refero gratias. Ut autem res cedat foelicus, mitto processum Juris ea de re controversi coram Tribunali Ill.mi D. Nuncii Apostolici. Illud autem unum hic reliquum est Ill.mae D., ut mora nulla interponatur, nam alias succumberem omnino postrema poene dixerim paupertate, et aere alieno victus, nisi tandem Sedis Apostolicae munificentia presto adesset, ut cadentem erigeret. Ut vero adsit, omnino rogo Ill.mam Amplitudinem Tuam, quae prae omnibus optime novit susceptos a me labores in re nostrae Religionis, quaeque prae caeteris comptissimam habet meam necessitatem, atque tenuitatem.

Scriptis a me pridem litteris tam ad Sedem Apostolicam, quam etiam ad Ill.mam Amplitudinem Tuam, meae Dioecesi, ac Russiae conatus sum impetrare: R.P.F. Reginaldum Maori ex Augustiniana Familia, Virum breviter plurimis dotibus insignem, meaeque indignitatis apprime amantem. Velim itaque Ill.me D. ut eadem ipsa Ill.ma T. Amplitudo vota mea promovere, et proficere non dedignetur. Spero enim inde futurum, ut aucto numero Missionariorum Sedis Apostolicae, messis quoque speretur uberior, atque amplior; inter Missionarios autem D. quoque P. Saracinum intelligo, qui pro suo munere, ac vocatione utiliter hic laborat, atque constanter. Res nostri Ritus Orientalis non mediocriter fervent, sed Divini Spiritus immisso coelitus ardore. Serenissimo enim Rege sic volente, ac Ill.mo D. Nuncio Apostolico serio promovente, Religiosissimus

ille vir, nomine P. Simeon, Proto-Archimandrita iam est constitutus nostri Ordinis universi, et metropolitanus quoque Coadiutor declaratus; ex cuius hominis promotione, universae plane nostrae Familiae Ritus ac Religionis incrementum sperandum omnino est.

(f. 158v) Quam quidem foelicitatem T. prae ceteris Ill.mae Amplitudini acceptam ego refero, Deumque O.M. rogo pro diuturna incolumitate eiusdem, cui manus quoque humiliter exosculor.

Datum Chelmae, 27 Maii, anno 1648.

Ill.mae et R.ndissimae D.V. studiosissimus servitor atque in Christo confrater

Methodius Terlecki de Terlo,
Episcopus Chelmensis et Belzen. (mp).

(f. 159v) S'è risposto etc.

51.

Neresznicza, 20. VI. 1648.

Subscriptio antimensii Ep. Basilii Tarasovyč.

HODINKA A., *Okmanyta...*, nr. 114, pag. 155.

Gratia S. et Vivif. Spiritus, opera D.ni Basilii Taraszovics, Ep. pi Munkacs et Maramarus. ac totius Hung. orthodoxae S. Cath. et Apl. Eccl. ae, consecratum antiminsium ad altare magni D. Dei Salvatoris nostri Jhu Christi, ad celebranda divina lyturgiae misteria super eo, datum ad eccl. am S. Joannis Bapt. et Praecurs. D.ni in possessione Neresznicza, m. Junii 20 die, anno post natum Christum 1648.

52.

Posonia, 28. V. 1649.

Epistola Nuntii Viennensis Camilli Meltii ad S. Congr. de Propaganda Fide, in causa P. Gabrielis Kosovicki.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 218, fol. 165r.

ASV, *Arch. Nunz. Vienna*, vol. 16, fol. 72rv.

Al Signor Card. Capponi, in Congregatione de Propaganda Fide.⁴⁷

⁴⁷ Cardinalis Aloysius Capponi, florentinus, tit. S. Agathae, nominatus die 24 novembris 1608, ab an. 1629 S. Laurentii in Lucina, a die 27. X. 1645 Praefectus S.C. de Prop. Fide et bibliothecarius (1649). Obiit in Curia die 6.4.1659. cfr. P. GAUCHAT, *Hierarchia Catholica*, vol. IV, Romae 1935, pag. 11.

Eminentissimo e Reverendissimo Signore e Patrone Colendissimo.

In risposta d'una lettera di Vostra Eminenza in data delli 8 febraro nel particolare di un tal Gabriele Kosovicki, monaco Rutheno,⁴⁸ io dissi che dovevo venire in Ungaria a questa Dieta e che quivi probabilmente havrei ritrovata la notitia di quel tanto che da me si richiedeva. Sono venuto e dopo molte diligenze fatte, ho ritrovato conto di questo huomo e perchè egli sta nella diocesi Agriense, ne ho tenuto longo proposito con quel Vescovo nuovamente assonto al sudetto vescovato. Trovo che la cosa, secondo la relatione di lui, al quale presto gran' fede, perchè è huomo molto zelante et honorato, va molto diversamente di quello che forse ha rappresentato Mons. Vescovo di Chelma, Rutheno unito, e mi accorgo, che fra questi due Vescovi non deve passare molto grande intelligenza, confinando insieme nelle loro diocesi, le quali sono amplissime et in paesi molto remoti dalla mia cognitione. Ho giudicato bene, che il detto Vescovo Agriense mi mettesse in scritto quello, che egli mi diceva in questo particolare et inviandola nell'acclusa copia a Vostra Eminenza, lascerò che ella vi faccia la debita riflessione e frattanto non innoverò cosa alcuna, parendomi così espediente, in esecuzione della mente di co-testa Sacra Congregazione. A Vostra Eminenza humilissimamente bacio le mani.

Possonia, 28 maggio, 1649.

Di Vostra Eminenza humilissimo et devotissimo servitore

Camillo, Arcivescovo di Capua.⁴⁹

53.

Posonia, 28. V. 1649.

Relatio Episcopi Agriensis B. Kisdi ad Nuntium Viennensem, de monacho P. Gabriele Kosovicki, acclusa praecedenti epistolae.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 218, fol. 162r.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Gabriel Kosvichus, Ruthenus Ordinis S. Basilii, presbyter catholicus, de quo Roma a S. Congregatione Suae Celsitudini scribitur, quod is et

⁴⁸ Gabriel Kosovickyj, basilianus, Alumnus Vindobonensis, dein missionarius in Transcarpatia, sat notus; de hoc plurima dantur documenta in praesenti volumine. Adhuc anno 1665 eius quaestio non erat soluta. Cfr. *Acta SC. de Prop. Fide*, vol. I, secundum Indicem nominum.

⁴⁹ Camillus de Melzi, Nuntius Apost. Vindobonensis (1644-1652), Archiepiscopus Capuanus.

habitum mutaverit et Ordinem deseruerit, et quod magno christifidelium scandalo in templo Ruthenorum more latino Sacra celebraret, quae omnia secus se habere, sic informari poterit Sua Celsitudo: Praedictus Gabriel est quidem in Hungaria, in oppido Homonna, in dioecesi mea Agriensi, sed is in hodiernum diem et habitum suae Religionis retinet, et Ordinem S. ti Basilii profitetur, et cum magna spirituali aedificatione, meaque consolatione in praefato oppido commoratur, ubi in parochiam quoque nuper authentice est introductus et installatus eo fine, vel maxime, ut tardum illum populum Ruthenicum in catholica fide instruat, filiosque eorum (scholam pro illis ibidem regendo), more catholico educat, quod Episcopus illorum male habet. Et quia ego in Hungaria in mea dioecesi non permitto, ut Episcopus ille informans, ex Regno Poloniae, ubi is residentiam habet, iurisdictionem aliquam exercent, hinc illum ideo exturbare nititur, Sacram Congregationem de Propaganda fide sinistre informando. Sacra apud Ruthenos more graeco, apud Latinos more latino perficit, quod illi licitum esse, in dubium non revocavi, cum et is Viennae, aliique ordinarie fecerunt. Haec erant Suae Celsitudini breviter de eodem P. Gabriele repraesentanda.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae humillimus capellanus
Benedictus Kisdi, electus Episcopus Agriensis.

54.

Jassovia, 29. VI. 1649.

Iterata informatio Episcopi B. Kisdi de P. Gabriele Kosovicki ad Nuntium Viennensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen., Ungheria e Bosnia*, vol. 218, fol. 163r.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine, Patrone Colendissime.
Orationum mearum et sacrificiorum humillima servitia.

Ubi pridem, Deo duce, domum redii, statim Reverendum Gabrielem Kossovium, alias Ordinis S. Basilii, huc ad me venire curavi, ut ea quae de illo Roma scripta audiveram et legeram, coram viderem, et experirer. Verum ille, uti Posenii quoque, Suam Celsitudinem super eo informaveram, nec Ordinem deseruit, nec habitum ritumque mutavit, sed in prioribus manet, inter Ruthenos officio boni Pastoris fungitur, omnia Ritu Graeco peragit, nisi quod quando apud Latinos versatur, Sacrum more latino facit, quod ei licere, praesens testimonium quoque (cuius originale vidi et legi), luculenter comprobatur. Et quia cum maximo fructu spirituali hic in Ungharia commoratur in mea dioecesi, Suae Celsitudini

quoque eundem commendo humillime, dignetur eum in sua gratia habere, et contra impetitores protegere. Suis devotis orationibus et sacrificiis gratiam hanc humillime promereri studebit. Commendo Suae Celsitudini negotium quoque meum, in maturanda episcopatus mei confirmatione, cuius quanta necessitas sit in his partibus, copiosissime Posonii Suae Celsitudini exposui, cuius gratiae et favori me humillime commendo.

Jassoviae, die 29 iunii anno 1649.

Illustrissimae ac Reverendissimae Celsitudinis Vestrae humillimus capellanus

Benedictus Kisdi, electus Episcopus Agriensis.⁵⁰

55.

Vindobona, 21. VIII. 1649.

Nuntius Viennensis ad S. Congregationem de Propaganda Fide circa biritualismum P. Gabrielis Kosovicki.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen., Ungaria e Bosnia*, vol. 218, fol. 164r.

ASV, *Arch. Nunz. di Vienna*, vol. 16, fol. 76rv.

Al Signor Cardinale Capponi in Congregatione de Propaganda Fide.

Eminentissimo et Reverendissimo Signore et Patrone Colendissimo.

Mi è parso bene di replicare a Vostra Eminenza nel particolare di quel Gabriele Kosovischi, monaco Basiliano Rutheno unito, che dopo haverli data la relatione, della quale essa si mostra ben soddisfatta, in quest'ultima sua delli 6 luglio, mi è capitata una lettera del medesimo novello Vescovo d'Agria nella forma, che viene annessa. Veggo nella lettera che essi giudicano lecito, che li Rutheni uniti celebrino nel Rito Latino venendo l'occasione e si fondano nella scrittura della quale pur mando copia. Io per rimediare all'errore, notificherò al sudetto Vescovo il contenuto della lettera di Vostra Eminenza, nella quale dice non esser lecito che quelli celebrino conforme al Rito Latino, e credo che ciò basterà. Tuttavia se sopra questo vi fusse qualche decreto da comunicare e notificare in quelle parti, forse si rimedierebbe maggiormente a questo

⁵⁰ Benedictus Kisdi, Episcopus Agriensis (1652-1660); natus in dioecesi Vacienſi; an. 1649 iam annos 53 habuit; P. GAUCHAT, *Hierarchia Catholica*, vol. IV, pag. 73, eius successionem ponit tantummodo an. 1652, die 8 aprilis; sed nominatus fuit a Rege in Episcopum Sirmien. et Varadien. iam anno 1644 et 1646, sed deest confirmatio Sedis Apost.

male. Io dico tutto questo per ogni buon rispetto, del resto mi rimetto alla somma prudenza di Vostra Eminenza et la riverisco humilissimamente.

Vienna, 21 Agosto, 1649.

Di Vostra Eminenza Reverendissima humilissimo et devotissimo servitore

Camillo, Arcivescovo di Capua.

56.

Posonia, 1650.

Relatio quadriennalis Archiepiscopi Strigoniensis G. Lippay ad Sacram Congr. Concilii, anno 1650. Excerptum de Ruthenis.

ASV, S. CONGR. CONCILII, *Relazioni*, Strigonia 1650.

...In dioecesi Strigoniensi catholici 220 circiter obtinent parochias, haeretici prope mille, Rutheni in Scepusio plurimos habent sacerdotes, complures in quovis pago.

...Schismatici quoque Rutheni, uti se Matri Ecclesiae adiungerent, non solum in propria, sed et in Agriensi dioecesi multum laboravit Archiepiscopus. Ut sacerdotes uxores abdicarent, ne divortia seu coniugiorum legitimorum cassationes concederentur, aliique abusus et scelera christianae religioni contraria tollerentur. Tandem bonam partem sacerdotum, seu ut ipsi appellant Battikorum,⁵¹ in bonis Dominorum praesertim catholicorum, Ecclesiae univit, et ad obedientiam Sedis Apostolicae deduxit. Effecitque, ut Domini terrestres ab operibus personalibus immunes redderent sacerdotes, honorarentque. In Synodo provinciali acceptavit unitos Ruthenorum sacerdotes in numerum cleri Regni Ungariae, eosque privilegiorum et immunitatum participes fecit. Statuit, ut in uno pago non nisi unus parochus esset, caetera turba sacerdotum usque ad tempus vitae maneret quidem, sed parochum non interturbaret, ac in locum decedentium, nulli tales ordinarentur. Curavit ut Homonnae parochia celebris Patribus Basilianis Ruthenis catholicis daretur, qui etiam nunc ibi strenue ac utiliter laborant. Conversi sunt facile ex his sacerdotibus prope centum, plebis vero facile viginti millia et amplius. Episcopum etiam Munkaciensem seu Vladikam ad fidem catholicam adduxerunt, abiurato schismate coram ipso Imperatore; verum in proximis turbis ab adversariis comprehensus, varieque afflictus, iterum a religione defecit.

⁵¹ Denominatio provenit a voce « batjko » (pater).

In fine inter postulata: ...Sanctitas Vestra locum concedere velit Ruthenis, etiam pro duobus iuvenibus, in Romano Graecorum alumnatu, supplicat demisse Archiepiscopus Lippay.

57.

Vindobona, 12. III. 1650.

Nuntius Viennensis communicat Episcopo Agriensi B. Kisdi decretum de biritualismo prohibito.

ASV, Arch. Nunz. di Vienna, vol. 16, fol. 85r.

Domino Benedicto Kisdi, Episcopo Agriensi.

Ex rationalibus inditiis censeo responsonem meam ad epistolam Dominationis Vestrae Illustrissimae, datam Jassoviae sub die 29 iunii anni praeteriti, ad ipsam nequaquam pervenisse. Repeto quod dixi, et superaddo quod tunc temporis dicere non potui. Nimirum Eminentissimos Cardinales Sacrae Congregationis de Propaganda Fide fuisse contentos et satisfactos de informatione, quam habuerunt circa personam Gabrielis Kosovischi, monachi Basiliani Rutheni uniti, ut ex primis litteris dictae Sacrae Congregationis, quarum copiam transmitto. Verum non sunt contenti de eo quod intellexerunt, nimirum, quod praefatus monachus celebrat, prout occurrit, sub utroque ritu. Aiunt enim non licere huiusmodi rem, ut ex primis litteris eiusdem S. Congregationis. Et quia ego replicavi et volui intelligere distincte, undenam oriretur dicta prohibitio, responsum accepi talem prohibitionem oriri ex Bulla Sanctissimi Pii V, videre est ex 2-dis litteris eiusdem S. Congregationis, quarum copiam pariter transmitto.⁵² Poterit igitur Dominatio Vestra Illustrissima deducere ad notitiam tam praefati Gabrielis, quam aliorum quorumcumque huiusmodi generis, hanc Pontificiam prohibitionem ad effectum, ut evitetur error praedictus, et ne sub specie maioris devotionis fiat contraventio adversus Apostolica praecepta. Dominationis Vestrae Illustrissimae me ipsum peramanter commendo.

Viennae, 12 Martii, 1650.

⁵² Cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, Romae 1954, pag. 203, nr. 315, sub dat. 27.IX.1649.

58.

*Lublin, 12. IV. 1650.**Jacobus Susza, Vicarius Generalis Chelmensis, de statu dioecesis, de alumna-
tibus pontificiis romanis pro Ruthenis in auxilium S. Unionis.*APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 339, fol. 4rv, 13v.

Ill.me et R.me Domine, Domine Colendissime.

Quod ad Ill.mam Dominationem Vestram, perque eam, ad S. de Propaganda Fide Congregationem cum supplicibus hisce accedere, ignotus licet, non tergiversando, iustissima id catholicae fidei facit Causa. Quo enim pro Fide Orthodoxa violenter atque ignominiose extorribus fugiendum censerem, nisi ad arcem et asylum Catholicorum? Itaque cum fusiore, prout par fuit, R.do Patri Gregorio Bienkowski,⁵³ Ordinis Nostri, ad SS. Sergium et Bacchum Romae residenti, miserandum Episcopatus Chelmensis Uniti statum, exposuerim calamo, desuper solatium praestolantes, a Sancta pariter Sede Apostolica manum auxiliatricem imploramus, ut quod facto optimum iudicarit, hac super re nobis afflictis praestet. Cum vero singulare praesidium inde fore putemus, si pro nostri tuitione Brevia ad nonnullos, de quibus memorato commisi Patri, expedirentur Apostolica, eximiam certe nobis, Pastore orbatis, Vestra Ill.ma Dominatio rem praestiterit, si ea a S.mo Domino Nostro obtinuerit. Et quoniam R.do Fratri Benedicto Terlecki,⁵⁴ R.mi olim Episcopi nostri nepoti, Theologiae in Collegio S. Congregationis de Propaganda Fide studioso, in Patriam reditus prae foribus adest, ea qua par est mentis nostrae demissione, rogatam velit S. Congregationem Vestra Ill.ma D. ut locum, iuxta promissum Eminentissimi Cardinalis S. Onufrii,⁵⁵ pro duobus tribusve in

⁵³ Gregorius Bienkovskyj, basilianus, Alumnus romanus, Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae in Urbe ad ecclesiam SS. Sergii et Bacchi ann. 1651-1656; hoc tempore quaedam debita artificibus solvere renuit, et in patriam redux favore Metropoliiae Administratoris sibi procuravit, imo etiam quasdam dignitates archimandritales. S.C. de Prop. Fide eum ad responsonem dandam adstringebat, sed frustra.

⁵⁴ P. Benedictus Terleckyj, Basilianus, Alumnus romanus; in patriam redux, plura obibat officia et scholam seu Seminarium Minscense renovavit et direxit. Anno 1657 electus Provincialis Basilianorum, oppositionem Gabrielis Kolenda, Administratoris Metropoliiae provocavit, sed iterum iterumque in Superiorem eligebatur an. 1659 et 1661, quo anno obiit, post Capitulum Torokanense, cui Gabriel Kolenda suum, Supraslii celebratum, opposuit, se in Superiorem seu Protoarchimandritam eligere iubens. Cfr; de his dissidiis plurima documenta ann. 1660-1661, sequentibus.

⁵⁵ Antonius Barberini, Card. tit. S. Onuphrii, frater Urbani VIII, obiit ann. 1646; erat ad interim Praefectus S.C. de Prop. Fide (1632-1646), quo tempore Ruthenis aedes ad ecclesiam SS. Sergii et Bacchi donavit legatumque inscripsit pro erigendo Collegio et Procura.

Collegio dicto studiosis, eadem oppressa et desolata possit habere Dioecesis. Maximum polliceatur sibi sancta Ecclesia hisce in regionibus catholicae veritatis futurum fulcimentum, si omnibus humanis divinisque probe instructos litteris habeat in illis alumnos. At quia eidem abituro in Patriam, spoliatus a Schismaticis, Viaticum suppeditare nequeo, sperare me id iubet ipsa per se fecunda (f. 4v) quia Divina Causa, a Sancta Divinorumque Praeside Congregatione. Quae si eum, suo hactenus alens in sinu, hoc insuper fovet affectu, obstrictissimum me iuxta atque ipsum pro Ecclesia Sancta laboribus efficiet. Quod iterato enixis exorans precibus, mea obsequia humillima V. Ill.mae D.ni commendatissima haberi velim.

Lublino, 12 Aprilis, Anno 1650.

Vestrae Ill.mae et R.mae D.nis in Christo Servus et cliens

Jacobus Susza, Ordinis D. Basilij Magni, SS. Theol. Doctor (mpp),
Chelmen. in Unione S. Episcopatus Vicarius Generalis.

(f. 13v) Ill.mo et Rev.mo Domino, D.no Dionisio Massario, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario. Romae.

59.

Belgrad, ante 5. IV. 1651.

Litterae testimoniales Petri Parthenii, Episcopi Mukačoviensis.

BIBL. UNIVERS. BUDAPESTINAE, *Manuscr. Hevenesiana*, vol. 69, fol. 27-28.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 117, pag. 158.

Stephanus Simonovitus, Dei Gr. Archiep.pus Belogradiensis, Vadiensis, Maromoriensis totiusque Transaniae cath. atque apostolicae religionis Gr. R. Ep.pus.⁵⁶

Significamus per praesentes nostras omnibus et singulis quorumcumque interest, nominatim Rev.mis Ep.pis eorumque vicariis, capitulis et praepositis, presbyteris et cujuscunque gradus clericis, post hos ill.mis, magnificis, praenobilibus ac generosis D.nis Regni Hung. inclitis civibus, nec non civitatum, oppidorum atque pagorum incolis eorumque primoribus omnibusque in Christo fidelibus, quod venerat ad nos Rev.dus Pater Petrus Parthenius, Religiosus O. divi Basilii R. Gr. sacerdos, cum

⁵⁶ Stephanus Simonovič, Episcopus loci orthodoxus seu nonunitus, qui etiam partes Hungariae in sua iurisdictione habuit. Factum hoc sat curiosum describitur et de eius mentem catholicis non adversam significat.

honorificis et sufficientibus testimoniis Rev.morum Ep.porum atque imprimis fel. record. D.ni Basilii Tarasovity, Ep.pi Munkacsiensis antecessoris sui, qui resolutionis suae diem praesentiens voce viva scriptoque manus propriae firmata in successorem suum praefatum Rev.dum Patrem designavit omnesque suae cathedrae sacerdotes sub interminatione irae Dei nec non futuri iudicii arctissime obligavit, ne videlicet ullum alium praeter nominatum Rev.dum Patrem in Ep.pum suum assumerent, uti diploma illud legimus et vidimus, deinde Ill.mi ac Rev.mi D. Matthiae Tarnoczy, Ep.pi Vacienensis, praepositi Scepusiensis, S.C. R.que Mat.tis consiliarii, qui tam nomine suo, quam Ill.mi ac Rev.mi D.ni Georgii Lippay, Archiep.pi Strigoniensis et primatis inclytae Coronae Hung. auctoritate eidem saepius praemisso Rev.do Patri Petro Parthenio in suis dioecesibus administrationem sacerdotum Ruthenorum commisit datoque diplomate ratificavit, sacerdotum denique Ruthenorum atque suorum parochianorum partes Homonnienses, Ungvarienses, Stropkovienses, Makoviczenses, Munkacsienses, Tibiscanas ac Scepusienses etc. incolentium locupletissima accepimus legimusque testimonia, ex quibus perspeximus, quod saepe praefatus Rev.dus Pater Petrus Parthenius concordibus votis atque affectibus sit electus, ut succedat memorato Rev.do D.no Ep.po Munkacsiensi Basilio Tarasovity, vita non pridem functo, locumque ac cathedram ipsius conscendat. Hunc itaque toties praedictum, pensata ipsius causa, humanissime in charitate X.ti excepimus invitatoque Rev.mo D.no Saba, Ep.po Bistranensi convocatoque clero nostro, praemissis demum iis, quae s. canones sacraque synodus praemittere jubet, solemnitatem constituimus atque in Ep.pum nominatae Munkacsiensis cathedrae cum ceremoniis apostolicis creavimus dedimusque ei facultatem, per invocationem gratiae Spiritus S., ordines conferre, a peccatis et censuris sibi reservatis absolvere, ss. liquores conficere, eccl.as et altaria consecrare omnesque functiones ep.pales licite in sua dioecesi exercere, petentes et monentes eundem Rev.mum D.num Petrum Parthenium, Ep.pum Munkacsiensem, fratrem nostrum in X.to charissimum, ut Eccl.am suam verbo et exemplo in omni disciplina christiana, memor olim reddendae rationis, instituat ac perficiat. In cuius rei perpetuam memoriae fideique certitudinem manum nostram sigillumque apposuimus.

Datum Belgradi, a. ab orbe condito 7.159, a partu vero Virginis 1651, in monasterio SS. Trinitatis metropolitanae nostrae residentiae.

Idem qui supra, Stephanus Simonovitius (mp).

60.

Vilna, 27. V. 1651.

Georgius Tyszkiewicz, Ep. Vilmensis commendat res Ignatii Jelec, S. Jesu, eiusque personam, qui societatem religiosam erigere cupit.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 339, fol. 40; fol. 8rv.

Eminentissimi ac Reverendissimi D.ni, Domini, et Patroni Colendissimi.

Dolebam ego semper super pertinacia Schismaticorum in Provincia Regni nostri Russia, Patria Progenitorum meorum,⁵⁷ et toties in perditione animarum illius loci ingemui. Occasionem omnem consulendi illorum saluti libenter arripiens, quam modo sese offerentem ab Eminentissimis et Reverendissimis Dominationibus Vestris acceptari, et negotium praesens per hanc Sacram Congregationem apud SS.mum Dominum nostrum unice peto promoveri et postulo. R.ndus Pater Ignatius Jelec,⁵⁸ Presbyter Societatis Jesu, vir eruditus, et in propaganda Catholica Religione in Russiae partibus ferventissimus, omnibus illius loci incolis ex maiorum suorum claritate, vitae probitate, et zelo Divini honoris notissimus simul ac gratissimus, habita a praecipuis Schismaticorum, et ad praesens Kosacorum rebellium Collonellis, ipsoque Capite illorum Chmielnicio reali, et manifesta declaratione, obtemperaturos se illius, in rebus Religionis, salutaribus monitis, et omnes sequi, et amplecti libenter velle, quicquid ad credendum ipsis et tenendum ac observandum, pro salute animarum lucranda proposuerit, Bona sua Patrimonialia omnia, quae satis ampla in Russia, ad centum millia florenorum in annuis redditibus ad se pertinere novit, pro fundanda et erigenda Presbyterorum Ritus Graeci Congregatione ad instar Regulae et instituti S. Philippi Neraei dare vult, et intendit. Facile, auxiliante Deo, etiam populum illum rudem ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae et obedientiam Romano Pontifici, SS.mo Domino nostro, reducere sperans, si Sua Sanctitas, praestito consensu pro dicta Presbyterorum Ritus Graeci Congregatione erigenda, Missam Romanam, et Caeremonias Romanae Ecclesiae, in peragendis Divinis usitatas, lingua eorum Sclavonica, quam et ipse apprime calet, et qua hactenus in suis

⁵⁷ Georgius Tyškevyč, tunc iam Episcopus Vilmensis ab an. 1649, translatus e dioecesi Samogitiensi; obiit an. 1656. Cfr. de eo notam 26.

⁵⁸ Ignatius Jelec, Soc. Jesu, homo sat notus et ex familia divite proveniens; haec intentio promovendi eum ad Sedem Kioviensem usque ad annum 1664 perdurat, modo speciali temporibus administrationis Gabrielis Kolenda (1655-1665), sed nunquam effectum habuit et tandem dissidia interna in Ecclesia Unita pacificata sunt et Kolenda in Metropolitam Kioviensem electus et promotus (1665-1674).

ecclesijs Divina peragunt officia, et sacrificia, celebrare et peragere iubeat, secumque in hoc et cum dictis Presbyteris, postquam illorum Congregationem, (f. 40v) ut praemittitur, erexerit, et fundaverit, Authoritate Apostolica dispenset. Facient Eminentissimae et Rev.mae Dominationes Vestrae, quod pro salute illius populi magis Domino expedire videbitur. Ego zelum et desiderium dicti R.ndi Patris Soc. Jesu, sicut per Sacram Vestram Congregationem apud SS.mum D.N. promoveri humillime supplico, ita ardens desiderium meum, quatenus illud suum sortiatur effectum, tum me ipsum singulari gratiae et benevolentiae Eminentissimarum ac Rev.marum D.D. Vestrarum studiosissime commendo, quarum Sacram deosculor purpuram.

Datum Vilnae, die 27 Men. Maij, Anno Domini 1651.

Eminentissimarum ac Rev.marum DD.VV. Servus humilis

Georgius Tyszkiewicz, Episcopus Vlnensis.

Die 4 Julii 1651. Fuit dicti... scripturam hanc ad manus Eminentissimorum transmittemus. Proponat Em.mus D. Cardinalis Maidalchinus, etc.

61.

Varsavia, 3. VI. 1651.

Archiep. Adrianopolitan. (Nuntius Varsav.) de missione ad studia Romam quosdam alumnos ex eparchia Chelmensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* vol. 339, fol. 44.

Ill.mo e Rev.mo Signor mio Oss.mo, Monsignor Massari, Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.

Mi rappresenta il P. Giacomo Susza dell'Ordine di S. Basilio, Greco Unito, tener intentione per lettere da cotesta Sacra Congregazione, scrittagli sin dal tempo dell'Emin.mo Signor Card. S. Onofrio, di fel. mem., già Prefetto della medesima,⁵⁹ per essersi destinato il luogo in cotesto Collegio ad alcuni sogetti della Diocesi di Chelma, e mi richiede in fine per l'essecutione. In altra maniera non parmi di poter sodisfare al desiderio, et al zelo di questo buon Padre, quanto che di portarne l'istanza alla notitia di V.S. Ill.ma, alla quale, in oltre, et al suo patrocinio raccomando la persona, et interessi di questo buon Religioso, e sia sicura, che v'è meritevole, poichè in queste sconcertati commotioni egli è quasi il nocchiero

⁵⁹ Annis 1632-1646. De hac donatione cfr. Breve Urbani VIII de dat. 8.2.1641 in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 517, nr. 457.

de'gl'altri Uniti, et è quello, che ha procurato il ricapito a molti essuli dalle loro chiese, e da loro Monasterij. E qui a V.S. Ill.ma bacio affettuosamente le mani.

Varsavia 3 Giugno 1651.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma dev.mo Servitore vero

Giovanni, Arcivescovo d'Adrianopoli.⁶⁰

62.

Cracovia, 23. VI. 1651.

Episcopus Chelmensis [Pstrokonski] cardinali Virginio Orsini refert de emissariis Bohdani Chmielnicki populum instigantibus.

ARCHIVIUM CAPITOLINUM, *Fondo Orsini*, vol. 204, fol.665; *Elementa ad Fontium Editiones XIV*, 1a pars, n. 23, p. 29-30.

Eminentissimo et Reverendissimo Signore et Padrone mio Colendissimo.

Per non mancare a qualsivoglia occasione che mi si presenti di dimostrare a Sua Eminenza l'affetto della vera devotione che li professo, li do parte come lo Chmelinski,⁶¹ capo delli ribelli Cosacchi, ha mandato in questo Regno forse doi mila persone le quali hanno comandamento di spargersi in diverse parti (conforme li è stato assegnato) per fare sollevatione de popoli ad ogni loro potere; è ben vero che sin hora ne sono stati scoperti et presi et giustitiati molti ma non si puol però riguardar tanto (essendo li nostri paesi di libertà grande) che qualcuno sotto finto pretesto non ne vada fraudolentemente sconosciuto; come di presente ne avviene nella città di Czorstyn, città regia nel confino di Ungaria, nella cui fortezza o castello essendo entrato con bella astutia uno di questi, ha fatto una sollevatione di molta gente, tratti con bel pretesto a suo seguito, ma

⁶⁰ Joannes Torres, Nuntius Varsaviensis (1645-1652).

⁶¹ Bohdan Chmelnyckyj, dux cosacorum et initiator insurrectionis contra dominium Polonorum in Ucraina, qui mense maio 1648 contra exercitum polonum progressus est et victoriam obtinuit ad Žovti Vody, Korsun, Pylavci, et usque ad civitatem Zamosc, prope Varsavia, progressus est, electionem novi regis Joannis Casimiri Regno Poloniae imposuit; sed in Ucrainam regressus ad oppidum Zbaraż, a tartaris, suis confederatis, traditus, pacem inire debuit, sibi sat proficuam, unioni ecclesiasticae iniquam (s.d. Zboroviensem), de quibus concessionibus Innocentius PP. X Regem Senatunque monuit (cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, nr. 484-503, pag. 543-554). Inde ab ann. 1651 incipit occasus gloriarum et victoriarum Chmelnyckyj et cosacorum (pax s.d. Bialocerkvensis), qui anno 1654 Moscoviae sese subdiderunt et univerunt, ad subsidia obtinenda. Obiit dux Chmelnyckyj anno 1657, primis diebus Augusti, eique filius Georgius successit, a cosacis electus.

essendo detta città nella diocesi di Monsignore Eccellentissimo Vescovo egli ha mandata gente al numero di settecento per ovviare che non cresca maggiormente detta sollevatione et credo che a quest' hora havranno già fatto qualche cosa poichè ho avuta relatione da alcuni villani, quali habitano in ville alquanto ivi vicine, che hanno hieri sentito il rimbombo delle artiglierie (distando detta città solo sette miglia di qui da Cracovia) per la batteria data a detto castello, ma per esser di presente la posta di partenza non posso aspettare la nuova certa di quello, che se ne sia seguito per farne a Sua Eminenza ragguaglio; ma al altra ocacione ne saperà il tutto. Dal campo non habbiamo sin hora havute se non buone nuove, et di presente habbiamo che lo Chmelinski intimorito habbi comenzato a ritrarsi a dietro et che per dovunque ritrandosi passa, far guastar li passi acciò l'esercito regio non possa seguirarlo, ma speriamo che li verrà dall'altra parte incontro l'esercito di Lituania, che non li lascerà havere quello scampo che egli crede, però ne suplichiamo il Signore Iddio per il buon esito. Li aggiungo di più, che questo traditore che si sia impossessato di detta fortezza, sparge nome et dà ad intendere alli contadini di essere egli un colonnello del Re; et di haver ordine di ammazzare tutti li preti et gentilhuomini che potranno capitarli alle mani, atteso che non sia il Re contento della libertà et governo della nobiltà polaccha et li villani che adheriscono volentieri alla libertà loro sono facili a darli in ciò orecchio, ma spero nel Signore Iddio che proteggerà la sua santa fede et li suoi sacerdoti, conforme ne ha fatto fin hora gratia, riconoscendo noi il tutto dalla sua benignità quale si è compiaciuto salvarci sin hora dalla avidità di più potenti inimici et pregandolo per la conservatione della salute di Sua Eminenza la prego conservarmi nella Sua più gratia perfetta.

Di Cracovia, li 23 Giugno 1651.

Di Sua Eminenza affezionatissimo et obligatissimo, devotissimo servitore
il Vescovo di Chelma.⁶²

(*In dorso*): 23 di Giugno 1651. Monsignor Vescovo di Chelma.

63.

Posonii, 23. VII. 1651.

Archiepiscopus Strigoniensis refert Innocentio X de Unione Eparchiae deque constituendo Episcopo Mukačoviensi et de exercendo munia Episcopalia.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 218, f. 181rv, 182rv.

⁶² Stanislaus Pstrokonski, Episcopus Chelmensis latinus (1644-1657).

Beatissime Pater.

Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae.

In parte Regni Hungariae Poloniae finitima, in dioecesi Strigoniensi et Agriensi, magna Ruthenorum Schismaticorum habitat multitudo, quorum non pauci tam de populo, quam sacerdotibus hucusque obedientiae Catholicae Ecclesiae se submiserunt. Jam denuo quadringenti et ultra sacerdotes una cum Populo numerosissimo me requisiverunt, cupientes impense uniri Sanctae Matri Ecclesiae, quod aliter fieri non posse repraesentarunt, quam ut Sanctitas Vestra Episcopatum Catholicum Graeci Ritus inter hos constituat, ne a Schismatico, eoque haeretico, quem habent in Munkach, Episcopalia, ordinesque Sacros accipere cogantur, qui alios quoque ad se pertrahere et pervertere tali praesertim occasione niteretur.

Supplico humillime Sanctitati Vestrae dignetur annuere petitioni eorum; ipse populus congruam (f. 181v) sustentationem ad instar illorum, qui in partibus sunt infidelium, Episcopo suppeditabit.⁶³

Postulant etiam ut interim concedat mihi Sanctitas Vestra licentiam sacerdotes futuros ordinandi, et Episcopalia apud hos exercendi per me, ut delegatum, sic enim ab Ungaris veri sacerdotes debito honore aplice rentur, qui nunc Laicorum instar, ad omnes rusticanos labores compelluntur, quin vitia verberibus male, infameque mulctantur.

Efficiat haec Sanctitatis Vestrae gratia, ut ad minus centum millium animarum ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae obedientiamque Vestrae Sanctitatis fiat accepio.

Servet Deus Sanctitatem Vestram in annos plurimos orbi et Ecclesiae felicem et gloriosam.

Posonij, die 23 Julij, Anno 1651.

Sanctitatis Vestrae....

(f. 182) Possonia, 23 Luglio 1651.

Monsignor Arcivescovo di Strigonia.

Rappresenta, che sono venuti alla Fede Cattolica moltissimi Rusiani Scismatici nelle Dioecesi di Strigonia, e Agria, e che infiniti altri tra Sacerdoti, e secolari l'hanno pregato, a scrivere alla S.C. per un Vescovo Cattolico di Rito Greco, per ricevere da quello gl'Ordini Sacri; supplica però della gratia, obligandosi loro alle provisioni solite ai Vescovi in Partibus.

⁶³ Georgius Lippay de Zombor, primum Ep. Vesprimiensis (1633-1638), dein Agriensis (1638-1645), demum Strigoniensis (1645-1666), Obiit die 3 ianuarii 1666. Primas Hungariae.

Domanda intanto le facultà, di potere ordinare i sacerdoti, e di esercitare, e far essercitare le funzioni Episcopali.

Che perciò si riduranno all'ubbidienza della Chiesa 100 mila anime, etc. etc. ...

64.

Posonia, 5. IX. 1651.

Archiepiscopus Strigoniensis confirmat Episcopum Mukačoviensem Petrum Parthenium.

BIBL. UNIVERS. BUDAPESTINAE, *Manuscripta Henevesiana*, vol. 69, fol. 29.
HODINKA A., nr. 118, pag. 159.

Nos Georgius Lippai etc. universis et singulis praesentes nostras visuris et lecturis salutem in D.no et paternam benedictionem.

Cum dilectus in X.to Rev.mus Petrus Parthenius, O. divi Bas. R.Gr. professus ac orthodoxae catholicae Eccl.ae unitus in Ep.pum Munkacziensem sit praefectus atque consecratus, ejusdem in functionibus eccl.ticis dexteritati confidentes, durante beneplacito nostro eidem officium visitatoris inter Ruthenos et Gr.R. populos concredimus et committimus, damus et concedimus ipsi plenariam facultatem, quatenus tam in tota nostra dioecesi Strigoniensi, quam alibi in toto Regno Hung. (Ordinariis non contradicentibus) degentes sacerdotes Ruthenos ac R.Gr. populos visitare, corrigere ac pro rei ac temporis necessitate eorundem sacerdotes de loco in locum transferre pariterque in medio acatholicorum populo esistenti sacerdotes praeficere atque etiam tales populos ad condignam sustentationem similibus sacerdotibus praestandam opportunis modis et mediis cogere possit et valeat. Quocirca vobis universis et singulis praedictis sacerdotibus Ruthenis praefati Gr.R. nec non populo in virtute salutaris obedientiae et sub excommunicationis poena firmiter committimus et mandamus, quatenus praefatum et non alium Gr.R. Ep.pum honeste acceptare, salutaria ejus monita cum humilitate accipere in omnibus, quae ad ipsius officium spectant, debitam obedientiam et reverentiam ei exhibere sicque in executione sui officii non modo non obstare, sed etiam auxiliari ipsi debeatis et teneamini, donec in nostris aliud habueritis commissionibus et mandatis. Secus non facturi. Praesentibus perlectis etc.

Datum Posonii, in curia nostra archiep.pali, die 5 Sept., a. 1651.

65.

*Posonii, 10. IX. 1651.**De electione et consecratione Episcopi Mukačoviensis deque modo sanandi hanc consecrationem et confirmandum dictum Petrum Parthenium.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 218, f. 242rv, 242.

Beatissime Pater.

Post Oscula pedum Sanctitatis Vestrae.

Posteaquam Sanctitati Vestrae de conversione Ruthenorum Schismaticorum non pridem scripsissem, eorumque nomine Episcopum illis peculiarem concedi postulassem, accidit interea, sine meo plane scitu, minus voluntate et consensu, ut sacerdotes Rutheni iam conversi, et qui sunt in via conversionis, in Episcopum sibi elegerint Religiosum quendam Ordinis Sancti Basilij sacerdotem, Petrum Parthenium, vitae bonae et laudabilis conversationis, ac in ecclesiasticis munijs annis pluribus apud eos versatum. Nec solum elegerint, verum etiam quanta potuerunt celeritate Albam Juliam, in Transylvaniam, ad quendam Episcopum Schismaticum⁶⁴ miserint ibidemque Ritu Graeco ad Episcopatum Munkachiensem consecrari fecerint, prout ex paribus literarum consecratoris transmissis intelligere uberius Sanctitas Vestra dignabitur. Quod factum cum approbari prorsus nequeat, imo multis refertum sit erroribus, qui nisi autoritate Sanctitatis Vestrae emendari non possint. Supplico demisse Sanctitati Vestrae, dignetur ipsum a censuris quas incurrit absolvere, solutumque omnibus impedimentis verum et legitimum Episcopum Munkachiensem declarari. Secus enim, cum iste sit praecipuum instrumentum conversionis sacerdotum Ruthenorum, et erga hunc tanto affectu ferantur omnes, vereor ne tota moles conversionis huius ruat, et expectata tot millium animarum salus evanescat. Videtur etiam iste potior esse juri, (f. 242v) utpote quem plerique sacerdotes elegerint. Alterum vero, qui de facto in Monasterio oppidi Munkacs residet, ac pro Episcopo loci haberi vult, Schismaticum, nonnisi Principissa, Transylvaniae vidua, loci domina intruserit. Atque ex quadringentis et amplius qui Episcopatu subsunt sacerdotibus, vix triginta Schismatici intruso adhaeserint, omnes alij uniti et non uniti, huic Petro, Catholico, nomina sua dederunt, eique ultro se submiserunt.

Agnoscit Petrus errorem et ad pedes Sanctitatis Vestrae provolvitur, quem scio bona fide et simplicitate, ut Schismaticum alterum prae-

⁶⁴ Stephanus Simonovič, Archiep. Belgradensis, cui magna pars Hungariae non catholicae obediebat. Cfr. supra, nr. 59.

veniret consecrationi, atque etiam excluderet, sacerdotumque Ruthenorum animos sibi adiungeret, commissa perpetrasset.

Consecrator ipse, sciens Petrum esse unitum, laudavit, approbavit ipsius conversionem, nec solum consecravit libenter, sed neque ad obedientiam Patriarchae Constantinopolitani vel schisma suum scripto vel verbo adstrinxit, aut fidei ab eo professionem exigit.

Dederat Vicarius meus velut Catholico Petro Partenio facultatem visitandi Ruthenos sacerdotes unitos et non unitos, quam licentiam consecrator pro meo in electionem Episcopi consecrandi assensu interpretatus est, ac detorsit, ubi ex literis eiusdem apparet.

Faciet Sanctitas Vestra, si huic meae humillimae petitioni annuire dignata fuerit, rem Deo apprime gratam, consulet saluti centum milium et amplius animarum, gloriam Sedis Apostolicae ampliabit. Quam annis plurimis Ecclesiae Dei feliciter praeesse opto demisse, ac Deum precor.

Posonj, die 10 Septembris, 1651.

Sanctitatis Vestrae.

(f. 243) Sig. Card. Pamphilio.

Posonia, 10 7bre 1651.

Monsignor Arcivescovo di Strigonia.

Rappresenta l'improvvisa elezione fatta da Russiani Cattolici d'un certo Pietro Partenio, sacerdote dell'Ordine di S. Basilio, per loro Vescovo, coll'essere stato subito consacrato in Weysemburg, in Transilvania, da Vescovo Scismatico per la Chiesa Mukacense.

Ma come che riconosce il suo errore supplica humiliato S. Santità del perdono, e della dichiarazione per legitimo Vescovo Mukacense; essendo questo stigmatissimo appresso di tutti come di buoni costumi, et essercitato nelle funtioni episcopali.

18. Xbris 1651.

Censuit, si S.D.N. placuerit, esse dictum Parthenium in Episcopum confirmandum ad bonum illius nationis.

66.

Polotia, 2. VI. 1651.

Metropolita Antonius Sielawa petit ex Nuntio Varsaviensi concessionem Iubilaei an. 1650, cum conditionibus mitigatis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 59, fol. 179r. (orig.).

Ill.me ac R.me Domine Patrone, Domine mihi Colendissime.

Accepi Vilna proximis diebus tale nuntium, quod Ill.ma Dominatio Vestra Ill.mo D.no Episcopo Vlnensi Jubileum Roma a Sanctissimo Domino Nostro, nunc feliciter Ecclesiae Catholicae praesidenti, emanatum atque in Urbe iam peractum pro eius Dioecesi sicut et aliis Ill.mis Episcopis Latinis miserit, quod iam et currere in eorum Dioecesibus coepit. Cum autem et nos Uniti confidimus et in veritate reputamus nos Sedi Apostolicae vere esse obedientes et catholicos eisdemque gratis Ecclesiae ex vulneribus Christi et meritis eius profluentibus merito esse participes, ideo non iniuste de Ill.ma Dominatione Vestra queri possumus, quod mihi, Metropolitana Ritus Graeci et Suffraganeis meis Episcopis eandem gratiam impertiri dignata non sit. Quare humiliter rogo, si per oblivionem nostri quid factum in Cancellaria Ill.mae D.nis Vestrae sit, ut dignetur nobis quoque Jubileum hoc mittere et easdem facultates ad moderandas et mitigandas condiciones ad consequendum Jubileum necessarias, quae praesertim sunt apud nos difficiliores ad implendum et exequendum, eas sicut Episcopis latinis et nobis quoque easdem largiatur, confessorios quoque assignare et eligere idoneos concedat.

Duo autem praecipue sunt nobis difficilia, quae paenitus executioni nequaquam mandare possumus, propter nostram Religionem et populi paupertatem rei que novitatem. Primum: Discensus per tot et tam longas leucades nostras Lithuanicas Vilna pro consequendo Jubileo. Secundo: Defectus Altarium, quae plerumque in ecclesiis nostris praeter tria maiora non inveniuntur, nisi tantum Vilnae in ecclesia Monasterii nostri Ss.mae Trinitatis et Zyroviciis; de caetero, praeter tria altaria plura nullibi est reperire. Quare Ill.mam Dominationem Vestram nomine omnium nostrum et Ritus nostri precor, ut boni consulat, ne ob has difficultates, elargitas a Ss.mo Domino Nostro Universae Ecclesiae et Christianitati gratias, nos etiam quantumvis numini non privemur, quod latius lator praesentium Ill.mae D.ni Vestrae exponet. Ego autem me solitae gratiae et benevolentiae eius quam diligentissime exosculando Sacras manus commendo.

Datum Polotiae, Junii 2, Anno Domini 1651.

Ill.mae et R.mae Celsitudinis Vestrae humillimus cliens et servitor,
Antonius Sielawa, Metropolitanus (m. pr.)

Fol. 188v: Ill.mo ac Rev.mo D.no D.no Joanni de Torres, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Adrianopolitano ac ad Regnum Poloniae et M.D. Lithuaniae Nuntio Apostolico, D.no D.no mihi Colendissimo. (Sigillum).

67.

*Varsavia, ... 1651.**Provisio SS. Sergii et Bacchi Collegii post obitum P. Philippi, Rectoris.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 339, fol. 43.

Copia litterarum, quas scripsit Ill.mus D.nus Metropolita Russiae
ad Patrem Gregorium Bienchouschi. ⁶⁵
R.de in Christo Pater Bienchouschi.

Summopere dolendus, non solum mihi, sed toti Congregationi nostrae, hic de morte defuncti Patris Philippi rumor, sed quia sic dispositioni Divinae placuit, illum patienter ferre debemus. Quod attinet Reverentiam Vestram, quae in locum eius est suffecta, id optime factum est. R.ntia Vestra sic illud Monasteriolum velit dirigere, donec alia ordinatio, facta cum caeteris Religiosis conferentia, subsequatur, et caetera etc.

Datum Varsaviae

R. Vestrae ex corde favens,

Fr. Antonius Sielava, Metropolita (mp).

Nos, infrascripti, fatemur et attestamus, hanc versionem, ex idiomate Polonico in Latinum, esse verissimam, et ipsimet oculis nostris vidimus literas Ill.mi Domini Metropolitae Russiae, scriptas ad R.P. Bienkowski, in quibus illi dat potestatem disponendi Ecclesiam, et locum SS. Sergii et Bachi de Urbe. Imo etiam, vidimus literas multorum PP. suae Religionis, qui illum agnoscunt suum actorem, et procuratorem negotiorum in Romana Curia. In quorum fidem haec subscriptione manuum nostrarum contestatur.

Daniel Frersewicz, Nobilis Lituani (mp).

Albertus Wysocki, Parochus Baranovien., S.R. Maiestatis Cancellariae Secretarius, pro veritate, me subscribo.

Lucas Makovski, Eques Polonus, pro veritate subscripsi (mpp).

68.

*Posonii, 19. VII. 1652.**Archiepiscopus Strigoniensis petit a S. Congr. de Prop. Fide confirmationem in Episcopum Mukačoviensem Petrum Parthenium.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 218, f. 274rv.

⁶⁵ Cfr. in nota 53. Ab anno 1651 Procurator in Urbe.

Emin.mi, et Rev.mi Domini.

Supplicavi demisse ante semestre Sanctitati Suae, dignaretur Patrem Parthenium, Ruthenum Catholicum, Sacerdotem ex Ordine Sancti Basilij, ante annos aliquot conversum, omnium testimonio vitae integerrimae Religiosum, in Hungaria pluribus annis inter Graeci Ritus Schismaticos magna cum laude et multarum animarum conversione versatum, tandem in Episcopum eorundem in Hungaria degentium Ruthenorum electum, approbare, confirmare, et pro Episcopo catholico habere.

Ab huius enim Parthenij confirmatione fere dependet non solum Sacerdotum Ruthenorum, quorum numerus prope quadringentos attingit, sed etiam universae Plebis subiectae ad centum Millium animarum conversio; hi siquidem Rutheni Sacerdotes hactenus Episcopum Ritus Graeci Schismaticum, imo et Haereticum in Munkach habuerunt, quem ipsimet elegerunt, et consecrari fecerunt. Mortuo ultimo, Catholicum sibi elegerunt Episcopum hunc Partenium ijdem Sacerdotes Graeci Ritus circiter 370, quorum maior pars Unioni S. Romanae Ecclesiae subscripsit, pars alia promisit Conversionem si hunc habuerint Episcopum; aliqui etiam ex Schismaticis Presbiteris electioni consenserunt, quos brevi, eo ipso quod huic subesse velint Episcopo, spes est ad fidem Catholicam accessuros.

Hi porro Sacerdotes et electus Episcopus partim ignorantia quadam, et errore, partim ut praevenirent alium, quem Principissa Transilvaniae, cum residuis Schismaticis Sacerdotibus, propediem electura erat in Episcopum Ruthenorum Schismaticum, et Haereticum, properarunt cum eius consecratione; Missus itaque Parthenius in Transilvaniem, ibi ab Episcopo Albensi, Schismatico Graeci Ritus, adstantibus ibi duobus Episcopis Schismaticis fuit in Episcopum consecratus.

Non occultavit Parthenius, imo fassus est suo Consecratori se esse unitum S. Rom. Ecclesiae (f. 274v) Catholicum Sacerdotem, et velle sic permanere. Collaudavit Consecrator, et dixit suspirans, utinam et mihi liceret eandem Unionem profiteri; proinde neque coegit Parthenium ad faciendam Schismaticam fidei Professionem.

Quia vero erratum procul dubio fuit in eo, quod sine approbatione, et confirmatione Sedis Apostolicae Parthenius ab Episcopo Schismatico, Unionem Ecclesiae Catholicae non habente, consecratus fuerit, petitur a Sua Sanctitate dispensatio a Censuris, quas incurrit, absolutio, et in Episcopatu Sac. Sedis Apostolicae Romanae auctoritate confirmatio.

Rogo demisse Sac. Congregationem, ad quam ex voluntate Sanctitatis Suae transmissum esse negotium intelligo, dignetur quanto citius rem optato fine terminare, et petitam gratiam a Sanctitate Sua obtinere, alioquin periculum est ne non solum Haereticus Episcopus a Principissa.

et paucis Schismaticis electus praevalere et eos, qui Parthenio adhaeserunt, ad se suamque Haeresim trahat, sed etiam ne tota moles, et catena conversionis tot centenorum Sacerdotum, et tot millium animarum Plebis corruat, et dissolvatur. In reliquo facio demissam reverentiam Eminentijs Vestris, easque in annos plurimos faeliciter valere cupio.

Possonij, 19 Iulij, Anno 1652.

Eminentiarum Vestrarum promptissimus Servus
Georgius Lippay, Archiepiscopus Strigoniensis (mpr).

69.

Vindobona, 28. IX. 1652.

Nuntius Viennensis Camillus Melzi confirmat se accepisse instructionem pro confirmatione Petri Parthenii, sed se non posse exsequi eam.

ASV, Arch. Nunz. di Vienna, vol. 16, fol. 154v.

Al Signor Cardinale Barberino in Congregatione del Santo Officio.

Io posso solo accusare a Vostra Eminenza la ricevuta della sua lettera delli 24 agosto nel particolare della confermatione del P. Partenio Rutheno, Vescovo di Munkach, ma non posso già eseguire quel tanto, che in essa lettera si contiene, per il mio imminente ritorno in Italia. Consegnèrò il dispaccio a Mons. Arcivescovo di Pisa, mio successore, e lascerò che egli con la sua molta habilità eseguisca gl'ordini di cotesta Sacra Congregatione, et a Vostra Eminenza faccio humilissima riverenza.

Vienna, 28 Settembre, 1652.

70.

1652.

Hierarchia unita petit, ut commendentur novo Nuntio Apost. Varsaviam mittendo res Unionis et Unitorum.

ASV, Nunz. di Polonia, vol. 60, fol. 450.

Em.mi et R.mi D.ni Colendissimi.

Episcopi Rutheni Uniti, cum toto Clero Rutheno, post acceptam notitiam, quod SS.mus Dominus Noster mittere dignatur Nuntium Apostolicum in Poloniam, humillime supplicant Em.mis et R.mis Dominatibus Vestris, ut pro suo singulari zelo, quo feruntur per Universum Orbem in promovenda Fide Sancta Catholica, dignetur recomendare eidem Nuntio, antequam ex Urbe discendat, deflendum et miserabilem statum Ruthenorum Unitorum, ut postquam venerit in Poloniam, illos

iuvet sua autoritate tam apud Regem Poloniae, quam etiam Episcopos latinos aliosque Senatores Regni. Quam Deus etc.

Fol. 463: Al Mons. Vescovo di Lodi, Nuntio Ap. in Polonia. Pro Episcopis Ruthenis cum Sancta Ecclesia Unitorum.

71.

1652.

Instat Metropolita Kioviensis, ut commendetur Regi aliisque Proceribus Poloniae Unio eiusque negotia et mittantur Brevia.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 60, fol. 452-453.

Beatissimo Padre

Mons. Metropolita di Russia espone humilmente alla Santità Vostra che doppo la restituzione di molti Vescovadi, fatta alli Schismatici in esecuzione dell'accordo fatto con essi, l'Unione de Ruteni corre pericolo d'andare affato in rovina, se non è ivi in qualche modo aiutata, il che sebene si procura da esso Oratore et da altri Vescovi Uniti con tutte le loro forze, con tutto ciò bisogna, che venga aiutata e promossa dal Re e da Senatori principali e particolarmente da Vescovi latini nelle cui diocesi stanno ivi Ruteni, al qual effetto supplica l'Oratore Vostra Beatitudine a degnarsi dar'ordine acciò si scrivano alcuni Brevi per l'aiuto di detta Unione consequentemente alle note qui congiunte. Quam Deus etc.

* * *

Nota personarum ad quos desiderantur Brevia Apostolica:

1. Ad R.mum Petrum Gembicki, Episcopum Cracoviensem.
2. Ad R.mum Stanislaum Pstrokonski, Episcopum Chelmensem.
3. Ad R.mum Leszczynski, Supremum Cancellarium Regni, Episcopum Culmensem.
4. Ad R.dum Nicolaum Slugocki, officialem Lublinensem, qui zelosissime promovet Unionem Sanctam.
5. Ad Ill.mum D.num Capitaneum Chelmensem.
6. Ad Nobilitatem Chelmensem.
7. Ad Nobilitatem Palatinatus Lublinen.
8. Ad Cives Chelmenses unitos, ut constantes sint in fide Catholica; possunt etiam laudari hinc, quod optime se hucusque gesserint, supportando fortiter omnes insultationes Schismaticorum.

9. Ad Ven. D.num Jacobum Susza, Administratorem Episcopatus Chelmensis et Belzensis, ut in incepto zelo unionis sanctae promovendo non desistat.

Brevia autem ad supradictos continere debent commendationem Unitorum Ruthenorum, ut Ill.mi Episcopi in suis Dioecesibus illos promoveantur et tueantur et idem scribendum Ill.mae Nobilitati.

72.

(16. XI. 1654).

Supplicatio Archiepiscopi Strigoniensis, ut possit confirmare Episcopum Mukačoviensem, Petrum Parthenium, a Schismaticis consecratum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 339, f. 96rv, 99v.

Emin.mi et Rev.mi Signori.

L'Arcivescovo di Strigonia ha più volte rappresentato a S.B. et alle EE.VV., qualmente al favor di Iddio, s'erano ridutti all'obediencia della Chiesa Catholica circa cento mila Scismatici Ruteni, abitanti i monti Carpatij tra la Pollonia, et l'Ungharia; per la conservatione de quali dimandò egli a S.B. la prima volta un Vescovo Catholico di rito Greco obligandosi i convertiti, a dar alli Vescovi la congrua. E perché, mentre s'aspettava benigna risposta dà Roma, di cinquanta sacerdoti, che in tutto erano circa cento sacerdoti scismatici, al favor della Principissa vedova di Transilvania procuravano di far consacrare un sacerdote Scismatico per Vescovo di sudetti Ruteni,⁶⁶ et farli pigliar possesso di quel Vescovado, prima che colà giungesse da Roma l'approvazione per il Catholico, però unitisi gli altri quattrocento sacerdoti catholici, per impedir lo scismatico, acclamarono per loro Vescovo un tal Padre Pietro Partenio dell'Ordine di S. Basilio, conosciuto frà loro, Religioso d'ottimi costumi, et dottrina, et versatissimo nè riti Greci, già dà molti anni prima Catholico, et a caggion di prevenir lo Scismatico, imprudentemente affretandosi mandarono il detto Partenio da un Arcivescovo Scismatico; il quale con l'assistenza d'altri due Vescovi pur Scismatici lo consacrò, et lo lodò, benchè Partenio si professasse Catholico. Ciò saputo l'Arcivescovo di Strigonia, Oratore,⁶⁷ riprese aspramente Partenio; ma vedendolo pentito dell'errore, et desiderosissimo di riconciliarsi, et mantenere sè et tutti

⁶⁶ Joannicius Zejkan, Nominatus Ep. Mukačoviensis non unitus (1651-1687), viduus et nobilis. Cfr. de eo quae habet Dulyškovyč in sua *Historia*, vol. II, pag. 122-3, et A. PETRUŠEVYČ, *Doponenije k svodnoj letopysi: 1600-1700*, Leopoli 1893, pag. 393-4; A. PEKAR, *Narysy z Istoriji Zakarpattja*, pag. 31.

⁶⁷ Georgius Lippay, Primas Hungariae; cfr. notam 63.

quei Popoli nella sincerità della fede catholica, supplicò la seconda volta S.B. et questa Sacra Congregazione si compiacesse delegare a lui la facoltà di assolvere detto Partenio dalle Censure, et di confermarlo Vescovo di què Ruteni. Finalmente, perchè già dà tre anni sono fu questo negotio (f. 96v) cioè commesso a Monsignor Nuntio, et a questi non fu, ne è possibile, lasciar la Corte Cesarea, et andare a far questa funtione, nè mandare alcun de suoi per la soverchia lontananza de luoghi, spesa de viaggi, et principalmente per lo mancamento della lingua, et pratica de costumi di quella gente; però per questa strada il negotio non sortirebbe mai il suo fine; et intanto và ogni dì più patendo la salute di quell'anime, et mancando la religione, mentre che a questa hora, per non essere stato confermato il loro Vescovo, da cento de sacerdoti Catholici sono già tornati allo scisma, et di più si son fatti Calvinisti; et a poco a poco li van seguitando gli altri, et tutti se il Vescovo non sarà confermato. E perchè sarebbe scandalo in questi Paesi, che la chiesta facoltà si delegasse ad altra persona privata o ad altro Vescovo di quelli parti, et non all'Arcivescovo Oratore ch'è Primate dell'Ongaria, e Legato novo della Sede Apostolica, però egli a nome del sudetto Partenio, e di tutti popoli supplica si deleghi nella persona d'esso Oratore, che per la salute di quell'anime et accrescimento della Fede Cattolica farà volentieri questa, et qualsivoglia altra fatica e spesa, et il tutto etc. etc. ...

(f. 96v) L'Arcivescovo di Strigonia.

Supplica di nuovo la S. Congregazione perchè si gli sia conferita la facoltà d'assolvere, e confermar Vescovo de Ruteni nè Monti Carpatij, Partenio, consagrato da un Arcivescovo Scismatico con l'assistenza di due altri Vescovi Scismatici, già che Monsignor Nuntio Apostolico di Germania a cui tre anni sono nè fu data l'incumbenza è impossibile vi si possa portare, o mandare alcun de suoi per la gran lontananza, e mancanza di quella lingua. Il tutto supplica per salute di quell'anime, venute alla vera fede ch'altrimente si perderanno, etc. etc. ...

16 Novembre 1654. Ad Sanctum Officium.

73.

Trencsin, 22. VII. 1655.

Episcopus Mukačoviensis Partenius confirmatur ab Archiepiscopo Strigoniensi auctoritate Sedis Apostolicae.

BIBL. UNIVERS. BUDAPESTINAE, *Manuscr. Hevenesia*, vol. 69, fol. 33-34.

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr.134, pag. 179.

Nos Georgius Lippai etc. notum facimus per praesentes, quibus expedit universis.

Quod cum ante aliquot annorum decursum plures ex Ruthenis sacerdotibus schismaticis, habitantibus in hoc Regno Hung., signanter autem cot.tibus Scepusiensi, Sarosiensi, Zempliniensi, de Ung. et Zabolcs, S.R.E. Cath. unionem amplecti fuissent seque pro eadem unione prope 400 (ex) praedictis sacerdotibus subscripsissent, inter quos enituit frater Petrus Parthenius, sacerdos relig. Ord. S. Bas., morum et vitae integritate conspicuus et p... itive urum (!) ecclesiasticorum juxta ipsorum ritum et linguam sufficienter imbutus, proinde sublato ex hac vita Basilio Tarasovics, schismatico Ep.po Munkacsiensi, plerique ex unitis sacerdotibus Ruthenis praedictum Petrum Parthenium in Ep.pum Munkacsiensem cathol. elegerunt, qui Petrus Parthenius, studio praeveniendi alterum a schismaticis Ep.pis mox eligendum Ep.pum, errore quodam et imperitia lapsus, a 3 in Tran.nia schismaticis Ep.pis, nempe Stephano Simonovics, Gregorio Moldauczki, Zava Bistrinski sese ordinari et in Ep.pum consecrari fecisset, quem errorem suum agnoscens factique poenitentia ductus, ad nos se contulit remque nobis totam et tam electionis, quam consecrationis seriem fideliter et sincere detexit ac a nobis remedium salutare postulavit. Quibus intellectis, nos pro pastoralis cura, qua saluti animarum seductarumque ovium in universo hoc Regno Ung. regnisque et partibus eidem annexis conversioni intendere obligati sumus atque etiam cum Dei adjutorio, quantum possumus, in Deo intendimus, considerantes ex unione et conversione tot sacerdotum, praesertim si catholicum habeant deinceps Ep.pum maximam in honorem X.ti ejusque animarum messem inferendam esse ac multa millia eroneae rudisque plebeculae ad viam salutis reducenda, subvenire praedicto Parthenio modis quibusvis conati sumus ac proinde Sanctitati Suae Innocentio, pro tempore Romano Pontifici, negotium universum et casum... repraesentavimus ac pro supradicto Parthenio intercessimus, vellet Sanctitas Sua intuitu salutis tot animarum cordi rem sumere praedictumque Parthenium auctoritate ap.tolica Ep.pum Munkacsiensem pronuntiare electionemque factam in persona ipsius confirmare, ita a censuris, quibus innodatus extitisset ex eo, quod per schismaticos Ep.pos consecrationis modos postulasset atque etiam suscepisset, absolvi curare dignaretur. Interim nihilominus, decedente ex hac vita felicis remin. Innocentio, Papa, successit eidem in Sede Ap.tolica Alexander Papa VII, cui Deus vitam et felicitatem largiatur, qui pro singulari erga salutem animarum zelo suo, reassumpta praedicta supplicatione nostra, eam admisit petitionique nostrae annuit; quare transmisit nobis Sanctitas Sua Breve⁶⁸ suum sin-

⁶⁸ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 559, nr. 505, sub dat. 8. VI.1655.

gulare, in quo commisit nobis omnemque licentiam, potestatem et auctoritatem dedit et contulit, quatenus eidem Parthenio illa omnia, quae necessaria in Domino judicarem ac censeremus, ut idem Parthenius pontificalia ac alia ordinis et jurisdictionis ep.palis muneris in Ruthenos Ritus Gr., tam in Munkacsiensi districtu quam aliis Regni Hung. locis per nos designandis degentes, exercere valeat, impertiri possemus, prout et a censuris omnibus ob irregularitatem, quas forte contraxit, absolveremus. Quare praedicta auctoritate et concessis publice innixi, praehabito examine discussivo in toto hoc negotio, imprimis quidem comperimus suprafatum Parthenium a pluribus Ruthenis sacerdotibus unitis in Ep.pum Munkacsiensem electum fuisse, a praescriptis 3 schismaticis Ep.pis consecratum in Tran.nia fuisse. Verum quidem, quod idem ipse Parthenius dubia et scrupulos conscientiae se habere detexisset, an Ep.pi, a quibus esset ordinatus in Ep.pum, valide consecrati extitissent Ep.pi, propter confusionem et ignorantiam, quae hodie inter Ruthenos schismaticos viget, itaque vigore antelatae facultatis nobis ab Ap. Sede concessae, ipsi Parthenio ad cautelam essentialia consecrationis ep.palis, in quantum videlicet ab Ep.pis schismaticis valide non fuisset ordinatus, peregrimus et in D.no contulimus, absolventes illum prius eadem auctoritate ab omnibus censuris et irregularitatibus, quas contraxit; et antelatum Parthenium verum et legitimum Ep.pum Munkacsiensem catholicum a Sede Ap. confirmatum declaravimus et pronuntiavimus, prout declaramus et pronuntiamus per praesentes; quantam, eadem auctoritate apostolica memorato Parthenio jurisdictionem omnem et potestatem ep.palem in Ruthenos tam discriptus Munkacsiensis, quam praefatorum cot.tuum et omnium aliorum, qui alias Ep.po Munkacsiensi subesse consueverant, in D.no contulimus et impertiti sumus, mandantes omnibus et singulis Romanae Eccl.ae unitis sacerdotibus et archidiaconis aliisque eccl.ticis Ruthenis tam religiosis quam aliis, populo illo universo Rutheno, ut praedictum Petrum Parthenium pro vero et legitimo Ep.po suo recognosci et habere debeant eique in omnibus, ad officium suum et munus ep.pale pertinentibus parere teneatur et obtemperare.

In quorum omnium fidem et testimonium eidem Petro Parthenio litteras praesentes, subscriptione nostra et sigillo munitas, dandas duximus et concedendas, prout damus et concedimus.

Ex thermis Trencseniensibus, die 22 Julii, a. D. 1655.

74.

*Sancta Cruce, 12. XII. 1655.**Epistola Georgii Lippay, Archiepiscopi Strigoniensis ad Papam Alexandrum VII, postquam absolverat et confirmaverat Petrum Parthenium.*ASV, *Vescovi*, vol. 39, fol. 349r-350v et 355r.LACKO M., *Unio Uzhorodensis Ruthenorum Carpathicorum*, Romae 1955, Appendix, pag. 228, nr.46.

Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae...

Summas ago Sanctitati Vestrae gratias, quod tandem Petro Parthenio, Episcopo Munkachiensi, per me confirmationem aliaque necessaria impertiri paterne curaverit. Feci omnia optime quam potui, absolvi a censuris, confirmatum a Sanctitate Vestra episcopum pronunciaui. Demum, quia scrupulos habebat, an satis recte tres illi Episcopi Ritus Graeci illum ordinaverint, permisit enim illos Dominus, eo quod a Sancta Matre Ecclesia eiusque Summo Pastore defecissent caecitate, ut iam ne officio quidem suo fungi satis noverint, contuli igitur ipsi magnopere desideranti, ad cautelam, requisita necessaria ordinis sui, ac sic omnibus requisitis instructum dimisi, ac iussi, ut primo quoque tempore Synodum convocaret suorum sacerdotum, et nihil eorum quae ad promovendam ibi catholicam religionem spectant, non intermittat. Destinavi illis annuos proventus pro scholae magistro Rutheno, qui prima rudimenta literarum ignaris istis populis ac iuventuti tradat, ut postea ad alumnatus meos transferri pro altioribus studiis possint.

Existimavi etiam plurimum ad rem catholicam momenti allaturum, si Domini terrestres libertatem concederent sacerdotibus Ruthenis unitis, quorum numerus ad quadringentos se extendit, eos pro sacerdotibus haberi et honorari iuberent neque temere, uti hactenus factum est, ab officialibus saecularibus carcere et verberibus afficerentur, sed potius Episcopi sui iudicatu subessent, ab eo pro delictorum mensura castigaturi. Quae omnia occasione Comitiorum praeteritorum a Dominis catholicis rite obtinui. Applicabo nunc animum ad recuperandum monasterium Munkachiense Ordinis Sancti Basilii, ordinariam alias a ducentis prope annis Episcopi Rutheni residentiam, cum proventibus non contemnendis. Quam Principissa, vidua, mater Principis Transylvaniae⁶⁹ per vim occupavit ab Episcopo schismatico, qui nullatenus pro episcopo haberi debet, cum a nullo Episcoporum, ne schismaticorum quidem, taliter qua-

⁶⁹ Susanna Lorantfi, vidua principis Georgii I Rakocsy; A. PEKAR, op. cit., pag. 31.

liter in Episcopum inauguratus. Prohibui autem singulariter, ordinatos ab hoc schismatico non episcopo pro sacerdotibus haberi et admitti, etiam non unitos. Quae res non exiguum, uti opinor, catholicae religioni afferet incrementum. Spero enim hac Sanctitatis Vestrae gratia et indulgentia, facile ad ducenta millia animarum ad catholicam religionem accessura. Quae per Dei gratiam in hoc Regno, freudentibus ac frementibus licet haereticis, ipsoque humani generis hoste, nihil non adversi moliente, crescit ac dilatatur.

Recenter duae Comitissae, insciis maritis haereticis, magno animo catholicam religionem susceperunt, quarum una ante duos menses, altera imminentibus festis Nataliciis professionem fidei depositura est. Petit utraque Sanctitatis Vestrae benedictionem, cum praesertim sciant, graves ipsis a maritis, ubi rescitae fuerint, tribulationes imminere. Laboro in eo, ut huius ultimae proles masculas duas, catholice educare possim. Et haec quidem, laus Deo, sat prospere in Regno Ungariae aguntur.

Sed ecce quae in propinquo Regno Poloniae, heu quanta catholicae religionis strages. Non dubito ab exulibus Episcopis huius patriae calamitates et perturbationes Ecclesiarum suarum sufficienter Sanctitati Vestrae repraesentari. Tamen cum ego sim proximus viduis his et afflictis Ecclesiis, non possum non mentionem facere Sanctitati Vestrae, nam praeter occupatas ecclesias, ac praedicantibus haereticis traditas, proventus ac bona ecclesiarum saecularibus distributa, templa donariis sacris et thesauris spoliata, ablatos ac profanatos calices, monstrantias, cruces, statuas, Sanctorum reliquias omni auro argentoque nudatas.⁷⁰

Pleni sunt carceres abbatibus, canonicis, religiosis, aliisque sacerdotibus, qui variis generibus torturarum subjiciuntur, specie absconditorum thesaurorum promendorum, re autem vera in odium catholicae religionis. Exemplo fuerunt duo sacerdotes, qui cum adversus haereticos nescio quid locuti fuerint, alter eorum mox gladio transverberatur, alteri lingua excissa, plurimis in tormentis vitam finiunt. Haec a Suecis in vicinia nostra perpetrantur. Quid non a Moscovitis in reliqua parte Poloniae! Rex Casimirus toto Regno exutus, omniumque auxilio destitutus, una cum reliquis afflictis Polonis, cogitur Tartarorum ac Turcarum vim implorare, qui de facto Regnum ingressi, non levia quidem damna Cosacis et Moscovitis intulere. Sed quid ab illorum subsidio sperari boni

⁷⁰ Agitur de temporibus belli cosacico-moscovitico-polonici (1648-1658), quo durante Ecclesia Unita multum passa est tum ab exercitibus tum a variis tractatibus pacis. Cfr. de his rebus manulia historiae ecclesiasticae et civilis nec non plurima documenta in variis voluminibus nostrae Collectionis Documentorum Romanorum, secundum Indices nominum et rerum.

et expectari possit? Nemo certe auxilia Turcarum sine suo damno imploravit. Sibi non aliis isti perpetuo serunt ac metiunt. Denique periculum est maximum, ne a desperatis Polonis, brevi Regnum hoc amplissimum, minimum ad instar Transylvanorum, ditioni Turcarum accedat fiatque tributarium. Quod Deus clementer avertere dignetur, cura etiam ac paterna vigilantia Sanctitatis Vestrae, cuius pedes sacros demisse veneratus, eandem in annos plurimos vivere ac feliciter Dei Ecclesiam gubernare toto corde desidero.

In Sancta Cruce, die 12 Decembris 1655.

Sanctitatis Vestrae humillimus capellanus

Georgius, Archiepiscopus Strigoniensis

75.

Rovna, 28. II. 1657.

Ep. Mukačoviensis Parthenius ordinat sacerdotem Alexium Popovich.

ARCHIVUM STATUS VINDOBONENSE, littera originalis.

HODINKA A., *Okmánytára...*, nr. 137, pag. 183.

Parthenius Petrovics, Dei gr. Ep. pus Munkacsiensis, Krasznobrodensis, Scepusiensis et omnium ditionum Suae S.C.R. Mat. tis orthodoxae s. cath. et ap. tolicae Orientalis Eccl. ae.

Gratia et autoritate nobis a S. et Vivificante Spiritu attributa, promovimus hunc honestum et pium cantorem Alexium Popovichium Rovnensem in ordines 4 minores, in subdiaconatum et diaconatum et ordinavimus illum in presbyteratum pro ecclesia S. Demetrii in pago Rovna situata, ad testimonium patris ipsius spiritualis, quod dignus sit sacerdotio. Ipsi proinde gratia S. et Vivificantis Spiritus et impositione manuum nostrarum ep. palium damus omnem facultatem liturgisandi et omnia sacerdotalia munia excercendi juxta ritum s. Orientalis Eccl. ae, confitentes et vere poenitentes de suis peccatis suscipiendi, ligandi et solvendi hominum delicta secundum doctrinam evangelicam et apostolorum et ss. pp. doctorum cath. et ap. tolicae eccl. ae ss. que canonum. De his praesentes damus ei testimoniales cum sigillo et subscriptione manus nostrae propriae.

Scriptum in pago Rovna, a. D. 1657, m. Febr. die 28.

Ep. pus Parthenius Petrovics supradictus (mp).

76.

*Czarnokozinec, 14. IX. 1657.**Coadiutor Camenecensis refert de rebus gestis cosacorum in Ucraina et Tartaria.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 67, fol. 204rv.

Copia litterarum Ill.mi D.ni Ep.pi Coadiutoris Camenecensis, datarum Czarnokozineciis die 14. 7-bris 1657, ad Nuntium Ap.

Nullam, quae se offert occasionem apprecandi salutem Ill.mae Celsitudini Vestrae mediante epistola, cum non liceat oretenus, dignaque scitu annuntiandi soleo negligere. Quae cum sese praeter spem modo obtulerit, plurimam et aeviternam apprecor incolumitatem, omniaque fausta.

Constans hic fama est, et fortasse certa, Cosaci Zaporovienses in Tartariam irrumperint, et aliquas civitates exciderint, ipsumque Sultanum Muradinum interemerint. Non tamen impune id patrarunt, nam Princeps Tartarorum, cognita suorum clade, submisit exercitus partem, qui exultantes de victoria, et incautos interciperent et opprimerent. Respondit votis fortuna: internecone sunt penitus deleti, neque hac contentus in Ukrainam irrupit, et civitates iam aliquot cepit, et exussit. Bassa etiam Sylistriensis ad Bilagrod cum Turcico exercitu iam constitit, Ukrainam brevi impugnaturus.

Chmielnicius moriturus suum filium Georgium protectioni, et tutelae Principis Moschorum commendavit, ea conditione, ne regimem exercitus Zaporoviensis ipsi eripiatur. Sed dissentiunt alii tribuni, et rebelles dissidia moliuntur: iamque dicuntur duo, aut tres Primiores ideo poenam capitis subiisse. Noster etiam miles, qui in Presidio Camenecensi residet, non otatur. Nam auspiciis, et consiliis reductus, meo suasu, e Moldavia D. Sulovij centurionis, cuius in prioribus mentionem feceram, his diebus turmam Cosacorum Zaporoviensium 150 strenuos et robustos complectentem, quae Czehryno, et e remotiori Ucraina explorandi gratia statum Reipublicae, et exercitus nostri, ac intercipiendi fidelem eius relatorem (204v) venerat, delevit, captis 40, inter quos sunt aliqui praecipuae notae; caesis aliis. Si noster exercitus valida vi, quamprimum etiam Ukraine immisceret, trepidatio, quae iam magna est, cresceret, et ad supplicandum Serenissimo rebelles cogeret. Haec apud nos circumfert fama.

Ego bona quidem fruor valitudine...

77.

Culemczyce, 28. IX. 1657.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis de statu eparchiae et Ecclesiae nec non de missione Romam alumnorum, de oppensione Unitorum ex parte Cleri latini, praesertim quoad scholas et decimas.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.* (Causae), vol. 319, fol. 133-134.

Ill.me et Rev.me Domine, D.ne et Patrone Colendissime.⁷¹

In perpetuis praesentis Reipub. tenebris, coniuratorum undique hostium incursionibus, nostrorumque fuga ac latitatione, defectuque Cursorum vel breve aliquod nostri erga S.R.E. constantissimi obsequii, nequimus dare testimonium. Et quia recens illuxit nobis desideratissimae pacis dubium saltem lumen, tum de me, tum vero etiam de R.mis Confratribus meis (si ipsi ob easdem rationes, ignari praesertim modernae per studiosos nostros occasionis nihil de se) V. Ill.mae Domini significo.⁷² Vivere quidem nostrum aliquos, sed alios non bonis dumtaxat, ac suppellectili propria exutos, verum etiam sedibus suis ab hoste pulsos; alios autem in suis sedibus misere discerptos ac desolatos. Quin imo, nuper R.mum Smolenscensem exulem, administratione Pinscensis Episcopatus nostri a Serenissimo donatum, a quodam Schismatico, potentiae Cosacorum innixo, suo episcopatu extrusum esse. Ita sane undique pressi sumus, ut vix nomem Episcoporum sustineamus, Sanctae tamen Matri Ecclesiarum Romae animitus adhaeremus, nescii quo fine Dominus Universi res nostras sit coronaturus. Schismatici enim tres Episcopi superstites cum suis adhaerentibus, res suas ad voluntatem fluentes intuendo, tum etiam occasionem nacti ex obitu, ante biennium Ill.mi Metropolitanæ nostri, et sui pauco abhinc tempore, in id toto incumbunt pectore, ut unum Schismaticum obtineant Metropolitanum, rati hoc compendio, se sanctam de integro pessumdaturos unionem. Unde SS.mi D.N. et Eminentissimorum Principum erit id in nos maximi documentum favoris, si apud Serenissimum et Remp. Polonam, ab oneribus suis aethnae gravioribus paulum respirantem, nos voluerint protectione sua fulcire; quod omnes enixe exoramus. Potissimum vero, ut, si Serenissimus Unito alicui, qui sibi videbitur in Domino, hunc conferre honorem ob motus nequiverit, saltem ad feliciora tempora utrique parti Collationem istam suspendere velit.

⁷¹ Ut videtur epistola data fuit Secretario S.C. de Prop. Fide qui erat tunc temporis adhuc Dionysius Massari (1649-1657).

⁷² Revera sat pauca dantur documenta referentia de statu Ecclesiae Unitae tempore hoc difficillimo, tum pro Ecclesia tum pro commertio epistolari romano.

Deinde mea privata V. Ill.mae D.ni propono desideria. Multis ab hinc annis antecessor meus R.mus Terlecki, et ego eo in tempore Vicarius et cooperator eiusdem, ad sacrum locum Iconis Marianae Chelmen. post sub Beresteczko aliisque in Castris celebratissimae, cooperatores nobis curabamus, variosque hoc in loco ad Religionem sumebamus. Et nonnullos ex iis Romam, tum ad Colleg. Graecum tum ad Collegium de Propaganda Fide, ab Eminentissimo adhuc fundatore pro aliquibus obtentum, mittebamus. Sed quia horum Religiosorum, sub hasce calamitates alii defuncti, alii alio migravere, locus hic ut quidem Pater Samuel, sub dolorosum meum a schismaticis Chelmae exilium, insolenter ad Ritum Rom. per Canonicos Chelmen. susceptus, tandem ex clero suo extrusus, nunc reperitur in Religione S. Francisci Minorum. R.dus vero P. Benedictus Terlecki,⁷³ quia de licentia mea in Lituaniam transiens per labores suos, laudabilem nunc meruit agere Provincialem, haud equidem doleo. Sed Adamum, nunc in religione Antonium Terlecki, Alumnum Coll. Graeci, Nepotem mei R.mi Antecessoris, quem meo sumptu aliquot centenorum flor. Polonicalium Roma evexi, et ipse hoc loco Chelmensi, in quo habitum suscepit Religiosum, derelicto, ad privatum Dermanense concessit Monasterium vehementer sane ac debeo doleo. Ad quem serias Monitorias oro, ut vel hoc in loco, cui sese et promissis toties et habitu in perpetuum obstrinxit, laboret, vel omnino sumptum refundat. Caeterum in locum eius Collegii G. alumnum, R. Stephanum Martyszkiwicz⁷⁴ religiosum nostrum, (f. 134) uti Chelmensem, meum non modo per motum, et meum a puero, ut ita dixerim, figmentum, velit SS. Congregatio pro adiutorio mei, in tam excelso, et commendatissimo S.R. Maiestati et toti Poloniae ob Sacram Imaginem loco, cum Missione Apostolica Chelmen. dirigere. Enimvero quoniam etiam nunc Ad. R. Pater Provincialis supradictus tres iuvenes nostros Romam studiorum causa dirigit, post duos in vere praesentis anni, ad Collegium Graec. directos, ea qua par est mentis demissione V. Ill.mam Dom. oro, qui possint ad Collegium de Propaganda suscipi. Memoratus enim Eminentissimus fundator literis id suis (quarum in actis Ill.mi Nuncii de Torres ingrossatarum copias Ill.mae D.V. paucos ante annos misi) R.mo olim Terlecki Episcopo Chelmensi unito contestatus est pro Chelmensibus tribus vel duobus studio-

⁷³ P. Benedictus Terleckyj, Basilianus, Alumnus romanus, dein Provincialis ab anno 1657-ad an. 1661, quo obiit in officio. Cfr. notam 54.

⁷⁴ P. Stephanus Martyškevyč-Businskyj, Basilianus, Alumnus romanus, qui post varia officia et munia in Ordine expleta anno 1679, in Capitulo Zyroviciensi electus fuit Protoarchimandrita Ordinis (1679-1686), sed regimen sat difficile habuit, ob praetensiones et accusationes Metropolitae Cypriani Zochovskij, quod clarissime patet ex *Actis S.C. de Prop. Fide*, vol. II, passim, nec non ex *Litteris Episcoporum*, vol. III.

sis in perpetuum locum futurum.⁷⁵ Pro istis ergo missis iterum ac saepius, per V. Ill.mam D.V. Congregationi S. supplico, utpote sacro loco Chelmensi ubi in Patriam redierint deservituris. Tandem in hisce communibus malis, a quibusdam e clero Latino Chelmensi non levia pessime patimur mala. Utpote quod A.R.D. Orłowski Michael, canonicus et commendatarius Chelmensis, sacrum hunc invaserit locum, et... tarit, cum magno Catholicorum et Schismaticorum ac Haeticorum spectantium scandalo, idque me absente; quod idem ex occasione Bullae Sanctissimi D. de extrahendo argento ecclesiastico, licet in Bulla non simus speciatim positi, nescitur qua extensione potestatis nos de Cathedra excommunicari iusserit; quodque de eadem Cathedra per R.P. Moscicki, Soc. J., provinciae Polonae, post factam concionem non ita pridem palam sparserit: SS.mum D. iam nolle amplius Unitos conservare, et unicam Ruthenam antiquam, ut dicebat, fidem penitus admissurum, et ita ad Serenissimum scripsisse, ut eo ipso simplicem turbaret in sua unione plebeculam. Demum, ut multa alia oppressionum (f. 134v) genera qua ab ipso, qua etiam ab alijs cum pudore pariter ac dolore nostro practicari solita, missa faciam, quod is idem canonicus, ...celebrem et tam probatam sacram imaginem Chelmensem, in cupresso, a S. Luca iuxta traditionem depictam toties e Suggestu, ad avertendum populum, fanda plane atque nefanda cecinerit; quodque aliquando coram paucae fidei hominibus plane blasphemando eandem imaginem Aethyopissam, Cyngaram (quia nimirum ob vetustatem est nigra) vocitavit. Cum a R.mo Suffraganeo et Officiali simul super hisce iniuriis iustitiam requisivissem, respondit se non posse prelatum absente Episcopo iudicare. Qua in re ut aliis in omnibus, quas latores et R.P. Bialozor V. Ill.mae Domini exposituri sunt, remedium mali efficax a SS. Congregatione per V. Ill.mam D.nem peto, et S.R.E. Eminentissimae Congregationis Vestraeque Ill.mae Dominationis, donec Spiritus hoc reget artus servus obligatissimus remaneo.

Datum est praedio meo Culemcicien., Septembris 28, 1657 Anno.
V. Ill.mae et R.mae Dominationis in Christo servus et cliens
Jacobus Susza, Episcopus Chel. et Bel. cum S.R.E. Unitus (mp).

78.

Chelma, 12. III. 1658.

J. Susza Nuntio Varsaviensi de Unitis Vilmensibus eorumque persecutione a Moscovitis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 58, fol. 144.

⁷⁵ Cfr. supra, sub dat. 13.XI.1644, nr. 31.

Ill.me et R.me D.ne, D.ne Clementissime.⁷⁶

In causa catholicae Unionis ad Vestram Ill.mam Celsitudinem recurro: quam nullo negotio cognitura est Vestra Ill.ma Celsitudo ex copia literarum civium Vlnensium, includo eam hisce in literis e polonico versam. Vestrae autem erit Ill.mae Celsitudinis, quod ipse ab eadem submisso peto et brevi petituri sunt alii nostri, quorum res proxima agitur, ut ad Sacram Regiam Maiestatem accurrat, auxilium eius rogatura. Etenim nisi in herba malo occurratur, in altum crescet; timendumque est, ne serpat Vilna idem in alias civitates, Moscho subiectas, imo in totam Russiam, motoribus et promotoribus Ruthenicis schismaticis, quod certo certius nobis constat. Remedium mali pro tenuitate mea videtur non postremum (si ita Ser.mae Regiae Maiestati, Vestraeque Celsitudini visum fuerit in Domino), si Ser.mus Rex, dominus et patronus noster summus in regno, intercessorias pro nobis ad ducem expediret Moschoviae, quod catholici simus, individui a Romanis, parsque Reipublicae. Et si patitur Vilnae catholicos Romanos, cur non patietur nos? Deinde persuadendum duci Moschoviae nos idem sentire, quod incorrupti antiquitus sentiunt in catholica fide libri moschovitici. Rutheni vero et Graeci schismatici dogmata fidei catholicae, inter nos et ipsos controversa, ex libris suis exterminavere. Et utinam ad hoc deveniatur, ut aliqui e medio nostrum, de auctoritate Sanctissimi, cum protectione et literis eiusdem Maiestatis, sive coram delegatis ducis Moschoviae, sive coram ipso duce reddere possent rationes fidei, tum sole clarius manifestarem ex libris slavonicis moschovitici non nos, sed Ruthenos et Graecos schismaticos hallucinari; fieretque, Deo operatore, ut qua odia Moschorum in Catholicos et Unitos a Schismaticis dictis radicata evellerentur, qua etiam spes Universalis (f. 144v) Unionis cum Moscho et Schismaticis oriretur. Quocumque igitur potest Vestra Ill.ma Celsitudo hac in afflictione modo, porrigere dignetur manum, et non dumtaxat apud Serenissimum huic afflictioni remedium, verum etiam apud Sanctissimum obtinere. Mea insuper humillima obsequia Vestrae Ill.mae Celsitudini commendo.

Chelmae, Martii 12, 1658.

Ill.mae et R.mae Celsitudinis Vestrae in Christo servus et exorator humillimus,

Iacobus Susza, Episcopus ritus graeci unitus Chelmensis et Belzensis (m.pr.).

⁷⁶ Nuntio Apostolico Varsaviensi, Petro Vidoni (1652-1660), dein Cardinali a die 5.IV.1660, qui obiit in Curia in Januario 1681.

(f. 156v) Ill.mo et R.mo D.no D.no Petro Vidono, episcopo Laudensi, Nuntio de latere Ap.co ad S. Regiam Maiestatem Poloniae, dignissimo D.no et Patrono Colendissimo. (L.S.).

79.

Varsavia, 25. III. 1658.

Ep. Laudensis Card. A. Barberini de facultatibus pro Aep. Gnesnensi et Episcopis Vladislaviensi et Vilnensi.

ADF, *Scritt. rif. n. Congregationi, gen.*, (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 7.

Em.mo e R.mo Signor, Padrone Colendissimo.

Mons. Arcivescovo di Gnesna,⁷⁷ prima della sua partenza mi richiese, che le comunicassi le facultà mie per alcuni dei suoi Officiali per la dispensa di quei, che sono incorsi nell'irregolarità in occasione della guerra, e dissi che l'havrei servito ogni volta che m'havese fatti avere i nomi de soggetti, il che per anche non è seguito, forse per la sua indispositione. Le medesime ho concesse alli Monsignori di Vladislavia e Vilna, che l'hanno desiderate. Anche il Padre Sczytnicki m'ha pregato di quelle, che concernono la convalidatione de matrimonii contratti con impedimento, per valersene nelle missioni di Valachia; ne lascierò di sodisfarlo, come supplico Vostra Eminenza di consolarme nell'ambitione, c'ho d'ubbidirla, e le faccio humilissima riverenza.

Varsavia, 25 Marzo, 1658.

Di Vostra Eminenza humilissimo, devotissimo et obligatissimo servitore,

P., Vescovo di Lodi.

(f. 8v) Die prima iulii 1658. Respondeatur; 2.X.182.

80.

Chelma, 14. VI. 1658.

Jacobus Susza refert de malis Ecclesiae Unitae et petit protectionem ac commendationem ad Regem Poloniae, nec non de ecclesia SS. Sergii et Bacchi.

ASV, *Vescovi*, vol. 43, fol. 129rv.

⁷⁷ Agitur, ut videtur, iam de novo Archiepiscopo Gnesnensi, Venceslao Leszczynski (1658-1666), cum agitur de concedendis variis facultatibus, et ex responsione.

Sanctissime Domine, Beatissime Pater.

In hoc calamitosissimo tum Regni Poloniae, tum S. Unionis statu, unicum nobis asylum superesse visum est: Sanctitatis Vestrae efficax protectio.

Exules plerique nostrorum e tot Dioecesibus, et monasteriis facti, graviter quidem sauciati sumus: quia tamen, hostile hoc vulnus, ad omnes earum partium status pervasit, uti in malo communi, levius reputamus malum. Verum quia Vilnae tam Religiosi, quam Clerus, per instinctum Schismaticorum, Urbe sub capitis poena exclusi. Cives omnes aut exulare subiectis hastae bonis, aut transire ad Schisma a Moscis iussi. Grodnae Religiosis pariter, atque Clero civibusque Sacris interdictum, Virginis Miraculosae Icon erepta. Novogrodeco atque aliis a Moscho liberis locis, adversarii per Moschos aequae inhiant. Kosaci toties pessumdari toto in Regno Unionem clamitant, maximis sane discruciamur doloribus. Insuper non exiguum malum Metropolitano carere nos Archiepiscopo. Verum tamen orbatu capite, vita satius, quam Fide Catholica et fidelitate in S.R. Maiestatem orbari patiemur. Ablata Patria, direptae fortunae, ereptus non uni spiritus, fides et fidelitas nemini ereptae.

His igitur vulneribus a Sanctitate Vestra malagma enixe imploramus. Et si libuerit, cum apud S.R. Maiestatem, tum eiusque Proceres patrocinari Sanctitas Vestra velit, qui nos ab hostibus tueantur.

Et si id consilii, quod nos Uniti concoepimus stabit, rogare videlicet Maiestatem Regiam, mittere, suis protectum litteris, quempiam nostrum, redditurum rationes fidei, ac Unionis nostrae coram Duce Moschoviae, vel eius Commissariis, idque ex libris eorum Slavonicis minime suspectis, contra Schismaticos Ruthenos, librosque eorum depravatos, tum operae pretium fuerit, habere nos non modo ad Serenissimum Poloniae Regem Vestrae Beatitudinis intercessorias, ad impetrandam hac in re eius Maiestatis apud Ducem Moschoviae protectionem, verum etiam ad eundem Ducem.

Crediderim id additurum non minimum momentum cum nostrae a Schismaticis liberationi, tum etiam excitandae Universali Unioni. Schismatici enim nostri, esto verum norint, recusant agnoscere. Mosci vero ubi libris eorum conformiter nos ac Latinos credere viderint, facile manus Ecclesiae et Beatitudini Vestrae daturi sunt. Alia privata meae Dioeceseos negotia perscripsi non ita pridem, et nunc perscribo S. Congregationi de Propaganda Fide, a Sanctitate vero Vestra opitulari ipsis, cernuus, expecto.

Caeterum, (fol. 129v) quia de SS. Sergii et Bacchi aede, perlatum est ad nos, V. Sanctitatem eum locum alicui alii tradere velle Religioni. Si

qua hac in re incuria nostra, vel etiam aliquod illic residentium delictum, submisce oramus, ne Vestra Beatitudo nostram a nobis pupillam velit tollere. Quippe hic locus, gloriae, promotioni, amori fuit nostris apud gentem Polonam, cuius iuventus passim isthic alebatur. Hic locus Schismaticis, et illicio ad Unionem, et corrigendae eorum opinioni hactenus fuit, nolle Sanctitas Vestra nostra pessumdare, dum Sua nobis tradit. Hic demum locus solatio nobis fuit, et contestationi, esse nos in amore Beatitudinis Vestrae. Quo ablato, non mirabiles duntaxat in adversariis nostris suborituras opiniones, verum etiam nobis nunc summe afflictis, omnium afflictionum Corollarium adiiciendum.

Ea igitur qua possum contentione meo aliorumque confratrum meorum nomine a Sanctitate Vestra peto, velit nos et protectione Sua apud Serenissimum Poloniae Regem munire, et in possessione ac regimine memorati loci conservare.

Cuius nunc ipse devotissime sacros exosculans pedes, Eandem diu nobis, S. Ecclesiae, ac toti Reipublicae Christianae vivere, animatus exopto.

Sanctitatis Vestrae humillimus cliens et exorator,
Jacobus Susza, Ep. Chelmen. et Belzen.

Chelmae, 14 Junii 1658.

81.

Chelma, 14. VI. 1658.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis instat de domo romana SS. Sergii et Bacchi.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.* (F. Vienna), vol. 18, fol. 3,4v.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine et Cardinalis Amplissime.⁷⁸

Uti totam Sacram Congregationem Fidei Catholicae propagatricem, meis humillimis sollicitavi litteris, ita etiam Vestram Eminentissimam Celsitudinem peculiari sane modo, omni cum demissione sollicitare audeo: a cuius Beati Nominis SS.mo Patre omnia in nos prospera defluxisse olim, ni fateamur, ingrati nos esse pectoris necessum est. Eo igitur confidentius ad V. accurro Celsitudinem, quatenus petitis meis, et totius Religionis, non minus apud SS. Congregationem de Propaganda F., quam apud ipsum Sanctissimum patrocinetur. Quod vero Familiae V. Celsis-

⁷⁸ Agitur de Praefecto S.C. de Prop. Fide, forsitan iam denuo Antonio Barberini, iuniore, qui fuit Praefectus usque ad an. 1671.

simae proprium est, Collegium SS. Sergii et Bacchi nobis Unionique nostrae a SS.mo olim Urbano VIII donatum,⁷⁹ ne vel a possessione, vel a regimine nostro excidere unquam contingat, autoritate sua nec non patrocinio, ita velit Em.mae Celsitudo Vestra protegere, ut propalam sit, felicissimae memoriae Vestrae Cel.nis Patruus olim quidem nobis id benigne contulisse, sed Vestram Celsitudinem, quasi de manibus iam nostris fors etiam vitio nostro elabens, iterum nobis restituisse. Cum vero etiam id beneficii meae dioecesi amplissimus Collegii de Propaganda Fide fundator, Celsitudinis V. dignissimus Patruus praestiterit, ut aliquot, e familia Basiliana Chelenses Religiosi, in eo Studiorum causa commorari valeant, unice V. Cels. Em.mae oro, confirmetur id in omne post subsequendum tempus. Erit id Eminen. Vestris Sacrum apud nos monimentum, erit huius loci Sacri Chelmen. excellens ac aeternum fulcimentum, erit Episcopatus huius pauperrimi maximum emolumentum. In quo sinu cum de protectionis V. E.mae Celsitudinis autoritate et efficacia minime dubitem, ita id nobis per Celsitudinem V. praestari enixe peropto. Meaque simul eidem humillima defero obsequia.

Chelmae, 14 Junij 1658.

Eminentissimae et R.mae Celsitudinis Vestrae obsequentissimus Servus in Domino et exorator,

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. Unitus (mp).

(f. 4v) Monsignor Vescovo.

Raccomanda che sia confermato per sempre alli Chelmensi il Collegio di S. Sergio, e Baccho, per la comodità de studenti Nationali, etc.

Die p.a Octobris 1658: Respondeatur.

82.

Chelma, 14. VI. 1658.

J. Susza Card. Barberini, de Hospitio SS. Sergii et Bacchi nec non alumnis de Prop. Fide.

BIBL. APOST. VATICANA, *Barb. lat.*, vol. 2168, fol. 7.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine et Cardinalis Amplissime.

Ea erat in nos, non duntaxat SS.mi olim. Urbani VIII et Em.mi Cardinalis Antonii S. Onophrii, Celsitudinis Vestrae Em.mae patruorum,

⁷⁹ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 517, nr. 457, sub dat. 8. II.1641.

verum etiam ipsiusmet Vestrae Celsitudinis et Em.mi fratris superstitis propensio, ut multa quidem ab illis, non pauca vero a Vestris Celsitudinibus in nos clarissima derivata sunt, et deriventur beneficentiae munimenta. Proinde ad nota praesidia, ad Vestram protectricem, Em.mi Principes, recurrimus dexteram. Faciant nos sentire suam nobis profuisse protectionem, non modo in illis, quae a schismate et Moscis in patria toleramus, verum etiam, ut penes possessionem ac regimen Collegii sanctorum Sergii et Bacchi aeviternum conservemur. Vestrae id sane Em.mae Domus donum et memoriale, non aliam nisi Vestram desiderat firmissimam tuitionem; ne sit nobis impendium grave ac dolorosum, a piissimis praedecessoribus Vestris id nobis beneficii collatum, Vestrarum Celsitudinum desideratissima protectione destitutis, vel culpa nostra dependere. Non minus enim commendata velim eidem patrocini Celsitudinis Vestrae Em.mae negotia dioecesis meae, tum de iniuriis mihi factis, tum etiam de loco in posterum quoque pro Religiosis nostris Chelmensibus studiorum causa in Collegio de Propaganda Fide obtinendo, iuxta litterarium Patru Vestrae Em.mae Celsitudinis promissum. Cui nunc omnia faustissima coelitus implorans, sacram eiusdem exosculor purpuram, meque ipsum humillime commendo.

Chelmae, Iunii 14, 1658.

Em.mae et R.mae Celsitudinis Vestrae obsequentissimus in Christo servus et exorator,

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis unitus (m.pr.)

83.

Chelma, 14. VI. 1658.

Ep. J. Susza Congreg. de Prop. Fide, de tristi statu Unionis, et retentione Hospitii SS. Sergii et Bacchi, de iniuriis ex parte cleri latini Chelmensis et de facultatibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 17, fol.107rv.

Em.mi et R.mi Principes et Domini S. Congregationis de Propaganda Fide Cardinales Amplissimi.

Quibus sub hasce tenebras premamur malis, vel tacentibus nobis, crediderim Vestras Em.mas Celsitudines perbelle nosse. Cum enim tota Russia et fere Littuania in hostium cesserit potestatem, de facili nostrae cernuntur angustiae, imo cum tot catholicos Romanos patiantur Mosci, nos vero, authoribus Schismaticis, undique sedibus pellant nostris, longe facilius mala nostra colligi possunt. Hinc tot Religiosi et Religiosae, et

de clero saeculari sacerdotes, cum ab hostibus caesi, tum rei domesticae angustiis pressi, sat vixere, si cum fide servata in Deum, et fidelitate in Dominum suum animam effudere. Reliquiis hinc inde sparsis, non modo minoribus, sed etiam maioribus id videtur sufficere in Domino, quod cum sacra fide vel aegerrime vitam ducant. Quin etiam quid saeculares uniti patiantur, testis Vilna et Grodna, de quibus ad SS.mum Dominum Nostrum strictim nunc, ad Religiosos vero nostros Romae degentes prius et exactius perscripsi. Quid dicam de remotioribus civitatibus et castellis, quae ob hostes penetrare etiam perarduum? Scilicet ut etiam notitiae solatio privemur, quid cum illis agatur. Ideoque protectione Vestrarum Em.marum Celsitudinum quam maxima egere nos in aperto est; quam enixe implorantes oramus, quatenus tum Vestrae Em.mae Celsitudines, tum SS.mus Dominus Noster velit nos omni favore suo apud Ser.mum Poloniae Regem ac Regni proceres fovere; et si e re fuerit ac ita videbitur Sanctae Sedi Apostolicae et Sacrae Regiae Maiestati, etiam apud Moschoviae ducem.

Aliud est, quod nos permaxime premit, locus SS. Sergii et Bacchi, quem uti benigne S. Romana Ecclesia Unitis contulit, ita penes Unitos benignius velit conservare, ne turpius nobis sit inde eiici, quam non admissos eo fuisse. Velint igitur Em.mae Celsitudines Vestrae hac super re suam apud SS.mum Dominum Nostrum in rem nostram interponere auctoritatem. Porro petita mea, antea Sacrae Congregationi Vestrae per R.dum Patrem Białozor⁸⁰ nostrum proposita, etiam nunc, qui finem sortiantur suum refrico, simulque oro, fiat sacrae huius loci tutelari imagini Vestrarum Celsitudinum gratia, ut iuxta felicitatis recordationis Em.mi olim Antonii cardinalis Sancti Onophrii literas ad R.mum olim Antecessorem meum datas,⁸¹ etiam in aevum sint, qui in hac Romana Congregationis de Propaganda Fide orthodoxae fidei ac studiorum palaestra probe instructi, pro merito eidem inserviant (f. 170v) miraculosae Virgini. Et vero apprime necessariae fuerint Vestrae Em.mae Congregationis litterae ad Ill.mum Chelmensem latinum, recens creatum episcopum, pro compescendis quorundam e clero suo insolentiis, atque eadem super re ad Ill.mum Poloniae Nuncium; utpote quod quidam canonicus locum meae cathedrae invaserit sacrum, Virginis miraculosae Chelmen-

⁸⁰ Marcianus Białozor, Basilianus, Alumnus romanus, dein, post varia officia expleta, Episcopus Pincensis (1666-1697) et demum Archiepiscopus Polocensis (1697-1707). De hoc praelato plurima dein loquuntur documenta in sequentibus voluminibus *Litterarum Episcoporum*.

⁸¹ Cfr. supra, sub dat. 13.XI.1644, nr. 31.

sem imaginem blasphemârit, me meosque, insciis suis Superioribus, pro non extradito argento in regni necessitates (ut ipsis a SS.mo D.no Nostro mandatum est) nulliter excommunicârît, in Unionem Sanctam pervicax toties et scandalosus e sacris rostris inclamârît; et id genus alia iniuriarum genera alii quoque cum eo nobis intulerint cum nulla hactenus nostra satisfactione.

Insuper facultates super casus reservatos olim Ill.mo Metropolitae datas, enixe mihi quoque dari a SS.mo per Vestras Em.mas Celsitudines petens, et me meaque omnia sacro patrocinio S. Congregationis Vestrae submissee committens, Maiestatem Divinam, ut eam quam diutissime omnibus in rebus florere ac suis benedictionibus sanctissimis replere velit effluentissime, exoro.

Chelmae, 14 Iunii 1658.

Vestrarum Em.marum Celsitudinum obsequentissimus in Christo servus et exorator,

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis unitus.

(f. 171v) 16 decembris 1658. Russia e Lituania. Signor Card. Barberino.

84.

Chelma, 14. VI. 1658.

Ep. J. Susza Card. Orsini, Protectori, instat pro intercessione, commendat ecclesiam SS. Sergii et Bacchi, nec non petit pro admissione alumnorum Chelmensium.

ARCH. CAPITOLINUM, *Fondo Orsini*, II,E, Prot. XX, vol. 213, fol. 424.

MUH, vol. III, nr. 16, pag. 27.

Em.me et R.me Princeps, D.ne et Cardinalis Amplissime.

In angustiis tum publicis Unionis Sanctae, tum privatis, ad S. Sedem Apostolicam et Religio nostra et ego ipse recurrens, Vestrae quoque Celsitudinis, uti Protectoris Poloniae amplissimi, sacram imploramus opem. Potissimum vero, ne laena schismatis Cosacis et Moscis armata, nobis inermibus et solo Deo ac sancta fide catholica munitis praevaleat, opportunum nobis omnibus visum, ut Sanctitas Sua et S. Congregatio de Propaganda Fide, necnon Vestra Em.ma Celsitudo velit nos apud Ser.mum Poloniae Regem, D.num nostrum clementissimum, totamque Rempubicam, a virulenta huius laenae impetitione nostram protegere integritatem. Cum vero sacer locus SS. Sergii et Bacchi ita periclitetur, ut ne eo privaremur, Vestrae erit Em.mae Celsitudinis huic discrimini obviare et pro nobis de singulari suo erga gentem Polonam pariter ac Ruthenam affectu, coram SS.mo D.no Nostro efficacem interponere autho-

ritatem. Quo suo patrocínio Vestra Em.ma Celsitudo indelebilem, omne per aevum, in nobis excitatura est gratitudinem. Exorata in super velim Vestram Celsitudinem, qui possit patrocinari apud S. Congregationem de Propaganda Fide Chelmenſibus Religioſis, ut iuxta Em.mi Antonii cardinalis olim S. Onophrii promiſſum litterarium in omnes ſubſequentes annos duo vel tres in Collegio eius fundatiſſionis pro ſtudiis recipi valeant. Quae res non modo huic, a miraculis divae Virginis commendatiſſimo, loco ornamentum eximium, verum etiam huius dioceſeos emolumentum ſane copioſum allatura eſt. Atque dum haec deſideria mea in ampliſſimum Vestræ Celsitudinis committo ſinum, eiſdem meipſum integriſſimae protectioni atque protectrici integritati humillime commendo.

Chelmae, 14 iunii, 1658.

Em.mae et R.mae Celsitudinis Vestræ obſequentiſſimus ſervus et exorator

Iacobus Suſza, Epicoſus Chelmenſis et Belzenſis unitus (m.pr.).

85.

Varsavia, 23. VII. 1658.

Ep. Laudenſis (Nunt. Varsavien.) Cardinali A. Barberini de iniuriis cleri Chelmenſis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 168.

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendiffimo.

Sopra il particolare delle preteſe ingiurie ricevute dal Vescovo di Chelma unito dal canonico Orlouſki, nel modo che Voſtra Eminenza s'è degnata rappreſentarmi con una delle ſue de 13 Maggio,⁸² n'ho tenuto propoſito col ſteſſo Vescovo, che ſi ritrova qui, e ſono riſtaſto ſeco che ſia bene partecipar il tutto a Mons. nuovo Vescovo di quella cathedrale, che ſpero provvederà a qualunque diſordine, ne havendo veduto il medeſimo Vescovo in quella mendicità, che ha coſtì reppreſentato, anzi più toſto aſſai decentemente veſtito, con competente famiglia, non ho ſtimato bene accennargli coſ'alcuna circa l'impoſtomi da Voſtra Eminenza con altra di detta data di farle far un habito proportionato alla conve-

⁸² Cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 219, nr. 329-330, sub dat. 13.V.1658.

nienza della sua persona; con che per fine a Vostra Eminenza faccio humilissima riverenza.

Varsavia, 23 Luglio, 1658.

Di Vostra Eminenza humilissimo, devotissimo et obligatissimo
P., Vescovo di Lodi.

(f. 169v) Die prima octobris 1658. Reponatur.

86.

Roma, 9. XI. 1658.

Card. Orsini episcopo Kioviensi latino, de requisitis ad erigendum Suffraganeum Kioviensem.

ARCH. CAPITOLINUM (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 8v-9r.

Optat R.V. Ill.ma,⁸³ ut in eius epistola quinta 7bris Varsaviae scripta exponit, novum erigere suffraganeum in sua Ecclesia Chioviensi, rationibus quibus in eadem diffuse explicat, sed quia negotium hoc examinari debet in Sacra Congregatione rebus Concistorialibus praeposita, et necesse est prius porrigere memoriale SS.mo et curare, ut eidem Congregationi committatur, sicuti (fol. 9r) mos est; sciendum tamen est raro immo rarissime fieri Congregationem istam, et solummodo per tres vel quatuor vices in anno, et ego ipse sum adscriptus in illa, unde facilius potero R.V. Ill.mae inservire, sicuti feci in isto eodem Regno. Non erit tamen negotium istud ita praeceptum, quia multae debent praecedere informationes de stylo Congregationis, quae raro et ex gravi, immo gravissima causa concedit hoc, et inter alias res, quae sunt necessariae, est fundatio congrua, sine qua non potest erigi suffraganeus, numeratio animarum in tuta Dioecesi existentium, nisi praecipua saltem circum circa extensio Dioecesis, et quisnam sit numerus haereticorum vel scismaticorum, de quibus omnibus scribam R.V. Ill.mae quamprimum quid sit faciendum. Interim me ad eius servitia promptissimum offero, etc.

⁸³ Agitur de Episcopo Kioviensi latino, Martino Skapski, Ordinis Praedicatorum, ex palatinatu Poznaniensi; obtenta etiam nominatione pontificia, praetulit episcopatum Caffensem. In genere, decennio 1656-1666 circumstantiae in hac dioecesi sat confusae manent, etiam ob circumstantias totius regionis.

87.

Cracovia, 11. XI. 1658.

Litterae Episcopi Cracoviensis ad Nuntium Ap. de apparatione iniustae pacis cum cosacis et de sua instantia apud Regem Poloniae promittitque protestationem publicam.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 69, fol. 349-350.

Copia di lettera di Mons. Vescovo di Cracovia, scritta a Mons. Nuntio Ap., in data de gl'XI Novembre 1658, da detta Città.

Hieri mi capitò l'humanissima lettera di V.S. Ill.ma del primo corrente con la quale mi fà gratia discorrermi col solito suo ardente zelo sopra il particolare della Pace, che si è fatta co'i Cosacchi, della quale i Regii Commissarii nel loro ritorno a Sua Maestà, passando di Lublino me ne dederò notizia. Non mi trasmisero le condizioni, ma promessero, che l'haverebbero eseguito dal Campo.

Io veramente non posso a bastanza maravigliarmi, ch'eglino siansi lasciati indurre a concluderla così iniqua, come hanno fatto, et il Signor V. Cancelliere m'ha scritto sopra quest'interesse con grandissimo sentimento, dolendosene ancora lui parimente, et è certo, che ci sarebbe tornato più a conto havere la guerra con essi, che una simil Pace, si pregiudiziosa alla nostra Religione, e più che bene V.S. Ill.ma dice, che affatto si siano scordato di Dio, mentre in detta Pace vien abolita Unione, levati i Beni à gli Uniti, posposto l'honore, che si deve a esso, et intaccato così al vivo quello di tutti i Mons. Vescovi, e in ciò io più di tutti sono pregiudicato, perche doppo Mons. Arcivescovo di Leopoli tocca a me il primo luogo, et hora mi si leva, e vien concesso al Metropolita Scismatico, con tanta vergogna di tutti, e pericolo della Religione, e del Regno, et anche perche più i detti Cosacchi vogliono che quel Ducato sia governato nella medesima dispositione e ordine, com'è quello di Lithuania.

I detti Commissarii mi hanno rappresentato la grandissima fatica e difficoltà ch'hanno incontrato per aggiustare questa Pace, la quale già la disperavano per le fattioni tremende, che facevano i Moscoviti per mantener i Cosacchi nel loro partito, i quali, congiunti con i Tartari, s'erano risolti d'invadere il Regno, onde vegga V.S. Ill.ma in che termine (fol. 349v) si trovano le cose. Ci sarebbero varii, e giusti pretesti per romperla, quando havessimo forze di fare la guerra, e questo sarebbe uno, cioè, ch'i detti Commissarii hanno concesso quello, che non havevano nell'Instruttione, che sono le predette condizioni, le quali non sono mai stati nella mente di Sua Maestà, ne nel Senato, e basterebbe che tutti i Mons. Vescovi unitamente facessero gli publicare contro una Protesta,

ma mancandoci queste, ci mancano i mezzi più efficaci. Quanto che io le posso dire de miei sentimenti sopra di questo proposito, a piedi di questa lo faccio di mia mano, etc.

Quello che segue è un foglio a parte tutto di pugno di S.S.ria Ill.ma:

Io scrivo alla Maestà del Re in questo negotio della Pace così iniqua con i Cosacchi, e prego la Maestà Sua a non haverni per male ch'io con gl'altri Vescovi farò contro tal brutto trattato un publico manifesto, e lo darò alla stampa, che lo sappi tutto il mondo. Scrivo al P. Carlo e, lo prego a presentar al Re questa mia lettera. E perche vogliono li Cosacchi e li Commissarii, che Mons. l'Arcivescovo giuri questa Pace, m'è parso bene di scrivere a Mons., che non voglia giurare sopra questi trattati stante che il suo giuramento sarà inutile quando noi altri si protestaremo. Se bene che mi diranno tutti che la necessità gli ha ridotti a questa Pace così pregiudiciale. Nondimeno noi non dobbiamo mancare del nostro officio. Quando noi publicaremo il nostro manifesto per farlo venire alla notitia de Cosacchi, e l'Arcivescovo non farà il giuramento, si avederanno li Cosacchi, ma per sfugir la guerra con loro sarebbe all'hora necessaria (fol. 350r) la mediatione Cesarea, e parmi che questo potrebbe giovare.

Il Re mio Signore per lo più non suole leggere le lettere che gli vengono, dubito dunque se leggerà questa mia.

Alla mia entrata parmi che ne è mancato tutto, mentre vi è mancata la persona di V.S. Ill.ma, tanto da me stimata e bramata.

Non sapendo io dove si ritrovi Mons. l'Arcivescovo, supplico V.S. Ill.ma a mandargliela, perche alla Corte si saprà dov'egli stia per hora.

88.

Slonim, 16. XI. 1658.

Ep. pus Vilmensis Nuntio Apostolico Vidoni de successu exercitus Lithuaniae contra moscovitas deque occultis cosacis catholicis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 69, fol. 394rv. (orig.)

(Agit de tractatibus pacis cum Moscovitis).

Sapieha, Generalissimus Lithuaniae, in id curas ac vires intendit, ut coniuictis cum Cosaco viribus, recidentem hostilem exercitum versus Polociam aut Borisoviam intercipiat. Carpit quidem hactenus non infeliciter hostem (ut qui iam variis locis in eo itinere tria millia et quingentos suorum amiserit), sed utinam Deus secundet, ut ipsum robur exercitus profliget! Possent enim ea occasione captivi nostri in libertatem vendicari.

Litteras Suae Ill.mae Celsitudinis ad Rev.mum Chelmsensem datas,

codem die ad manus remitti curavi, paratus non solum in iis modicis occasionibus, sed in gravioribus semper curare, ne obsequia mea desint, etc.

Ill.mae ac Rev.mae Celsitudinis humillimus servus,
Joannes Zawisza, Ep. Vilmensis.

(P.S.) (fol. 394v) Post criptum accepi ab Ill.mo et Rev.mo Chelmensi responsum quod statim Suae Ill.mae Celsitudini remitto. Idem scripsit ad me de Tetera quod transeundo Lublini oculte communicaverit in ecclesia Unitorum; aliunde etiam hoc scio quod nonnulli ex Kosacis praecipuis sunt oculi Uniti, sed propter plebem quam spirituales Schismatici contra illos concitant, oculi esse volunt, cum tempore tamen poterunt aliquid boni facere. Ego quantum potero nunquam deero Unioni Sanctae. Libenter vellem scire quibus conditionibus facta est Pax cum Kosacis.

89.

Kielce, 8. XII. 1658.

Episcopus Cracoviensis de apparanda pace cum cosacis suisque instantiis apud Regem.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 69, fol. 422rv.

Copia di lettera di Mons. Vescovo di Cracovia, data da Kielce sotto li 8 dicembre 1658, al Nuncio Ap.

Come io ho sempre grandemente stimato d'incontrare la piena sodisfazione di V.S. Ill.ma in tutti i suoi desiderii, così non pretermisi subito di scriver a Sua Maestà nel particolar dei Trattati con i Cosacchi alla quale vivamente rappresentai i rispetti, ch'ella restò servita suggerirmi in ciò, sopra di che la Maestà sua s'è degnata di rispondermi ancora non si è stabilito niente, et che detto negotio sia diferito alla Dieta ond'io ho speranza in Dio, ch'avanti arrivi il tempo di essa mutaran le cose del Regno faccia, et che con essi si concluderà la pace, senz'offesa della Religione, et con quiete di esso. Mons. Arcivescovo di Leopoli l'ho lasciato a Cracovia con la febre quartana, al quale ho trasmesso la lettera di V.S. Ill.ma.

Quello che segue è in foglio a parte tutto pugno di Mons.:

Son stato avisato che la Maestà del Re havendo fatto legger la mia lettera nel Consiglio disse, che io non doveva così caldamente dichiararmi di voler far un manifesto il quale darebbe occasione alli Cosacchi di sollevarsi di nuovo, e che tutto il negotio (fol. 422v) si differiva sin alla dieta, nella quale sarebbe il campo di protestarsi, se così comportaranno le raggioni della conservatione della Corona. Questo è, ch'è stato scritomi in questa materia.

90.

..., 16. XII. 1658.

Ep. J. Susza Secretario P.F. Mario Alberico, de iniustitiis, quas patiuntur Rutheni a Latinis et de quibusdam petitionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 173.

Illustrissime Domine.

Episcopus Chelmensis supplicat iteratis vicibus Vestrae Ill.mae Dominationi, ut dignetur coram Sacra Congregatione de Propaganda Fide exponere sua desideria, ut ad ea et remedium malorum prospiciatur et consoletur in votis suis. Canonici enim Chelmenses ritus latini caeterique praelati in eodem episcopatu accipiunt per vim Decimas ex bonis illorum qui Graecum sequuntur Ritus contra decreta apostolica et Curiae Romanae pro parte Ruthenorum. Raieviscensem sacerdotem Ruthenorum unitum fecit suum subditum et censuarium canonicus Luceoriensis et custos Gogolensis, parochus Ratnensis. Presbyter Ostroviensis unitus miserabiliter premitur a plebano Ostroviensi Ritus Latini in extradendis Decimis a Ruthenis, immo ex suis agris, quos ipse elaborat, contra decreta in Curia Romana facta. Campanas ex ecclesiis Ruthenorum alii nocturno tempore, alii diurno acceperunt et bona abalienarunt. Canonici et clerus Chelmenses, qui nisi Romana iustitia non possunt corrigi, in qua ut possit praedictus Episcopus iuridice subsistere, citando partem contrariam, supplicat Sacrae Congregationi ut sublevetur, bona enim episcopatus ab inimicis desolata omnia, ut non possit semetipsum debito modo sustentare; alias nulla super praedictos in Polonia iustitia. Petit etiam indulgentias pro ecclesia sua cathedrali in festis Beatae Virginis omnibus tam secundum vetus, quam correctum calendarium, et in omnibus primis Dominicis; his enim temporibus maximus concursus hominum utriusque Ritus Romani et Graeci solet concurrere. Et quia saepissime solent deficere sacerdotes Ritus Romani, petit licentiam pro presbyteris Ritus Graeci unitis confessiones excipiendi a paenitentibus etiam Ritus Romani, qualem habent Zyroviciis paenitentiarum,⁸⁴ et consecrandi sub eadem forma hostias latinas a presbytero Rutheno. Item petit dispensationes super bigamias pro Hilarione Kuczewicz, Religioso a schismaticis converso, qui in saeculo duas uxores virgines habuit, unam post aliam. Petit item pro Georgio Poray, similiter bigamo, dispensam. Petit

⁸⁴ Cfr. *Epistolae Metropolitanae Kioviensis Catholici Josephi Velamin Rutzkyj (1613-1637)*, Romae 1956, pag. 181; *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, ann. 1625-6.

item, ut ex Curia Romana literis monitoriis moneatur Episcopus in Ungaria, Partenius Piotrovicz, ne permittat et suadeat sorori suae Zuzannae Raynilowiczownae quaerere secundum maritum, vivo adhuc primo, Domino Nicolao Pietraszewicz, (f. 173v) legitimo suo marito, vel si iam nupserit, iubeat ex mandato Curiae Romanae dirimi cui iam desponsata est. Qua gratia accepta, Orator omni gratitudine Ill.mae Dominationi devotissime rependet. Quam Deus...

(f. 176v) Ill.mo et R.mo D.no D.no Secretario Propagandae Fidei.
Pro Episcopo Chelmeni Rutheno.

Die 26 Augusti 1658. 16 decembris 1658.

Rutheni. Querele del vescovo Chelmense.

91.

Cracovia, 22. XII. 1658.

Episcopus Cracoviensis ad Nuntium Ap. de suis instantiis apud Regem Poloniae de pace ineunda cum cosacis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 19.

Copia della lettera del Vescovo di Cracovia al Nuntio.

Resto molto confuso con la gran benignità di V.S. Ill.ma verso di me la quale non contenta di favori, ogni giorno le maggiori gratie, volse di più regalarmi coll'un bel presente. Ringrazio V.S. Ill.ma di questo regalo, e voglio all'imitatione di Santo Antonio non servirmi delle vesti che ne haverò che nelle maggiori solennità di pasqua e di pentecoste conforme si è servito S. Antonio del favolo di S. Paulo.

Avviso V.S. Ill.ma che ho havuto la risposta della Maestà Sua sopra quella mia lettera, e benche la Maestà Sua mi avvisa che il negotio delli trattati con li Cosacchi rimette alla Dieta, nondimeno mi tocca con li tiri, e con le parole assai aspre cosa che non ho meritato. Parmi che questo venga dal Prazmowski il quale ha spedito la lettera, e scrisse a qualchedun altro che senza li manifesti e proteste se accommodarà bene il negotio con li Cosacchi et gli Uniti non mancando li mezzi che propongono li Cosacchi stessi. Doveva il Prazmowski comunicar a V.S. Ill.ma questi mezzi che li hanno proposto li Cosacchi.

92.

Niessova, 5. I. 1659.

Ep. Laudendis (Nunt. Varsaviensis) Card. Barberini, de electione archimandritarum.

APF, *Scritt. rij. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 177.

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

Havendo preso da Mons. Vescovo di Chelma informatione, se veramente fusse bene che da Nostro Signore si commettesse a Mons. Arcivescovo Polocense il governo de monasterii de loro monaci,⁸⁵ m'ha detto creder egli esser più tosto meglio di lasciarne la cura a loro Superiori, perchè questi promovono più il merito de sogetti, come quelli, che n'hanno maggior cognitione, ne così facilmente dano orecchio a gl'uffici, che s'interpongono, anzi m'ha soggiunto che costì una volta decretasse la Sacra Congregatione, ch'i Religiosi elegessero da se un Archimandrita, o vero un Generale, ch'ad ogni modo i Religiosi talvolta han eletto i stessi Metropolitani, riservandosi però la libera elettione,⁸⁶ onde si potria per hora diferire la resolutione sopra di ciò, e veder prima quello che risulterà delle differenze correnti con i Cosacchi, e quando il buon governo spirituale lo richiedesse, si potria poi deputare un Vescovo per visitatore, o altra persona idonea de i loro, riportandomi però a quello che Vostra Eminenza più accertatamente risolverà, alla quale faccio profondissimo inchino. Niessova, 5 gennaio, 1659.

Di Vostra Eminenza humilissimo, divotissimo et obligatissimo
P., Vescovo di Lodi.

(f. 178v) Die 3 Aprilis 1659. Reponatur. A Mons. Alberici.

93.

Nissovica, 5. I. 1659.

Ep. Laudensis (Nunt. Varsaviensis) Card. A. Barberini, de alumnis in Collegium Urbanum admittendis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 179.

Em.mo e R.mo Signor, Padrone Colendissimo.

Il frutto che riportano i giovini, che sono costà trasmessi al studio ne seminarii, è tale, che fa desiderar a tutti gl'Uniti che gli siano concessi più luoghi in essi, e particolarmente in quello de Propaganda Fide, nel quale mi suppone Mons. Vescovo di Chelma, che hora non ve ne sia alcuno, benchè intendesse che vi sia decreto, che n'habbino due o tre;

⁸⁵ Incipiunt iam dissidia inter monachos et Administratorem Metropoliae, Gabrielelem Kolenda de regimine Basilianorum, quae usque ad annum 1667 perdurant.

⁸⁶ Ex. gr. Raphaëlem Korsak, et Antonium Sielava (an. 1642), qui ultimus speciales dedit assecurationes scriptas.

onde ne desiderariano almeno due per poterli quanto prima inviare; e quando la Sacra Congregazione possa consolarli, non sarà che di molto servizio del Signor Iddio, perchè qui hanno soggetti che possano esser lettori ne loro monasterii, se non vengono di costà; et attendendo quello che Vostra Eminenza si degnerà di risolvere in questo, le faccio humilissima riverenza.

Niessowa, 5 gennaio, 1659.

Di Vostra Eminenza humilissimo, divotissimo et obligatissimo
P., Vescovo di Lodi.

(f. 180v) 5 Aprilis 1659. Polonia. Chelma. Niessova. Per luogo in Coll. Urbano. Signor card. Orsino. A Mons. Alberici.

94.

Zydyczyn, 8. III. 1659.

Ep. J. Susza Joanni Wyhowskyj, duci Cosacorum, exponit doctrinam de vera Ecclesia, de primatu Rom. Pontificis, et de causis schismatis et de promovenda Unione.

BIBL. APOST. VATICANA, *Barb. lat.*, vol. 2585, fol. 60-68v, 69-71v, 80-83v, versio latina ex orig. polonico, ab ipso J Susza recognita et Card. Barberini transmissa.

MUH, vol. III, pag. 47-69.

Litterae ad Ioannem Wyhowski, ducem exercitus Zaporosiani, vulgo cosatici, a Iacobo Susza, Episcopo Chelmensi et Belzensi, ante comitia regni Poloniae, in quibus per legem Unio catholica Ruthenorum cum Sancta Romana Ecclesia tollebatur, Martii 8, anno 1659 scriptae, et e polonico in latinum versae.⁸⁷

Ill.me et Exc.me dux exercitus Zaporosiensis, Domine et Patrone Colendissime.

Quando⁸⁸ hisce vilibus Vestram Ill.mam Celsitudinem compello litteris, in ipso statim limine haereo, quod ulla mihi cum Celsitudine Vestra intercedat notitia. Quippe id ipsum communiter in hominibus meticulousam generat inconfidentiam. Nihilominus quia id sibi insitum habet genius sapientum in alto positorum, ut publicis consulentes bonis, quamvis ignotos ad suam alliciat confidentiam, ideo ego quoque Russiae pro-

⁸⁷ Ut patet, litterae exaratae erant in lingua polonica, quae lingua tunc in usu erat etiam apud cosacos, speciali modo si de rebus agebatur difficilioribus captu.

⁸⁸ Adnotatio J. Susza (forsan solummodo in versione latina, ad faciliorem comprehensionem textus) et sic sonat: « Exordium ab insinuatione ». In ulterioribus casibus notabimus solummodo; « Nota ».

spiciens bono, cum ea me fiducia Vestrae Ill.mae Celsitudini praesento, quam mihi per seipsum, uti vir sago et toga magnus commostrarat; simulque animitus opto, ut illi Majestas Divina *de rore coeli, de pinguedine terrae*⁸⁹ benigne tribuat, mihi vero vires adaugeat, ut ad eam, quam feliciter in republica texere incoepit togam vel minimum addam filum. Ubi aequissimum est collaudare Altissimum, quod post tam turbulentas discordiarum nubes, post tam terribiles sanguinis inundationes videre nobis concedit eluctantem non nihil pacis solem, cruentos patriae, tanquam Eurypi cuiusdam fluxus et refluxus, cohibentem. Et utinam tandem aliquando in omnibus finibus eius abundantiam pacis,⁹⁰ cooperante Vestra Celsitudine, intueri contingat. At dum intestino aliquatenus deficiente bello,⁹¹ religionis contra Unionem Sanctam exortum est bellum, et passim in illam, ut in Ionam, tollendam, in mare proiciendam clamitatur; tum illa, uti eiusdem patriae et fidei sanctae catholicae filia, cum Propheta prorumpere cogitur: *Expectabam bona, et venerunt mihi mala; praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae; interiora mea effervuerunt absque ulla requie, praevenierunt me dies afflictionis.*⁹² Sed motos praestat componere fluctus et luctus.

(f. 66v) Atque hic ante oculos mihi figo verba sancti doctoris Augustini: *cedant affectus, cessent respectus, maneat Christus, et ille crucifixus.* Vestram⁹³ vero Ill.mam Celsitudinem ea, qua par est, rationis ac orationis contentione oro, ut in solo Salvatore suo crucifixo et in ipsa veritate defixis oculis, velit hoc, quod scribo, etsi fusius scribo, peramanter, benigne et considerate dispicere, et quod Deus, conscientia et aequitas commonstrabit, illi animitus annuere.

A tanto⁹⁴ annorum temporumque lapsu, nos Uniti peroptavimus omnes, cum fratribus nostris Disunitis, habere quandoque congressum, consilium ac deliberationem; ut in illa uno, vero, bono nobiscum agnito, non amplius in nos populum irritarent; sed ad haec usque tempora littus aravimus. Enimvero notum est Patres sanctos, omnes in Ecclesia Dei excitatas controversias per conventus fratrum solvisse. Neque prius pessimus quisque haereticus causa cecidit, nisi auditus et iudicatus ab Ecclesia; siquidem ius gentium est, inaudita causa, neminem condemnare.⁹⁵ Nobis vero inauditis, ferme igni et aqua interdicitur.

⁸⁹ Gen. 27,28.

⁹⁰ Nota: « Ex pace laudandus Deus ».

⁹¹ Nota: « Ex bello in religionem lamentandum ».

⁹² Iob 30,26.

⁹³ Nota: « Attentio et deprecatio ».

⁹⁴ Nota: « Defensio Unionis ».

⁹⁵ Nota: « Prima propositio: Nil rei sunt uniti, quia veram sequuntur fidem ».

Primo,⁹⁶ Christi Servatoris in codicibus sacris, Patribusque Sanctis sequimur Uniti fidem, cuius ergo sceleris rei sumus? Utique Salvator unicus unicum fundavit Ecclesiam, non plures. *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam,*⁹⁷ non ecclesias. Unumque et eundem Petrum, supremum post se creavit pastorem, non omnes apostolos. *Pasce agnos meos, pasce agnos meos, pasce oves meas.*⁹⁸ Ac si diceret: omnes oves et agni mei, qui nunc sunt et postmodum erunt, sint oves tuae et agni tui, et tu sis illorum pastor. Quinimo siquidem eo tempore, quo id Dominus protulit, vix aliquae fuerunt oves et agni, exceptis apostolis, tum principaliter sancto Petro pascere commisit apostolos. Si enim apostoli sunt oves, sunt agni Christi, uti omnino sunt, sequitur Petrum eorum ipsorum per verba memorata *pasce* indubitate factum pastorem; quod si non sunt, ut quid eos habemus pro Sanctis? Quia vero idem Salvator effatus est: *Ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi,*⁹⁹ hoc est cum Ecclesia, quae est congregatio fidelium sub uno legitimo capite; igitur Ecclesiam suam fundavit usque ad consummationem saeculi, et talem, qualis tempore vitae eius fuit: fuit vero tempore vitae eius unica. Pastorem eius creavit unicum; proin sequitur, etiam post mortem eius Ecclesiam esse unicum, pastorem eius unicum. Neque ullum alium, nisi Petrum sanctum, et post illum eius successores.

Hic¹⁰⁰ itaque primus apostolus et pastor cum aliis apostolis, hominum (f. 67) aliorum pastoribus, suis vero ovibus, uti caput cum membris, Ecclesiam Dei id temporis constituentibus, tradito nobis symbolo, in quo usque ad consummationem saeculi intonabimus: *Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam;*¹⁰¹ cum alii particulares fundant cathedras, erigit in primis patriarchatum Antiochiae, anno Domini 39. Ubi vicario suae potestatis constituto Evvodio, vadit Romam, ibique fundat suam cathedram, anno divino 45.¹⁰² Hinc eodem tempore mittit S. Marcum et Alexandriae patriarchatum suscitatur Alexandrinum.¹⁰³ Igitur non sine mysterio in hisce tribus urbibus fundati sunt primi a Petro sancto throni. Quarum Antiochia caput fuit regnorum Asiaticorum, to-

⁹⁶ Nota: «Primatus Petri et successorum Scriptura probatur».

⁹⁷ Mat. 16,18.

⁹⁸ Ioan. 21,15-17.

⁹⁹ Mat. 28,20.

¹⁰⁰ Nota: «Probatur idem primatus inductione hystorica ex cathedris Petri.

¹⁰¹ Nota: «Slavonice citatum».

¹⁰² Nota: Leo Allatius, De concordia occidentalis et Orientalis Ecclesiae, lib. I. c. 2, ex variis.

¹⁰³ Nota: Idem ibidem.

tiusque Orientis civitatum sub Oriente positarum caput et mater.¹⁰⁴ Alexandria fuit princeps dominiorum Africae et Aegypti meridionalium;¹⁰⁵ non Aegypti solum, verum etiam Thebarum et Lybiae principatum obtinens. Roma fuit vertex non solum ditionum Europae occidentalium et septentrionalium, sed etiam totius universi, urbs rerum domina et orbis caput.¹⁰⁶ Proinde Petrus quoque sanctus, accomodans spiritualia temporalibus, per supradictos patriarchatus potestatem suam super omnes totius universi oves dilatavit.¹⁰⁷ Ad extremum Romae pro fide sancta trucidatus, principali sua eam cathedra decoravit, necnon successoribus suis Pontificibus Romanis, datam sibi a Christo Servatore universalis regiminis ac pastoratus potestatem perpetuis temporibus communicavit. Ut unica a Christo fundata Ecclesia usque ad consummationem saeculi unicum haberet pastorem. Et esto obiiciant nonnulli, quia Christus Dominus Hierosolymis mortuus est, sequi potestatem Christi esse debere in Hierosolymitanis successoribus;¹⁰⁸ sed hac super re nec iota, nec nota in Scriptura, ut Iacobo sancto Episcopo Hierosolymitano potestatem suam communicaverit Salvator, etsi ibi sit mortuus; at de Petro sancto sole clarius atque ubi ipse est mortuus, ibi potestas a Christo ipsi collata remansit et in successores est effusa.

Quapropter¹⁰⁹ divus Chrysostomus (ut Patrum afferam auctoritates) ait: *Christus per haec verba erexit animum Petri, constituens illum pastorem totius orbis terrarum, datisque illi clavibus, tradidit mortali homini cunctorum, quae in coelo sunt, potestatem.*¹¹⁰ Ille vero magnus in scriptis suis Chrysostomi sancti imitator, Theophilactus, ut est in voluminibus slavonicis, super Ioannis cap. 21 ait: *Commisit siquidem Petro omnium protectionem; esto enim Hierosolymitanum (f. 67v) thronum Iacobus suscepit, sed Petrus totum universum.*¹¹¹

Petri vero sancti potestatem super successores etiam Pontifices Romanos propagatam esse, nihil certius est apud Patres. Habetur in iisdem nostris slavonicis voluminibus. Tarasium patriarcham Constantino-politanum ad Adrianum Pontificem Romanum talia scripsisse: *Petro divino apostolo, cuius sedem consecuta est fraterna Vestra Sanctitas, qui uti*

¹⁰⁴ Nota: Chrysostomus, Hom. ad pop. Antioch., 3.

¹⁰⁵ Nota: Theodoretus.

¹⁰⁶ Nota: Cicero.

¹⁰⁷ Nota: Deductio patriarchatus ex Primatu Petrino.

¹⁰⁸ Nota: Deductio primatus ex sede Petri stabili, morte determinata.

¹⁰⁹ Nota: « Idem Petri primatus probatur a Patribus ».

¹¹⁰ Nota: Chrysostomus, Hom. 54 super Matth.

¹¹¹ Nota: Theophilactus, Super Ioan. cap. 21, slavonice citatum.

*Simonem Magum hos deposuisti etc.; fraternus enim Vester sacrosanctus pontificatus legitime et secundum voluntatem Dei regendo pontificale sacerdotium, celeberrimam habet gloriam.*¹¹²

Quo in loco per transennam adnoto, quam inique nostrates 25 februarii in Breviario nostro, nescitur unde, affirmant, quasi is Tarasius memoratum pontificem symoniae arguerit; quem enim tantopere extollit, ut Petrum nominet, cui symoniacorum depositionem adscribit, non illum certe symoniae arguit. Quo cautelae ergo in aliis similibus adiecto, rem meam prosequor, et nonnulla sancti Theodori Studitae verba hic adscribo; qui pressus haeresi Iconoclastarum, divum Leonem pontificem sic alloquitur: *Salva nos, archipastor Ecclesiae, quae sub coelo est, perimus.*¹¹³ Eius vero successorem Paschalem talibus compellat: *Audi apostolicum caput, a Deo praeposite pastor ovium Christi, ianitor coelorum regni, petra fidei, super quam aedificata est Ecclesia catholica. Petrus enim tu, Petri sedem exornans et gubernans.*¹¹⁴

Id ipsum¹¹⁵ sane de eo Pontificis Romani primatu, omnes sanctae statuunt Synodi, in quibus aut ipse Pontifex Romanus principem locum tenuit, aut eius delegati, esto simplices fuerunt monachi. Atque ut missas faciam alias, in septima generali Synodo dicitur (ut habetur in Slavonico Synodorum codice): Primores autem habuit sacer huius exercitus, Adrianum Papam Romanum, qui loco sui misit Petrum, devotum archipresbyterum S. Romanae Ecclesiae, et alium Petrum presbyterum, et igumenum Romani monasterii Sancti Sabbae, ad haec Ioannem et Thomam, ambos monachos et presbyteros, directionem habentes orientalium apostolicarum sedium. Insuper cum his Tarasius patriarcha Constantinopolitanus, etc.¹¹⁶ Minio notandum: *Directionem habentes.* Eos videlicet monachos et presbyteros simplices, sicut nunc apud varios monarchas Nuntii apostolici, directionem habuisse orientalium apostolicarum patriarchalium sedium. Pro cuius rei maiori luce et solidiori confirmatione in medium adduco Carthaginensis Synodi verba slavonica:¹¹⁷ Erant autem cum sanctis Patribus in hac synodo et custodes (f. 68) loci, a Pontifice Romano missi; *custodes autem loci* ideo vocantur, quia a Pontifice mittuntur in omnes regiones et civitates, ut exequantur sibi commissa,

¹¹² Nota: Tarasius ad Adim., slavonice citatum.

¹¹³ Nota: Theodorus Studita, Ad Leonem Pontificem.

¹¹⁴ Nota: Idem, Ad Paschalem.

¹¹⁵ Nota: « Idem probatur Synodis ».

¹¹⁶ Nota: In Summa Synodorum Slavonica, et citatum slavonice ex 7-a Synodo.

¹¹⁷ Nota: Synodi Cartaginiensis verba slavonice citata.

et locum ipsius tenentes, honorentur loco Pontificis, prospiciendo et custodiendo in omnibus regionibus veram fidem. Apostolicam enim Sedem, Romanum thronum vocarunt: siquidem princeps apostolorum Petrus in eo clarificatus est, et post se primum Pontificem Linum in eo constituit. Sileo hic, quomodo Pontifices Romani alios deponebant, alios constituiebant patriarchas; quomodo ad illos ab omnibus et in omnibus iniuriis atque controversiis appellabatur; quomodo absque voluntate eorum, nec designabantur, nec confirmabantur Synodi; plenae de his ecclesiasticae hystoriae, tomi synodales, Patrum vitae, et synodici slavonici; quos, veluti tot Iliades, in nucem unicam arduum est concludere.

Verum enimvero¹¹⁸ origo iam hic malorum Ecclesiae nostrae quasi digito praetense monstranda devenit. Posteaquam tyrannis ethnicorum abolitis, Ecclesiae suae contulit Altissimus principes christianos, et favor humanus in Hierosolymam sanguine sacratam Salvatoris propendere coepit, ecce tibi factum canonem, ut habemus in slavonico: episcopus Aeliae honoretur, integro permanente metropoliae Palaestinae statu.¹¹⁹ (Hierosolymam Aeliam vocavit a se caesar Aelius Adrianus, cum eam eversam restaurasset). Quo canone esto alii deducant, ac totum exemplum a iurisdictione Caesariensis et Palaestinae metropolitani fuisse episcopum Hierosolymitanum, et specialem factum patriarcham; verumtamen contrarium sentiunt alii. Et licet ampliorem quendam habuit honorem, nihilominus tamen sub potestate sui manebat metropolitani in patriarchia Antiochena; quod tempore etiam Hieronymi sancti observatum.¹²⁰ Sane postmodum Iuvenalis Hierosolymitanus in Concilio generali Ephesino id intenderat, ut ipsi tota pareret Palaestina. Sed sanctus Cyrillus in hoc ipsi contradixit.¹²¹ Tandem in synodo Chalcedonensi effecit, ut Antiocheno darentur duae Phaeniciae et Arabia, aliaeque gentes remotiores; illi vero tres Palaestinae. Verumtamen isti quoque constitutioni opposuit se sanctus Leo Pontifex, praeiudicium Antiocheni vindicans, ne ad exitum deduceretur.¹²² Ad extremum usu vel abusu haec Hierosolymitani potestas in legem transiit.

Perbelle etiam notum,¹²³ primum illum christianitatis principem, Cons-

¹¹⁸ *Nota:* « Prima origo schismatis orientalis et recessus Graeciae a Petri primatu, evecta Hierosolyma ad patriarchatum.

¹¹⁹ *Nota:* Nicaena Synodus, I, can. 7.

¹²⁰ *Nota:* Epist. 61 ad Joann. Hierosol.

¹²¹ *Nota:* Epist. 61 S. Leonis PP. ad Maximum Antiochenum.

¹²² *Nota:* Idem ibidem.

¹²³ *Nota:* « Pertinet ad eandem originem Byzantium evectum ad caesareum thronum ».

tantinum Magnum, Sylvestro sancto ex humilitate sua Roma cecidisse, ac imperialem thronum Byzantium transtulisse.¹²⁴ Quod Thraciâ concluditur, ad metropoliam vero pertinuit Heracliensem, sed et illud scitu dignum Europam totam in qua Thracia ad particularem dioecesim Romanam pertinuisse.¹²⁵ Possidebat (f. 68v) itaque Romanus Europam universam, et post plurima addit Pannoniam et totum Illyricum, Macedoniam et Thraciam, in qua Bizantium et quae ultra sese extendunt regiones occidentales, haec omnia Romano subdebantur. Sit sane baptisatos fuisse Ruthenos a Constantinopolitano patriarcha; ex eo tamen, quia Russia est pars Europae, una cum patriarcha suo ad Romanam pertinet dioecesim; et longe magis quod Romanus Pastor sit universalis totius christianitatis, quod supra deductum.

Hisce propositis, ad scopum tendo.¹²⁶ Episcopi Byzantini post translatum caesaris thronum, cum hinc maiestatis caesareae gloriam, senatus Romani splendorem, opum in thronum suum profusarum copiam advertissent, inde vero aliorum patriarcharum honorem, super tot episcopos potestatem, dioeceseon eorum latitudinem, uti communiter humana mens aemulatione tangitur, ipsi quoque ad paria, stimulante zizaniorum seminatore inimico, contendere coeperunt. Et vel decreto synodali, vel sancito principum, de quibus altum silentium, excusso metropolitani Heracliensis iugo, Archiepiscopi facti. Sub quo tamen honore episcopum nullum habuerunt.¹²⁷ Hoc autem saepe et alibi contingebat, aut propter excellentiam urbis, aut propter personae merita, per intercessionem, quandoque etiam sanctionem principum.

Anno ¹²⁸ tamen divinae incarnationis 382, post annos 62 a Hierosolymitani episcopi exaltatione, proceditur in secunda generali Synodo canon tertius (ut est in Synodo slavonica): Constantinopolitanae civitatis episcopus post Romanum honoratus est.¹²⁹ Additur in latino et graeco, eo quod sit ipsa nova Roma. Ita asserunt varii authores Graeci; sed ex compluribus intelligitur, non fuisse id in Concilio statutum, verum post Concilium additum. Cuius rei non postremum videtur esse documentum. S. Chrysostomus, pluribus post hanc Synodum vivens annis, et Constantinopolitanum gerens archiepiscopum, a Theophilo Alexandrino ad iu-

¹²⁴ *Nota:* Theodorus Balsamon in medietatis.

¹²⁵ *Nota:* Nilus Doxopatrius.

¹²⁶ *Nota:* « Post Byzantii seu Constantinopolis elevationem, elevat se eius episcopus in archiepiscopum ».

¹²⁷ *Nota:* Theodorus Balsamon in medietatis.

¹²⁸ *Nota:* « Ex archiepiscopo Byzantino fit patriacha ».

¹²⁹ *Nota:* Synodus 2, can. 3, slavonice citatum.

dicium extra suam dioecesim evocatus, post multa defensionis capita non alio se defendit modo, nisi Synodi Nicenae statuto, ne episcopi extra suam iudicarentur dioecesim. Colligitur ergo non fuisse adhuc dictum canonem, pro sede Constantinopolitana latum: nam si divus scivisset Chrysostomus, se post Papam Romanum esse secundum, unico verbo Theophilum refelleret, non posse videlicet se ab eo uti inferiore iudicari.

Confirmant¹³⁰ postmodum eum canonem suum Graeci in Synodo generali Chalcedonensi, post abscessum legatorum sancti Leonis Romani Pontificis; quemadmodum ait textus slavonicus: Novae Romae episcopus veteris Romae episcopo aequalis honoris, propter potestatem principatus. Ideoque Pontici, Asiatici, Thracici, et Barbariae a Constantinopolitano episcopo ordinentur.¹³¹ Quo audito, legati illi reversi sunt, contradixerunt, (f. 80) protestati sunt¹³² dicentes: Si habetis vestrae sedis privilegia, ut quid ea nunc procuratis? Si non habetis, ut quid cum praeiudicio aliorum illa ingeritis? Sed et ipse Anatolius patriarcha Constantinopolitanus dicto Pontifici reconciliatus, postmodum illum e medio Synodi eiecit canonem.

Insuper confirmant eandem potestatem suam in Synodo Trullana Constantinopoli in haec ipsa, ex slavonico, verba: Constantinopolitanae civitatis episcopus sit post Romanum, aequalem accipit potestatem;¹³³ quam Synodum suam particularem sextae adiungunt generali, ut Macarius testatur Ancyranus.¹³⁴ Esto ea Synodus iuxta patriarcham Tarasium, oratione ad Patres septimae Synodi, act. 4, annis 4 aut 5 post; iuxta alios annis decem, iuxta Theophanem Constantinopolitanum patriarcham annis 27 generalem sextam sit consecuta. Causam vero non causam huius adiunctionis praetexunt, quod neque in quinta, neque in sexta Synodo ullos sancti Patres canones statuerint. Quasi vero absque canonibus Synodi generales esse non possent, quae tantummodo, ut sanctus testatur Leo, ad extinguendas haereses et fidem catholicam stabiliendam congregantur. Adde quod Synodus quinta generalis centum viginti novem annis sextam in celebratione sine canonibus praecessit, habuitque suam infallibilem auctoritatem. Ecquid ergo etiam sexta eandem non deberet habere? Sed id totum Graeci adstruebant, ut auctoritatem generalis Synodi privatae in Trullo conciliarent.

¹³⁰ *Nota:* « Confirmant Graeci eum Constantinopolitani honorem in Synodo Chalcedonensi ».

¹³¹ *Nota:* Syn. Chalcedonensis, can. 28, slavonice citatum.

¹³² *Nota:* « Sed irritato conatu ».

¹³³ *Nota:* « Confirmant Synodo sua Trullana, can. 36, ex slavonico citatum ».

¹³⁴ *Nota:* Ancyranus in expositione Synodi slavonica.

Ad haec illi partium Romanarum defuisse episcopos, attestatur quidam Graecus.¹³⁵ Verum absentibus Romanis, qui sextae Synodi canones dicuntur, non multo post sub Rinothmeto (Iustinianus ille fuit) publicati sunt, ex quo coeperunt Romanorum defectus refelli, quos refellunt canones 62, 65, 67, qui non videntur recepti a Romanis, neque usu aliquo comprobati. Unde infertur eam Synodum Trullanam non habere auctoritatem Synodi generalis;¹³⁶ cuius rei confirmandae serviunt verba sancti Stephani novi, pro iconibus martyris, dicta de Synodo iconoclastarum:¹³⁷ *Quomodo vero qui sancta abiicistis, sanctam hanc statuere vultis synodum? O absurdum! quomodo etiam generalis vocabitur, cui non consensit Romanus protothronius? sine quo non possunt statui res ecclesiasticae.* Serviunt etiam septimi Concilii generalis in eosdem prolata iconoclastas.¹³⁸ Quomodo autem magna et universalis etc., quam neque receperunt, neque concordaverunt reliquarum praesules ecclesiarum, sed anathemati hanc transmiserunt. Non habuit enim illius temporis Romanum Papam, vel eos qui circa ipsum sunt sacerdotes; nec etiam per vicarios eius, neque per encyclicam epistolam, quemadmodum lex dictat conciliorum. Per eiusmodi igitur Synodorum supradictarum canones, etsi non solum Romanae (f. 80v) Sedis, verum etiam aliarum sedium patriarchalium depressarum intercederent contradictiones, Constantinopolitana sedes ad patriarchatum super alias ascendit. Ex ea solum ratione, quae in canonicis dictis est proposita, in cuius explicatione Alexius Aristinus¹³⁹ in textu slavonico sic ampullatur: *Siquidem caesare et senatu honorata est civitas haec, aequalem accepit superioratum veteri Romae.*

Atque inde sequitur superioratum Constantinopolitanum et per canones, et per dictum authorem non ex data coelitus potestate, sed ex potentia saeculari profluxisse. Et quia aequale caput per illos creatur Romano Pontifici, sequitur duo aequalia capita unius Ecclesiae Dei esse; apage monstrum! Deinde quandoquidem idem Aristinus, explicans verbum *post Romanum*, ait:¹⁴⁰ Ut non honore secundus sit post Romanum sed tempore; sequitur ante tot centena annorum a Christo fundatam Ecclesiam, duo capita non habentem, fuisse penitus imperfectam. Quinimo ait quidam, thronum apostolicum Romanum propter translatum caesareum thronum etiam superioratum perdidisse. Quando vero cessavit esse

¹³⁵ Nota: Niceta Graecus.

¹³⁶ Nota: « Sed Trullana Synodus probatur non esse generalis ».

¹³⁷ Nota: In Vitis Patrum slavonicis.

¹³⁸ Nota: Synodus 7-a, act. 6.

¹³⁹ Nota: Alexius Aristinus ex slavonico, slavonice citatum.

¹⁴⁰ Nota: Itidem slavonice citatum.

imperatrix etc., tanquam quae imperio exciderit, excidit quoque et privilegiis et primatu.¹⁴¹ Ea etenim ut imperans possidebat, et remansit primus vere imperantis Constantinopolis thronus, cum primus thronus imperare cessarit. Quod ipsum varii quoque Graeci existimant. Unde non minus contra Aristinum, quam contra Doxopatrum, aliosque argumentum, ut aiunt, emergit ad hominem. Siquidem Constantinopolitanorum caesarum christianorum potestas translata est ad imperatores Turcicos, sequitur potestatem quoque patriarcharum translata ad spirituales superiores Turcicos, neque Ecclesiam Dei in mundo superesse, quod caput eius non supersit.

Inprimis enim Romae non est per adversarios, Constantinopoli non est per vim argumenti, quod aiunt ad oculum. Ubinam ergo est? Heic, quo vadit mens humana, non Deo, nec verbis eius, sed hominibus et edictis principum innixa! Et ex hisce edictis principum saecularium, simulque ex misera ambitione, prodiit importunus titulus Constantinopolitanorum patriarcharum, oecumenicos seu universales pastores sese vocantium, sed quam iuste vel lippii viderint.

Sane omnes passim Graeci, sedi Romanae contrarii, hocce robur Achillaeum sui primatus existimant, per Patrum et imperatorum statuta, primatem Ecclesiae fuisse et esse debere. Verum hac in re veri orthodoxi coelo et terra discrepant, dicentes: Non a Patribus sanctis primatum Pontificibus Romanis concessum, sed a Christo Domino per Petrum sanctum. Neque a caesaribus christianis per illorum sancita, sed longe ante ipsos. Operae pretium hic fuerit commemorare, quid actum fuerit cum Paulo Samosateno, patriarcha Antiocheno, secunda eiusdem urbis Synodo, ante ipsam Nicenam (f. 81) primam. Patres sancti, inter quos fuerat Gregorius Thaumaturgus, de sede sua eum Paulum, quod simplicem hominem Christum Dominum faceret, deponunt; pervicaciter ille resistit. Patres ad caesarem Aurelianum, christianis faventem, refugiunt, taleque responsum, quale in slavonicis habemus canonibus referunt.¹⁴² Ille vero Romanae Ecclesiae episcopo et qui cum illo episcopis mandavit inquirere: et si iuste depositus esset, expellendum eum a christiana Ecclesia; quod et factum est, ut Eusebius Pamphiliae scribit. Hic pedem figo et inquiri: quo iure a caesare Aurelio remissus fuerat ad Pontificem Romanum Paulus? iurene caesareo christiano? Sed quia id ante christianos fuerat caesares, quomodo ius istud ethnicus debuit statuere? Nemo enim dat, quod non habet. Iure ne Patrum? Sed hac de re, ne mentio

¹⁴¹ *Nota:* Nilus Doxopatrius in Allatio.

¹⁴² *Nota:* In Synodo Antiochena II, citatum slavonice.

quidem in Patrum canonibus, qui id temporis vix aliqui fuerunt. Quo ergo? Iure divino, iure Christi, quod dedit Petro sancto, et per ipsum eius successoribus, ex instinctu Patrum memoratorum, caesar ad Romanum hunc Paulum remisit Pontificem. Ideoque nihil habet imperans civitas ad primatum Ecclesiae Dei, et sublata potestate saecularis domini non tollitur potestas spiritualis regiminis, neque per hostes dominia occupantes, neque per haereticos sedem Ecclesiae invadentes; *portae enim inferi non praevalent*¹⁴³ ei. Sic quando Constantinus Magnus Sylvestro Pontifici Romano ipsâ cedebat Româ, in edicto suo, divinam potestatem honorando, non vero suam illi aut imperantis civitatis tribuendo cedebat.¹⁴⁴ Verba edicti sunt: *Quoniam ubi principatus sacerdotum et christianae religionis caput ab imperatore coelesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem.* Sed ad filium. Ita exaltati modis suis patriarchae Constantinopolitani, non duntaxat ex Antiochena Asiaticas, ex Alexandrina varias Graecas et Aegyptias, verum etiam ex Romana dioecesi Thracicas, Hellesponticas, aliasque nationes regimini suo cum titulo Oecumenici adiecerunt; ac proinde ansam quoque originalem dissidiorum in Ecclesia Dei praeberunt, de quo Nicaetas Nicenus ait. Sub Marciano, cum certior esset factus Papa Leo, Constantinopolitanum paulatim alienas sedes rapere et propriae potentiae addere, litteras Papa dedit Anatolio; licet nihil egerit: ex eo enim tempore Constantinopolitani antistites propria augere persistebant, et ob similem raptum dissidium ortum est. Longe vero magis id fecerunt postmodum, ut inferius patebit.

Altera separationis Graecorum a Capite Ecclesiae Dei causa:¹⁴⁵ haeresis iconoclastarum; propter quam, cum a Pontifice Romano Gregorio II et III excommunicatus esset Leo Isaurus, caesar, et ab obedientia eius omnes Italicae, aliaeque recessissent (f. 81v) gentes et se ipsas regere incepissent, tum imperatorum Graecorum in Pontifices Romanos Vatiniana exorta sunt odia; ita, ut etiamsi haeresis cessarit, manebat alta mente repostum iudicium Paridis, et avulsio nationum. Proinde ubicunque poterant, licet non omnes, sedi Romanae nocebant et ab obedientia eius integras nationes abducebant. Ipsi etiam patriarchae partim suum recognoscebant caput (cum alicuius probatae essent pietatis), partim in-

¹⁴³ Mat. 16,18.

¹⁴⁴ Nota: Vide totum decretum mirabile apud Gennadium Scholarium, patriarcham Constantinopolitanum; c. 5, sect. 3, et in Corpore Iuris Canonici, dist. 96, et I tomo Conciliorum, pag. 321.

¹⁴⁵ Nota: « Secundo origo et causa avulsionis Graecorum a primatu Petri: haeresis iconoclastarum imperatorum ».

tegre illi renunciabant; audaciusque promoventibus imperatoribus, primatus auctoritatem assumebant. Quos inter promotus a Michaële caesare Photius, schismatis antesignanus (quando sanctum Ignatium patriarcham sede eiecit Constantinopolitana, ipse etiam postmodum a Basilio caesare anno 863 eiectus et a Nicolao Papa excommunicatus, sanctus vero Ignatius restitutus), coelum terramque in Ecclesia Dei miscuit, omneque malum, uti ex equo Troiano, catervatim ex eo promanavit. Moretur qui vult in hystoriis, ego cursim propero. Verumtamen iterum atque iterum ad obedientiam redibant alii; alii vero iterum atque iterum recidebant, mirabilesque calumnias ex odio in Sedem Romanam comminiscabantur. Omnium nihilominus principes egere, hic ipse Photius et Michaël Cerullarius. Fuitque, ut hystoriarum periti asserunt, quod Graeci, ante captam Constantinopolim, terdecies ad obedientiam Romanae Sedis redibant; tandem ob infelices discordias, inaestimabili orbis christiani dolore, cum dominio et libertate perierunt.

Eiusmodi in nostra quoque Russia,¹⁴⁶ quod ad obedientiam Sedis Romanae attinet, fuerunt vicissitudines. Quando enim Russia generalem baptismum anno 990, sive anno 1000 iuxta nostros annales slavonicos, iuxta vero Baronium millesimo octavo suscepit, imperantibus Constantinopoli Basilio et Constantino fratribus, duce Russiae Vladimiro, patriarcha Nicolao Chrisobergo sedem Constantinopolitanam regente, qui primum metropolitanum Kioviensem Michaëlem Graecum creavit. Tum quia id temporis infallibiliter omnes patriarchae in obsequio Sedis Romanae fuerunt, consequenter etiam in eo nostrum archipastorem fuisse dicendum est.

Secundus metropolitanus Kioviensis sub annum millesimum vigesimum, ut in slavonicis annalibus, episcopatus Russiae ordinavit, idque tempore Eustatii patriarchae Constantinopolitani, qui cum Basilio imperatore Romam ad Pontificem pro impetranda mittebat licentia tituli oecumenici usurpandi in orbe suo, quem usurpat Romanus Pontifex in universo. Quod licet ei denegatum fuerit, integre tamen in Romana permansit unione. Ergo et noster Leontius metropolitanus.

(f. 82) Tertius fuit Theopemptus circa annum 1034. Hic etiam unicus fuit sub Iaroslao principe Russiae, qui post obitum eius, anno 1051, Hilarionem primum de gente Ruthena, suis episcopis, non misso eo Byzantium, in metropolitanum initiari mandavit. Non sine mysterio: nam Michaël Cerullarius eo in tempore patriarcha, Sedis Apostolicae Romanae iugum excussit.

¹⁴⁶ Nota: « De oboedientia Russiae varia, et series metropolitanorum unitorum ».

De quinto metropolitano Russiae, sexto et septimo, fuerintne disuniti, necne, nihil constat.

Octavus expresse coluit unionem, dictus Ephraem; quia festum Translationis sancti Nicolai Myrrhensis ad civitatem Barensem a II Urbano Pontifice Romano institutum is in Russia recepit, et maii 9 celebrari iniunxit, quod hucusque Graeci non recepère. Extat de hac translatione et de miraculis in ea factis fusissima narratio in libris Ruthenicis.

Decimus tertius Clemens metropolitanus sub Isiaslao principe Russiae, a suis itidem episcopis sacris initiatus, sine ullo recurso ad Constantinopolitanum patriarcham, cum superimpositione ei capitis sancti Clementis martyris et Pontificis Romani, certusque fuit unitus cum suo successore, circa annum 1170, aliosque; ita annales Rutheni.

Pariter decimus quintus Ioannes, Constantinopoli missus, a Rosci-lao principe Russiae remissus, nec prius receptus et admissus, quam plurimis donis et precibus a caesare Graecorum Emmanuele Comneno placatus fuisset, ut est in Chronico Rutheno. At posteaquam anno 1200 Latini Constantinopolim et imperium Graecum occuparunt, atque ad annum circiter 1250 tenuerunt, patriarchae quoque Latini fuerunt, proinde credibile est etiam Kioviae iisdem obsequentes fuisse, uno dempto Iosepho.

Vigesimus secundus metropolitanus Kioviensis, Cyrillus tertius, unionem sanctam profitebatur, quo vivente Constantinopolis a Michaële Paleologo eliberata, concordia Graecorum in concilio Lugdunensi facta,¹⁴⁷ et tota vita Michaëlis servata, sub patriarcha Vecco.

Vigesimus tertius Maximus Graecus, a Vecco consecratus, non nisi unitus potuit esse, utpote ab unito consecratus.

Vigesimus etiam quartus gente Ruthenus, nomine Petrus, similiter in unione fuit sancta, et vir sanctus, memoria eius recolitur apud nos Ruthenos 21 decembris. De vigesimo quinto Theognosto nil constat, utrum fuerit unioni contrarius.

Vigesimus sextus Alexius, Ruthenus, vir sanctus, et in unione sancta fuit, ut eius vitae hystoria 12 februarii in libris Ruthenicis testatur. Eiusdem (f. 82v) etiam mentis fuit successor eius Cyprianus.

Vigesimum octavum a Graecis missum, nomine Photium,¹⁴⁸ dux Lithuaniae et Russiae Vitoldus cum episcopis Ruthenis sede Kioviensi deturbavit, Gregorium Cemiulacum,¹⁴⁹ vigesimum nonum, in albo metropolitanorum eligi et consecrari a Ruthenis episcopis curavit. Hic ad Co-

¹⁴⁷ *Nota:* Conc. Lugdunense II, an. 1274.

¹⁴⁸ *Nota:* Photius Metrop. Kioviensis ann. 1408-1431.

¹⁴⁹ *Nota:* Gregotius Cemblak, Metrop. Kioviensis, ann. 1415-1419.



GEORGIUS LIPPAY - ARCHIEPISCOPUS STRIGONIEN.
(1645 - 1667)

stantiensem scripsit Synodum, ut Patres de unione Ecclesiae Graecae laborarent. Eodem tempore eadem super re Emmanuel, caesar, cum Euthymio patriarcha solliciti fuerunt.

Trigesimus fuit ille magnus Isidorus, Kioviae metropolitanus, qui cum Iosepho patriarcha et caesare Graecorum Ioanne Paleologo in Synodo Florentina unionem suscepit, ab Eugenio IV cardinalis factus.

Eum consecutus est trigesimus primus Gregorius archimandrita Constantinopolitanus sancti Demetrii, quem, Isidoro promovente et libere metropolia cedente, Pius II Pontifex Romanus consecravit et Russiae in metropolitanum dedit, de quo Ruthenici et Moschovitici annales.

Trigesimus secundus Misaël, episcopus primum Smolenscensis, tandem metropolitanus Kioviensis cum magnatibus Russiae et variis e clero Rutheno praelatis totaque Russia ad Sixtum IV Pontificem Romanum cum obedientia legationem expedit, et iubilaeum sibi dari petiit. Extat hac super re nobilissima epistola in libris Slavonicis¹⁵⁰ ad acta civilia Vilnensia porrecta cui inter caeteros nobilissimos viros Michaël frater Regis Poloniae Casimiri, dux Lithuaniae, Ruthenus subscribit, et alii duces variique magnates.

De trigesimo tertio Simeone metropolitano nec pro nec contra habemus. Quem trigesimus quartus Jona Hlezna anno 1482 sequutus, obediens fuit Romanae Ecclesiae. Similiter etiam trigesimus quintus Macarius, qui praedictae epistolae, archimandrita existens Vilmensis, subscripsit.

Trigesimus sextus fuit Iosephus Soltan, zelosus unitus, a Moschis vocatus Latinus, cuius tempore Russia ad Niphonem Constantinopolitanum patriarcham scripsit, quod unionem cum Romanis in Florentina synodo receptam servare velit, nec contradixit ille, sed tueri et servare iussit. Est eiusdem Niphonis epistola graece scripta anno 1497, aprilis 5, servaturque in Archivio Unionis.¹⁵¹

Regnante regina Helena, Moschovitica de gente, Alexandro Regi Poloniae nupta, multum invaluit schisma, sed tamen etiam eo in tempore episcopus Chelmensis Ruthenus unionis excellentissimum privilegium a Vladislao III, Hungariae et Poloniae Rege, anno 1443 datum,¹⁵² confirmat apud Alexandrum Regem anno 1504. Vicarius autem metropolitani Macarius Tuczapski idem privilegium cum nonnullis nobilibus Ruthenis anno 1537 ad acta Leopoli porrigit; (f. 83) idem privilegium Vladislavianum Ionas Sosnowski episcopus Chelmensis confirmat apud

¹⁵⁰ Cfr. *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. IX-X, pag. 5-30, nr. 4.

¹⁵¹ Cfr. *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. I, pag. 5-7, nr. 7.

¹⁵² Cfr. M. HARASIEWICZ, *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 78-81.

Sigismundum Primum anno 1543. Similiter Zacharias episcopus Chelmenensis Ruthenus confirmat idem privilegium Unionis anno 1567 apud Sigismundum Augustum. Ex quibus patet, licet Helena regnante, et post illam invaluerit schisma, tamen partim universalis aliquando, partim particularis extitit unio. Quomodo enim unitorum privilegium confirmare potuissent, si uniti non fuissent?

Post aliquot metropolitanos Iosepho Soltan succedentes, Michaël Ragoza quadragesimus quartus fuit metropolitanus; qui cum pastoratus sui ovile varie et graviter concidere animadverteret, oves vero passim ut dura robora in sylvis crescerent, et aliae ad Romanum Ritus, aliae ad haereses diffuerent, synodum episcopalem Belzae convocavit, ubi peractis nonnullis in rem Ecclesiae rebus, scriptum inter se omnes episcopi dederunt, manibusque suis et sigillis muniverunt, eo fine ut ad meditullium dioecesum suarum Brestam convenirent, quo tandem in loco post multa unicum concluderunt, amplecti cum Sancta Romana Ecclesia Unionem, quae hucusque inter tot discrimina rerum, virgula plane divina perseverat.

Atque hic¹⁵³ mihi incumbit cum omni reverentia et submissione iterato Vestram Ill.mam Celsitudinem, et quidem per viscera Iesu Christi exorare ut aequi bonique velit consulere, quod tam longus sim in scribendo, et venia mihi hac super re indulta, pro solo Deo, pro salute animarum, pro bono Russiae etiam ulteriora oculo benigno velit percurrere.

Graeci nostrates deterere volentes culpam suam, asserunt,¹⁵⁴ non se a Romanis, verum Romanos ab ipsis, et consequenter etiam a fide recessisse. At quomodo caput Ecclesiae Dei a suis membris recedere debuit? Et quidem illud caput, quod Christus constituit, illique dixit: *Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum; ego autem oravi pro te, ut non deficeret fides tua. Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.*¹⁵⁵ Et si hoc a Deo datum caput a fide recessisset, cum aliud a Deo non habemus, sequeretur etiam Ecclesiam ipsam penitus iam cecidisse, contra illud: *et portae inferi non praevallebunt ei.*¹⁵⁶ Afferunt nihilominus huius obiectionis rationem Graeci: quod Romani de Spiritu Sancto illud in simbolo: *Filioque* addiderunt, ideo a fide quoque recesserunt.¹⁵⁷

¹⁵³ Nota: « Attentionis renovatio ».

¹⁵⁴ Nota: « Excusatio Graecorum, cur a primatu recesserunt ».

¹⁵⁵ Luc. 22,31-32.

¹⁵⁶ Mat. 16,18.

¹⁵⁷ Nota: « Causa, quod scilicet Romani in Symbolo de Spiritu Sancto *Filioque* addiderint ».

Qua de re,¹⁵⁸ siquidem multa multi, ego tantum summis delibans labris, cum Florentina Synodo¹⁵⁹ (in qua omnes Graeci cum caesare et patriarcha Unionem sanctam amplexi sunt) dico: additionem illam non fuisse additionem, sed fidei contentae in verbis symboli declarationem. Et Synodus Ephesina generalis (ex qua Graeci in fide nil addendum obii-ciunt)¹⁶⁰ contrariam fidem in symbolo, non vero consonam et declarativam (f. 83v) addere prohibet. Facile id intelligitur ex ipso synodali contextu. *Secundum morem legatur*, aiunt sancti Patres, *fides Patrum Niceae, quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus, consonantes quidem confirmentur, discrepantes eiiciantur*. Non adduco hic brevitatis ergo ea de re concilii verba, et hoc procedendo aio, addidit Concilium Nicenum symbolo apostolico de Filio Dei, exceptis multis aliis verbis, *consubstantialiam Patri*; addidit Constantinopolitanum Primum de Spiritu Sancto: *Dominum vivificantem, qui ex Patre procedit*, et quaedam alia; hoc vero ex evangelio sancto, cuius summa est symbolum fidei. Et ideo, quia haec concilia non addiderunt contraria, sed consona fidei, non fuit id culpabile. Pari ratione addidit Concilium quoddam Romanum *Filioque*, quia id continebatur in verbis symboli, et evangelii: *qui ex Patre procedit*.¹⁶¹ Similiter in verbis aliis evangelii: *Quaecumque habet Pater, mea sunt*;¹⁶² idcirco non debet esse culpabile. Et enim deducitur clarissime, ex continente isto, procedere Spiritum habet Pater, contentum istud: ergo habet et Filius. Serviunt commode hic verba illa sancti Patris nostri Basili: *Quicumque intelligit Spiritum, intelligit et similiter comprehendit illum, ex quo est; intellecto Spiritu intelligitur et ille, cuius Spiritus est; et quia Christi est spiritus*.¹⁶³ Cur igitur et nos dicere non debemus, ex quo intelligitur Spiritus procedere a Patre, statim intelligi, quod procedat a Filio? Quandoquidem una est substantia aut natura Patris et Filii, ex qua Spiritus Sanctus procedit. Et consequenter quod est additum: *Filioque*, ex subintellecto in illo, *qui ex Patre procedit; et quaecumque habet Pater, mea sunt*, est additum. Hoc de additione sive fidei declaratione sufficeret. Verumtamen eadem verba dicti sancti Patris veritatem etiam processionis a Filio perbelle demonstrant; considerare tantummodo opus est illud: comprehendit illum ex quo est; et iterum, et quia Christi est Spiritus. Quibus iungo statim Epiphanium sanctum dicentem: *Pater filium vocat eum, qui*

¹⁵⁸ Nota: « Defensio ».

¹⁵⁹ Nota: Concil. Florentinum, collationes 7,8,9 et aliis.

¹⁶⁰ Nota: Conc. Ephesinum, act. 6.

¹⁶¹ Ioan. 15,26.

¹⁶² Ioan. 16,15.

¹⁶³ Nota: Basilius ad Greg. Niss. ep., 43.

*ex ipso est; Spiritum vero Sanctum qui solus ab utroque est.*¹⁶⁴ Et ulterius: *Spiritus semper est, non natus, non factus, non confrater, non nepos, sed est de substantia Patris et Filii.* Sanctus vero Pater Basilius alio in loco ait: *Quae necessitas, si dignitate atque ordine tertius est Spiritus, tertium quoque esse natura? Namque secundum esse a Filio, ab eo esse habentem et ab eo accipientem et annunciantem nobis, atque omnino ex ea causa pendentem pietatis tradidit sermo, etc.*¹⁶⁵ Ubi sanctus Pater asserit Spiritum Sanctum a Filio accipere et habere esse, sive naturam, igitur et procedit ab eo in eodem esse, uti a principio, sive iuxta Graecos a causa, idem quod principium. Cur autem Patres sancti in Synodo non addiderunt *Filioque*, inter alias causas dixerim,¹⁶⁶ ideo, ne aliquam ansam haereticis sentiendi praeberent, quod cum illis teneant de Spiritu Sancto, eum non esse Deum; hoc autem ex processione a Filio, quem Arriani ut Deum verum non crediderunt. Ac proinde quamvis vere a Filio procedat, absolute nihilominus, et contra Arrianos, (f. 69) et contra Macedonianos, ex evangelio confessi sunt eum a Patre procedere. Et sicut Filius Dei est verus Deus, qui ex Patre generatur, ita Spiritus Sanctus, quia ex Patre procedit.

Eadem ex causa sanctus Damascenus lib. I: De fide orthodoxa ait: *Spiritum Sanctum et ex Patre dicimus et Spiritum Patris nominamus; ex Filio vero Spiritum non dicimus.*¹⁶⁷ Ne videatur sentire cum Eunomio, aliisque id temporis haereticis; qui Spiritum Sanctum creaturam esse aiebant. *Nihilominus, ait Damascenus, propter memoratam rationem non dicimus Spiritum ex Filio esse, esto alio sensu verissimum sit. Quemadmodum esto Beatissimam Virginem verissime credamus esse Christiparam, sed non dicimus nisi Deiparam.* Ne videamur sentire cum Nestorio, qui in tertia generali Synodo damnatus est ideo,¹⁶⁸ quia dicebat Virginem et Matrem Dei simplicem hominem peperisse: quocirca nec Deiparam, sed Christiparam vocandam. Ad haec Damascenus ait: *ex Filio Spiritum non dicimus, originaliter, ut a causa originali, ut Graeci aiunt Procatartica; alio tamen sensu tot sancti dixerunt Patres, ipseque dictus doctor idem sentit, cum alibi de Patre loquendo et processione ab eo Spiritus Sancti, subdit: Et productor per Verbum explanantis Spiritus.*¹⁶⁹ Quibus verbis clarius Damascenus exprimit Spiritum Sanctum a Filio spirari. Hinc

¹⁶⁴ Nota: Epiph. in Anachoreto nr. 71.

¹⁶⁵ Nota: Basilius, lib. 3 contra Eunomium.

¹⁶⁶ Nota: « Cur Patres in secunda Synodo non addiderunt *Filioque* ».

¹⁶⁷ Nota: Damascen., lib. 1 De fide orthodoxa, cap. 12.

¹⁶⁸ Nota: In Summa III Synodi slavonica.

¹⁶⁹ Nota: Idem, lib. eodem, cap. 15.

quando Constantinopoli Synodus in Veccum patriarcham inique depositum, eiusque diaconos est celebrata,¹⁷⁰ coram Gregorio Constantinopolitano, Athanasio Alexandrino patriarchis, caesare Andronico, aliisque tam e clero, quam e laicis quamplurimis, verbis memoratis: *Pater productor per Verbum explanantis Spiritus*, et similitudinibus solis, ex quo radius et per radium lumen; fontis, ex quo aqua et per aquam flumen. Veccus cum suis processionem essentialem Spiritus Sancti a Filio, sive per Filium, tam fortiter deduxit, ut ab ipso patriarcha Constantinopolitano, male verba superiora interpretante (cum difficile alias esset negare sanctum Patrem) uti haeresim sapiente, omnes tum praesentes abscesserint. Sane licet Veccus cum suis ab imperatore, quasi propter pacem Ecclesiae, in exilium et ergastulum missus fuerit, nihilominus in cordibus hominum veritatis eius aculeus haesit altissime. Sed brevitatis studio omissis Pachymerae verbis Synodum hanc describentis, meam adiungo considerationem. Curnam Salvator Noster in evangelio non addiderit *et a Filio?* Humili meo assero sensu, ansam eum, cuicumque suspicionis daturum fuisse, ne hoc ille de alio quopiam asserere filio videretur, non vero de se ipso, qui verus filius fuit. Caeterum quod idem clarius asseruerit, ex illis deduci verbis: *Omnia quaecunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet*,¹⁷¹ et in slavonico editionis Ostrogiensis, *quia a me accipiet*. Quibus proprie pure (f. 69v) puteque exprimit sempiternam Spiritus a se tanquam Filio spirationem.

Illud porro quod Ecclesia nostra Orientalis canit, *a Patre procedit et in Filio requiescit*,¹⁷² sano accipiendum sensu. Deus enim in Deo non quiescit ut lassatus, absit, sed a Patre procedens, in Filio quiescit, ita ut extra Filium operatione sua interna non exeat, verum in illo terminum et quietem habeat. Vel in Filio quiescit, ut in homine, cum gratiis suis et donis; et in illo datarum a se illi gratiarum terminum et quasi quietem habet, ut maiores gratiae nulli mortalium, quam Christo Domino ut homini tribui conferrique valeant. Quemadmodum sanctus quoque Athanasius respiciendo ad caput Matth. 6, ex quo loco ille Ecclesiae nostrae profluxit cantus, quando in Iordane Spiritus Sanctus supra Dominum Nostrum specie columbina requievit, ita affirmat: *Ne credat quis, quod is, quod non habebat, accipiebat, is enim superne demittebat ut Deus, et inferne ipse eum suscipiebat ut homo. Ex eo igitur in eum descendebat,*

¹⁷⁰ Nota: Georgius Pachymeres de hac Synodo scribit in sua hystoria, quam citat Allatius in Concordia.

¹⁷¹ Ioan. 16,15.

¹⁷² Nota: « Slavonice citatum ».

*ex eius Deitate in humanitatem ipsius. Igitur et accipiebat Spiritum Sanctum Filius Dei uti homo, et requiescebat in illo Spiritus Sanctus ut in homine. Nihilominus tamen eum cum Patre suo mittebat uti Deus, in se uti hominem.*¹⁷³

Ad extremum adiecerim hic illa verba Ecclesiae nostrae, in ultima ad Spiritum Sanctum oratione tempore primae diei Pentecostes in vespers recitari solita, quam nostra euchologia slavonica patriarchae Constantinopolitano adscribunt Philotheo, licet in graeco non inveniatur; fortassis autem est eiecta, quia sensibus eorum contraria. Et incipit: *Rex coelestis, vere consolator animae etc.*¹⁷⁴ Ubi haec primo dicuntur: *Spiritus vere, Spiritus principalis, qui a Patris substantia et a deifico ore eius compersonalis spiratio etc.* Quibus in verbis notandum, Spiritum Sanctum vocari compersonalem, aut duarum personarum spirationem. At quae illae sunt? Non aliae certe, nisi Pater et Filius. Ulterius ait textus dictae orationis: *Spiritus Patris et a Patre, Spiritus Filii, Spiritus Christi. Illi*¹⁷⁵ *unius substantiae, et quod ab inde processio.* Et iterum: *Hi unius substantiae, et quod inde elocutio et apparitio.* Ubi pensare necessum, et quod ab inde processio, hoc est ex substantia, aut essentia, aut natura una, quae est in Deo Patre et Filio: designatque unum processionis Spiritus Sancti principium. Iterumque pensandum, et quod inde elocutio et apparitio. Elocutio Verbo, apparitio Spiritui Sancto competunt; ac proinde esto Spiritus Sanctus iuxta Ecclesiam nostram est compersonalis, sive duarum personarum spiratio, nihilominus unum sui principium habet. Circa medium vero eiusdem orationis ait textus: *Viva et immutabilis imago Patris (f. 70) simul et Filii, sigillum substantiae et existentiae illorum.* Quam igitur Spiritus Sanctus Patris et Filii effigiat imaginem? Non aliam profecto, nisi naturalem, vivam et individuam. Et quia non effigiat imaginem modo ineffabili genitam, haec enim Filio competit igitur ut ab utroque indicibiliter procedentem. Quale sigillum Patris et Filii exprimit Spiritus Sanctus? Non aliud sane, nisi in quo substantia aut essentia Patris et Filii per spirationem ab utroque exprimitur.

Equidem nonnulli in Russia nostra *personalis spiratio*, eiecta syllaba *com*, hoc in loco typis exprimere incoeperunt. Sed arduum sane est aliquos typos et scripturas pessundare. Quinimo, quoniam veritas premi non opprimi possit, et sicut oleum sursum enatet, de ipso verborum ap-

¹⁷³ Nota: S. Athanasius, Sermo de Incarnata dispens., qui incipit: « Qui divinas scripturas vult intelligere ».

¹⁷⁴ Nota: « Slavonice citatum totum ».

¹⁷⁵ Nota: « Illi dualiter sumit slavonicus textus; Hi similiter in duali numero sumit ».

paret contextu verbum illud *compersonalis* omnino in textu fuisse. Siquidem dicatur: *Illi unius substantiae, et quod ab inde processio*. Quasi diceret textus: Esto Spiritus Sanctus sit Patris et Filii *compersonalis* spiratio, verumtamen *illi sunt unius substantiae*, sequiturque eos unicum esse Spiritus Sancti principium. Verum enimvero quid clarius hac super re dici potest, quam quod in eadem dicitur oratione, brevi post praecedentia verba? Dicitur enim: *In quo Deitatis causa* (idem quod principium) *et fons unicus, innascibilis et sine principio Pater et Deus, unigenito Filio et Deo*. Quae verba apertioribus ut explicem verbis, nihil aliud sonant, nisi *in quo*, hoc est in Spiritus Sancti persona, Deitatis, quam habet Spiritus, causa et principium et fons unicus, est innascibilis, neque ullum principium habens Pater et Deus, unigenito Filio et Deo, sive per unigenitum Filium et Deum. Haec bene pensanti optime ad eundem conveniunt sensum superius dicta verba Damasceni: *Pater productor per Verbum explanantis Spiritus*. Et illa concilii Florentini (quibus etiam praesentem concludo materiam): *Hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo etiam aeternaliter genitus est*. Ex quibus etiam Graeci ipsi in dicto concilio agnoverunt, unum principium Spiritus Sancti tenere etiam Latinos. Quippe Pater ut Divinitatis origo, quia spirat Spiritum Sanctum, hoc habet a se, et a nullo alio. Deus vero Filius, quia spirat eundem Spiritum Sanctum, non habet hoc a se, sed ab alio, nempe a Patre.

Sileo ¹⁷⁶ hic controversias de animabus hinc recedentibus, quod peccatrices puniantur in inferno, sanctae laentur in coelo, imperfectae patiantur in purgatorio, et solutae poenis vadant recta ad coelum. Sileo, inquam, siquidem ipsi domini disuniti sapientiores eas iam non impugnant. Praetereo alia quoque levioris momenti obiecta, quae accedente utrinque charitatis motu, ut pulvis diventilari possunt.

(f. 70v) De azymo vero vel illud adiecerim,¹⁷⁷ Christum Dominum non venisse ut solveret legem, sed adimpleret.¹⁷⁸ Quocirca nisi in azymo Pascha celebravisset, certo certius legem solvisset. Quinimo iure merito Iudaei, sive Dominus ante ipsum celebrationis tempus in fermentato, sive tempore celebrationis (quo capitalis prohibitio fermenti fuit) mysterium hoc, et sequaciter sacrosanctam coenam suam celebrasset, iure merito, inquam, Iudaei Dominum gloriae uti legis suae violatorem crucifi-

¹⁷⁶ Nota: «Controversiae aliae non memorantur, quia a disunitis iam non impugnantur».

¹⁷⁷ Nota: «Probatur in azymo Christum celebravisse sacram Eucharistiam».

¹⁷⁸ Cfr. Mat. 5,17.

xissent. Nihilominus tamen, inter tot et tantas calumnias, quibus eum reum esse mortis vociferabantur, ne gry quidem de hoc Domino obiecere Iudaei. Igitur clarissimum est Christum Dominum et Pascha legale, et sanctam Eucharistiam in azymo celebravisse.

Quamobrem ¹⁷⁹ nihil in fratres nostros peccavimus, quod istud iuxta divinas Patrumque scripturas, cum Sancta Romana Ecclesia unum quoad omnes fidei catholicae articulos amplexi sumus. Nihil quoque in ullo alio peccavimus. Quam multa enim Russiae, matri nostrae, commoda attulerimus, in propatulo est. Quam multa accessere impensis, laboribus, vitaeque ipsius periculis R. morum episcoporum aliorumque praelatorum nostrorum, variis cathedris, ecclesiis et monasteriis, quae etiam haereditariis ampliaverunt foundationibus. Nec raro evenit, ut quae nostri e manibus impertinentium vindicaverunt, ea pars adversa perdiderit. Testis est ducatus Ostrogiensis, ut alia nova et vetera sileam: quomodo in eo recenti memoria bona episcopatus Ostrogiensis pro divite a quodam mercede accepta inordinatorum ex eo ducatu militum bona cessere. Testis est monasterium Zydicinense, cuius quidam villas quinque recens intricavit. Alius vero nunc sub me ipso foveam fodiens, villam quandam eiusdem monasterii, quasi non esset de patrimonio Christi, in compensationem promotionis ad eam archimandriam daturum se cuidam pollicitus est. O, vere matres filiorum similes illi, coram Salomone alienum infantem sibi adscribenti et dicenti: *Nec tibi, nec mihi, sed dividatur*,¹⁸⁰ et nos indolescimus!

Enimvero qualem induximus politiem et honestatem inter religiosos! Quam decentem reformationem inter saeculares sacerdotes! Quam frequentem devotionem inter laicos et spirituales! Qualem doctrinam inter omnes! Qualia ornamenta in ecclesias et monasteria! Certe super his omnibus dabit nobis manum quisque vel minimum rerum nostrarum peritus. Quin etiam quidquid de rebus enumeratis domini disuniti habent, id totum per aemulationem a nobis acceperunt: ante Unionem vero in omnibus iam Russia nostra obsoleverat; et parum abfuit quin propter suam impolitiam et ruditatem sepeliretur. Nullo autem alio modo a nobis fratres nostri populum simplicem (f. 71) avertunt, nisi duris diris, execrationibus, maledictionibus, ne ad nostras partes transeant.¹⁸¹ Ad haec gravi et frequenti insimulatione, quasi in hostiis latinis celebremus,

¹⁷⁹ Nota: « Ex antedictis deducitur peccavisse Unitos contra disunitos, quod Unionem susceperint cum Sancta Romana Ecclesia, imo plurimum de Russia suis laboribus meruisse ».

¹⁸⁰ 3 Reg. 3,26.

¹⁸¹ Nota: « Quibus modis ab Unitis disuniti populum avertunt. Sed refelluntur ».

ieiunia frangamus, caerimonias evertamus, a propria Ruthena religione ad Latinos populum pertrahamus. Ecclesiis insuper et bonis nostris Latinis traditis, eodem transire meditemur. Quod sicuti in rerum natura non invenitur, sic etiam gratis et iniuriose nobis obtruditur. Adde quod nonnulli de clero partis adversae ad Latinos transierint, de nostris vero etiam in praesentibus malis nemo. Siquidem etiam Bullam Sanctissimi olim Urbani VIII prohibitoriam super transitu isto de clero nostro regulari pariter ac saeculari habemus, imo vero de ipsis laicis, ne de Ritu Graeco unito ad Ritus Latinum transeant, ille idem addictissimus Unioni Pontifex tulit decretum. Nec vero bona ecclesiastica, aut ipsas ecclesias ad Latinos aut quocunque alio transferimus. Siquidem ipsa Sancta Romana Ecclesia a nobis id non requirit, quae authore eodem celeberrimo Pontifice Ecclesiam nobis Latinam Romae pro Ecclesia Graeca Slavonica contulit et monasterium erexit. Plurimaque bona per supremos sanctae et catholicae Ecclesiae pastores efficeremus, nisi a fratribus nostris disunitis usque ad sanguinis effusionem in rebus agendis praepediremur. Hinc inter sacrum et saxum, quod aiunt, haerentes, saepenumero etiam in propagatione bonorum gentis nostrae ligatas manus habemus. Memorari insuper mihi visum tot sacrorum in Unione locorum. Si enim Unio nostra, unio fidei catholicae in Russia cum Sancta Romana Ecclesia invisae caelo esset, ut quid Deus Dominus honorare nos praesentiae suae divinae testimoniis deberet? Quae, ut missa faciam alia, colliguntur praecipue ex miraculosis Virginis Deiparae imaginibus, variis quidem in locis, specialiter tamen Zyroviciis et Chelmae.

Sed ¹⁸² iam spumantia solvo colla et humillime Vestram Ill.mam Celsitudinem deprecor, ut tam longae parsum velit scriptioni. Hunc laborem meum de mandato eorum, quorum interest, dirigo Vestrae Ill.mae Celsitudini, et faxit Deus, ut eum non meo solum, sed totius Unionis dirigam benefactori, quem nullo metu proprio (uti enim forti, sic sapienti ubique patria), nullo inquam metu, sed boni communis et matris meae communis boni amore, forsan digito Dei motus, omni reverentia et toto pectore exoro, ne velit victorem gladium in iugulum Unionis maiorum et bonorum eius convertere.¹⁸³ Quid enim gloriae tam praeclarus miles sibi comparaverit? Qui cum pro aris et focus, pro coniugibus et liberis, pro bonis et libertate, unico verbo, pro liberis animis, coram universo gloriose dimicasset orbe, eoque devenisset, ut cum verbalem sta-

¹⁸² Nota: « Conclusio epistolae ».

¹⁸³ Nota: « Finis eius: ne opprimat Unionem dux Zaporosiensis. Dissuadetur ab indecenti et damnis ».

tuat orthodoxiam, realem evertat orthodoxiam, et tot tantasque Christi sanguine redemptas animas et ad Sanctam Unionem conversas a Christi avertat ovili? Percusso enim pastore dispergentur oves, eiectis et proscriptis unitorum capitibus, ubi membra erunt? Satius igitur iuxta Dei voluntatem iunctis manibus omnes ad unum, et unita virtus et in pietate, et in doctrina, et in ornamentis, et in bonis, et in hominibus fortior evadat.

(f. 71v) Magnum ¹⁸⁴ detrimentum communitatis, unicum necessarium amisisse caput, immense maius, plurima amisisse. Quodsi ex hoc diluvio opera Vestrae Ill.mae Celsitudinis emerserimus, ille ad quem noster stillat oculus, conscius in excelsis erit Vestrae Ill.mae Celsitudini merces magna nimis. Sperandumque in Domino, quod post tot saeculorum teterimas nebulas tandem aliquando ipsi etiam Orienti orietur sol iustitiae, sol libertatis desideratissimae. Coram Deo cordium inspectore fiducialiter loquor, quia scio quod loquor, licet non ex me ipso, neque sciens de tempore loquor. Non prius ab Ottomanica tyrannide christiani pars orbis sub iugo eius gemens vindicabitur, quam hanc nostram unicam et unice Deo dilectam omnes disuniti amplexi fuerint Unionem. Etsi id saltem in nostra facem aliis praefereute natione, Vestrae Celsitudinis cura et sollicitudine factum fuerit, qua gloria a Deo, quo honore ab hominibus, quo amore a suis, quo desiderio ab alienis decorabere, extollere, cumulare, afficere.

Sane sibi ipsi et domui suae cuncta immortalia, genti nostrae cuncta desiderabilia, regi, domino et patriae nostrae cuncta felicia, Ecclesiae Sanctae cuncta delectabilia, orbe stupente, coram Domino et coelo comparabit. Concordia enim potissimum in fide est divinum cornucopiae, de quo omnes omnia desumimus ac haurimus. *Et quis novit*, ait Mardochaeus ad Esther reginam, *et quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris?*¹⁸⁵ Contra vero, si in morte Unionis fiat vita disunionis, omniaque ei ad placitum fluant, pensare necessum, nihil extortum esse durable. Dominator autem coeli et terrae, qui ludens in orbe terrarum hunc elevat, illum deprimit, et universa in hoc universo sus deque permiscet, ut omnipotens facile modum eliberandi nos innocentes comperire poterit. Ad fundandum igitur commune bonum gentis nostrae vinculum omnium nationum, vinculum fidei catholicae ample-

¹⁸⁴ Nota: « Suadetur ad eius conservationem ab utili Ecclesiae Orientalis, a gloria ipsi secutura. Contra si fiat, conservandam divinitus Unionem. Ad quam finaliter et ipsum duce exhortatur assumendam ».

¹⁸⁵ Esther 4,14.

ctendum. Concludo cum Patre nostro Theodoro Studita in materia eadem de suo patriarchatu scribente: *Nunc tempus acceptabile, ut uniamur nos vertici Ecclesiarum Christi Romae, quatenus unanimiter uno ore glorificemus Deum.* Ad quem dum omnium nostrum lachrymae, precesque pro bono communi profluunt, ego mea humilia obsequia, et indigna vota, necnon divina sacrificia cum patribus fratribusque meis, praecipue miraculosa coram imagine Deiparae Chelmensi pro integritate, incolumitate, felicibusque progressibus Vestrae Ill.mae Celsitudinis diligentissime eiusdem gratiae commendo.

Zydicini, Martii 8, anno Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono.

(*manu ep. Suszae*) Hae litterae cum adiectis ad D.num Teteram¹⁸⁶ in Ukrainam a memorato episcopo missae, rogabaturque D.nus Tetera, ut eas ipse duci Wyhovio praesentaret. Et brevibus insinuatum D.no Teterae, quod Unitorum benefactores ecclesias eorum et bona redimere velint. Ac per modum muneris Duci et Cosacis notabilem summam offerre, dummodo Unitos non infestarent. Ita commissum fuit dicto episcopo ab Em.mo cardinali Vidono, Nuncio tum Poloniae, nomine Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. Redditae litterae utrique. D.nus Tetera respondit, Unitos et dictum episcopum consolans, operam suam pollicens. Dux non respondit. Sequentibus Comitibus Unio constitutione deleta, iuramenta super eodem facta, ecclesiae cum bonis intra medium annum reddi promissa. Sed omnia haec intra duos menses Cosaci rebelles subverterunt.¹⁸⁷

95.

Varsavia, IV. 1659.

Informatio de Unione ab Episcopo Susza, nomine Hierarchiae Unitae, porrecta in Comitibus Regni, in defensionem Unionis ibi periclitantis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 2585, fol. 72-79.

Informatio de Unione et concordia Ecclesiae Graecae cum Latina in Russia antiquitus observata.

In fine huius « Informationis » talis habetur adnotatio, manu Jacobi Susza Romae, ut videtur, exarata:

« Haec informatio non modo anno 1659 in Comitibus supramemoratis,

¹⁸⁶ Paulus Tetera, officialis (centurio) cosacorum, postea et ipse ipsorum dux (1663-1665); officio hoc abdicato, Varsaviam se contulit et catholicus factus, dein venit in Turciam et an. 1670 Adrianopoli obiit.

¹⁸⁷ Sequitur manu Ep. Susza notata s.d. « Informatio de Unione... », cuius textum ultimum posuimus sub fine an. 1664.

sed etiam alio tempore Senatui et patronis Unitorum data est. Ordinatus tandem conscripta abscedente Episcopo Chelmensi Romam. Cum Ill.mo Nuntio Poloniae, tum Rev.mo Metropolitano moderno cum iuribus relicta anno 1664, casu, quo necesse esset Unionem in Polonia defendere ».

Proinde melius putamus hunc ultimum textum « ordinatus conscriptum », sub anno 1664 ponere. Cfr. infra sub nr. 188

96.

Varsavia, 8. IV. 1659.

Episcopus Luceoriensis latinus de suis colloquiis cum duce cosacorum Tetera in favorem Unionis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 216.

Copia della lettera del Vescovo di Luceoria¹⁸⁸ sotto li 8.IV.1659 a Nuntio Apostolico.

È venuto qui il P. Tetera, cognato del Wyowski, con quale ho confedito assai in materia dell'Unione, mostrandogli da una parte la necessità che hanno loro stessi di accommodarsi con la Polonia, e dall'altra l'impossibilità dell'accordo per il Punto dell'Unione. Finalmente questo buon uomo ha lavorato tanto con gl'Ambasciatori Cosacchi,¹⁸⁹ che già li ha resi capaci, et assolutamente m'ha dato parola di non pretender l'abolizione della Religione Greca Unita. Si disputerà solo de' Beni, i quali sono stati tolti da Scismatici e dati a gl'Uniti. Piaccia a Dio, ch'in questo Punto ancora troviamo qualche buon ripiego, di che non mancherò di far ogni diligenza. Frà tanto etc.

97.

Varsavia, 9. IV. 1659.

Episcopus Luceoriensis latinus Nuntio Ap. de periculis Unionis eiusque bonorum.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 216rv.

¹⁸⁸ Hoc anno duo notantur Ep. pi Luceorienses: Joannes Wydza (1655-1659) et Joannes Zamojski (1659-1666). Forsan agitur hic de primo.

¹⁸⁹ Agitur de paranda pace seu tractatu cum cosacis ducis Wyhowskyj, et ex his tractationibus revera venit quaedam mitigatio conditionum. De eadem mitigatione etiam Ep. pus Chelmensis Jacobus Susza agebat; cfr. supra eius amplissimam epistolam ad duces Wyhowskyj mense martio exaratam.

Copia della lettera del Vescovo di Luceoria, sotto li 9.IV.1659, al Nuntio Apostolico.

Ancor a me era venuto questo sospetto, che fusse una finezza de Cosacchi permetter l'Unione, e levar i Beni a gl'Uniti, perchè sublato uno tolletur aliud, ma però vedo, che v'è differenza fra levar i Beni e abolir la Religione, perchè ne Patti¹⁹⁰ stà scritto, dovunque arriva la lingua Rutena non potranno mai comparire gl'Uniti con i loro dogmi, e per questo si levarebbero anche nei Vescovati di Leopoli, di Luceoria, di Chelma, e di Premislia le chiese unite fondate da Vescovi Latini (nei loro beni) per gl'Uniti. L'altr'è, confessano li stessi scismatici, che sono in Russia molti (fol. 216v) monasteri fondati veramente per gl'Uniti: resteranno dunque questi; e poi se si abolisce l'Unione praecluderetur omnis via ad faciendas futuras, per l'avvenire, fundationes pro Unitis; et io ho firmissima speranza che passerà questa borasca. Verrà una volta il bel tempo, suscitabit dextera Domini novos Protectores et fundatores pro Unitis, si come anche la Chiesa Romana post oppressiones et pauperiem extulit caput. In somma io vado considerando che Dio ha voluto dar questa consolatione alla paterna solitudine, vigilanza e cura di V.S. Ill.ma, e così ha facilitato il più duro Punto di tutto il negotio, si come diceva il Santo Patriarca Abramo: da mihi animas, caetera tolle tibi. Faremo però tutto et ogni possibile per aggiustar le cose a miglior modo, e conferirò del tutto con V.S. Ill.ma, alla quale etc.

98.

Varsavia, 19. IV. 1659.

Episcopus Luceoriensis latinus Nuntio Ap. de rebus gestis in Comitibus deque solutione quaestionis admissionis episcoporum non-unitorum ad Senatum Regni.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 229rv. (orig.)

Ill.mo mio Padrone.

In hac opinione semper fui, non disputar della precedenza nel Senato con i Vescovi Greci, ma simpliciter non ammettergli. Ho travagliato per diversi mezzi e istromenti tra gl'altri per il Signor Tetera. Finalmente è riuscita l'operazione, et i Vescovi Greci s'inclinano (et han' mezzo con-

¹⁹⁰ Pacta s.d. Hadiacensia inter Poloniam et cosacos, mense maio inita, sed mox disrupta ex utraque parte, tum ob exorbitantes postulationes cosacorum in causa Unitorum, tum ob influxum Moscoviae.

cluso) a ringraziare Sua Maestà dell'honore, et a contentarsi star come prima senz'haver i luoghi nel Senato, non essendo ciò conveniente (fol. 229v) alla professione loro religiosa e monacale. Le ragioni con le quali gli ho fatto persuadere tutto dirò a bocca a V.S. Ill.ma; adesso si rallegri V.S. Ill.ma, quia haec omnia debentur faelicitati et paternae solitudini Ill.mae Celsitudinis Vestrae cuius deosculor manum come suo servo

Il Vescovo di Luceoria.

99.

Roma, 26. IV. 1659.

Card. Orsini magno cancellario Regni Poloniae (Prazmowski), de transmissione epistolarum et de pietate Regis.

ARCH. CAPITOLINUM (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 10v-11r.

Quod nuper placuit Ex.ciae Vestrae ex Jussu Regiae Maiestatis mihi scribere¹⁹¹ quomodo res modo se gerant in Regno Poloniae, duplicem prebuit mihi occasionem singulares reddendi gratias, nempe maiori igitur qua potui solertia ac studio Pontificem allocutus sum integramque epistolam perlegi attente; de contentis in ea summopere gavisus est, ac praesertim quod eveniente quolibet casu, neque Regnum neque Sacra Ruthenorum Unio aliquam patiantur iacturam, neque divisionem nec minus sperandum de tanti Regis pietate, nobiliumque in Catholicam (fol. 11r) fidem ingenito ardore; faxit Deus longe protrahere fata Serenissimi Regis, ut qui opere et consilio Catholicae fidei propugnacula defendit, videat sub pedibus suis ereticam pravitatem imminutam et collisam. Est vere in Rege mirandum, quod ipso vivente patiatursu agi, et manibus adtrectari, quae non solum in Rege, et in privato ipsa consuevit abhorrere natura; ea est pietas in suos quod ipse sui obliviscatur et vere Rex, quia pius...

100.

Varsavia, 9. V. 1659.

Instantia Episcopi Luceoriensis lat. de impossibilitate traducendi Unitos ad Ritus Latinum.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 257-258r. (orig.)

¹⁹¹ Agitur de Cancellario Regni, Nicolao Prazmowski (1658-1666), dein etiam Archiepiscopo Gnesnensi et Primate Regni (1666-1673). Eius epistolam ad Cardinalem Orsini, de qua agitur, cfr. in *Litterae Principum*.

Ill.mo mio Padrone ¹⁹².

Ogni giorno si lavora nell'accomodar il punto della S. Unione. I Signori Politici s'havevano attaccato a quella massima, ch'è lecito (saltem al Papa) immutare ritus. Ma io con vivi argomenti dimostrarai, che a noi non conviene di far queste dispute: *Utrum Papa possit hoc vel illud? Nostrum est nella persona del Pontefice venerari supremam Maiestatem et Vicariam Numinis Iurisdictionem.* Parlando però di quel ch'è et non parlando de potentia Papae absoluta. Vedo che il Santissimo non lo farà:

1º. Perche vede che a questo voler trasmutar' i Riti concorre la malizia de Scismatici che pretendono questa trasmutazione per l'odio e rabbia contro la Santa (fol. 257v) Unione, alla quale malizia et odio non può concorrere mai ne approvarla etiam indirecte Papa. Così non concede ne dispensa ai laici di comunicar sub utraque specie, ancorche integrae nationes toties supplicassent Sedi Apostolicae promettendo la lor conversione alla vera Religione se ciò gli si concedesse.

2º. Perche la Chiesa è circumdata varietate, alienigena et Tyrus et populus Aethiopum hi fuerunt illic. La diversità di Riti è grand'ornamento e bellezza della Chiesa. Il Rito Greco quantum institutum Apostolicum, non tolletur per Sedem Apostolicam.

3º. Dove andranno tant'anime di semplici, i quali apprehendunt magis externa et ceremonialia quam intrinseca fidei. Dove andranno i Preti Greci, i quali sono ammogliati (fol. 258r), come transibunt ad sacerdotium latinum?

4º. È stata sempre cautissima la S. Sede nel concedere petita Graecorum. Basilius Imperator Orientis haveva mandato al Papa Giovanni XX che permettesse ut Ecclesia Orientalis haberet titulum Ecclesiae Universalis saltem in suo territorio, minacciando che se Sua Santità non lo concederebbe era pronto a disunirsi dalla Chiesa Romana. Non li è stata conceduta una tal' cosa, resistantibus Episcopis Italis et Gallis, i quali cò dottissimi libri hanno mostrato incongruentiam petiti.

Non credo dunque che i Nostri Signori Senatori Secolari si vogliano appigliare più a questa speranza della dispensa Romana.

Parleremo poi dei beni, ma prima accommodandum est punctum primum Unionis. Non ho più tempo a scriverli più, restando per sempre di Vostra S. Ill.ma

Obligatissimo Servitore

Il Vescovo di Luceoria.

¹⁹² Nuntio Apostolico, Petro Vidoni (1652-1660).

101.

Varsavia, 9. V. 1659.

Episcopus Luceoriensis latinus de progressu Comitiorum et defensione Unionis.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 256rv. (orig.)

Ill.mo mio Padrone ¹⁹³.

Il principale e primo Punto dell'essenza Sanctae Unionis non è ancor accomodato che vi si trovano grandissimi intoppi ne si sà con chi s'ha da trattare: o con i Cosacchi secolari, o con loro Ecclesiastici che uno adossa la colpa della temerità ad altro. De Beni (come avvisai stamattina) non s'è parlato ancora: perche principale negotium resta ancor crudo; i nostri Signori Senatori ci mettono a gl'occhi la rovina del paese et estermio delle chiese (fol. 256v), che ha da seguire da non approvar questi patti; ma se gli risponde, vada il resto.

Di mattina forse parleremo dell'uno e dell'altro punto ciò è dell'Unione e de' Beni. Cos'incredibile è quanto sian fallaci et incostanti questi Greci. Fra tanto augurandoli felicissima notte li bacio humilmente le mani come suo obligatissimo servitore,

Il Vescovo di Luceoria.

9. la sera.

102.

Varsavia, 14. V. 1659.

Informatio Episcopi latini Kioviensis de fidelibus latinis in dioecesi Kioviensi.

ARCH. CAPITOLINUM, vol. 214, fol. 126rv.

WYHOWSKA DE ANDREIS W., *Elementa ad Fontium Editiones*, VII, Repertorium... 2a. pars, tab. III-V.

Informatio de Dioecesi Kioviensi circa puncta insinuata ab Eminen-tissimo Cardinali Orsino, data Ill.mo et Rev.mo Domino Thomae Vieyski, Episcopo Kiioviensi¹⁹⁴ a Patre Martino Hincza, Societatis Jesu.

Olim dum manerem in Russia excurreram ad missiones. Provincia-lis factus, visitabam etiam in Dioecesi Kiioviensi Patres manentes; in eadem Dioecesi instituebam Missiones. Quae vidi, quae intellexi, a no-stris Patribus, haec scribo.

¹⁹³ Nuntio Apostolico Varsaviensi, Petro Vidoni (1652-1660).

¹⁹⁴ Episcopus Kioviensis, Thomas Ujejski (1656-1676), dein abdicavit episcopatum et factus membrum Soc. Jesu. Nat. 1613, obiit an. 1689. Erat in rebus Unionis peritus Nuntiaturae.



INNOCENTIUS PP. X (PAMPHILJ)
(1644 - 1655)

Primo, Dioecesim esse amplissimam, et protendi usque ad ipsam Tartariam, in qua plurimi sunt captivi Christiani, et Catholici, quorum cura ad viciniorem Episcopum pertinet.

Secundo, superat centum leucas in latum, et longum ipsa Dioecesis in terris subiectis Regi Poloniae.

Tertio, Catholicorum magnus erat numerus. Faustovii (?), in Oppido Episcopi Kiioviensis, dum Nostri manerent, numerabantur Catholicorum pro festis B. mae Virginis, et solemnibus Christi Domini, duo-tria millia ad confessionem et communionem sacram accedentia. In omnibus civitatibus permixti erant Catholici Schismaticis, illorum numerus in singulis Oppidis erat 200, 500, 400 etc., aliquando ad mille accedebat; circiter 13 millia Catholicorum in tota Dioecesi numerare poterant; nam etiam inter ipsos Cosacos, plurimi sunt Catholici, quos cum Nostri etiam in Zaporozhe visitabant, secreto quasi alia colloquia miscentes, confitentes peccata audiebant. In hoc numero non pono milites Catholicos.

Quarto, praeter templum Cathedrale sunt parochiae, monasteria Religiosorum, Collegia Societatis quatuor. Studiosorum numerus excedebat 1000. Ipsi etiam Cosaci suos filios dabant ad nostras scholas.

Quinto, in vastis sylvis, manent Catholici artifices, operarii, vitrarii, ferrarii, cenerum opifices. Hos plurimos Nostri semel in anno visitabant et communionem Paschali reficiebant, licet non festo Paschatis. Pascha illis erat dum Nostri veniebant.

Sexto, plurimi ex Schismaticis convertebantur ad fidem catholicam; quando Nostri fundati sunt in Civitate, vix invenerunt Catholicos 40, post numerabantur per mille et amplius, aliquando duo millia, tria ad Communionem accedentes, ita ut templum dilatari debuerit.

Septimo, quia praeter innumeros Schismaticos, Haeretici et maxime Arriani in hac Dioecesi nidum posuerant, et praesertim in bonis Domini Niemierzyc, ubi variis largitionibus, operarum condonationibus Catholici ad Arrianam sectam attrahebantur, erexi in medio Arrianorum Collegium Xaveronianum, ex quo Nostri excurrentes plurimos deducebant ad fidem.

Octavo, hoc etiam sciendum, quantum intersit in illis partibus esse plures Sacerdotes catholicos, qui iam Dei gratia erant plures in illa Dioecesi, et templa pro illis per oppida extruebantur. Popos Schismaticos non esse dignatos administrare Sacramenta damnandis ob crimen ad mortem, dicere solitos: nolle se maculare Sacramenta, etsi in Schismate hi rei moriebantur, illos Popi post mortem primum absolvebant; Nostri circa hos damnandos ad mortem omnem industriam adhibebant, et ad unionem Ecclesiae reducebant. E quia frequentes tales fuerunt, natum est proverbium inter Ruthenos de affectis supplicio: Ruthenus furto auferebat, et Latinus pendet in furca.

Nono, advertendum dissitas esse Civitates, in quibus Catholici in hac Dioecesi habitant. Novogrodecum Kiiovia distare leucis quinquaginta, Czczelaika leucis sexaginta, et hoc in variis orbis partibus. Quaedam loca ad semptemtrionem, quaedam ad meridiem et cet.

Concludo, meam esse sententiam necessarium esse in hac Dioecesi Suffraganeum, qui in tam dissitis locis iuret (?), Episcopum occupatum Regni negotiis et Comitiorum frequentia impeditum.

Varsaviae, 14 Maij, Anno Domini 1659.

Hoc idem subscribo

Thomas Vieyski, Ep.pus Kiov. et Czern.

103. - 104.

Varsavia, 16. V. 1659.

Episcopus Kioviensis latinus Nuntio Ap. de negotio Unionis in Comitibus Regni.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 291rv.

Copia litterarum Ep. pi Kioviensis¹⁹⁵, 16 maii 1659, ad Nuntium Apostolicum.

Habuimus Congressum apud Ill.mum Archiepiscopum, lecta Pacta cum Kosacis, quae recenter venerunt; Unionis non est mentio in illis, quod nobis est favorabile de Ecclesiis illorum, qui sunt contrarii antiquae Graecae Religioni quod non debeant erigi, fundari, augeri a quocumque, scriptum est, quod tamen nostri trahunt in bonam partem: nam Unio non potest esse, neque dici contraria antiquae, et verae Graecae Religioni¹⁹⁶. Fiet brevi alter Congressus apud Ill.mum Cancellarium cum ipsis Kosacis, et ut perspicio res esse dispositas, approbabuntur ista quae heri venerunt Pacta, tentata prius in aliquibus Punctis melioratione. Quid concludetur significabo. Interim mea obsequia etc.

Varsavia, 17. V. 1659.

Idem de eodem negotio.

(fol. 291r) È venuta qualche moderazione dal Wioski, della quale (291v) s'è discorso hieri. La restitutione de' Beni si propone per forza; ma si potranno trovare qualche ripiegi, quod epistolae nolim credere. Desiderarei visitar V.S. Ill.ma, e riferirli a bocca, mà non ho mai il tempo.

¹⁹⁵ Episcopus Kioviensis, Thomas Ujejski (1656-1676). Cfr. notam 194.

¹⁹⁶ In hac aequivoqa dictione inde ab anno 1620 instabatur, praesertim vero ann. 1632-33, 1649-1651 etc. Ambae partes praetendebant esse « antiquae religionis graecae ».

105.

Varsavia, 30. V. 1659.

Archiepiscopus Gnesnensis de statu Regni Poloniae deque sua intentione aliorumque Episcoporum malis medendi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 1, fol. 297rv (copia).

Beatissime Pater et S.me Domine, Domine Clementissime.

Post oculo pedum beatorum S.V., ad vocem Pastoris excitamur, dum a S.V. Pastoralis officij admonemur; nec tamen ea vox dormientes invenit, quae ad pervigilem, insidiantemque furem vigilare ab antiquo praecustodivit. Quo enim decumanis ab eo fluctibus iactari avidius navem nostram videmus, eo attendere Nobis, et universo Gregi impensius Servatoris nostri praecepto edocemur. Inde est, ut cum praesenti attribae Reipublicae nostrae, schismata inconsutilem Ecclesiae vestem scindere praesumerent, tantum illius integritati providere voluimus, quantum et praecustodita conscientiarum integritas, et totius Corporis permittere partique voluit, magna iam parte consumpta sanitas. Magna spe e Coelo erecti, illius ad nostri conservationem non defuturam gratiam, cuius opportunam tempore suo experti sumus clementiam. Qui etiam mora, et patientia sanat, quae ipsa adversariorum (f. 297v) consumit temeritas. Daturum non dubitamus diligentiae nostrae, ac totius Collegij humilium S.V. sacellanorum Ill.mum et Rev.mum Dominum Nuncium Apostolicum congruum testimonium, cuius circa conservationem Sanctae Unionis Ritus Graeci sedulam curam venerati sumus, et eiusdem scitu, et consilio arduo huic negotio operas nostras impendimus. Coeterum Deum Maximum demisse precamur, ut possidendo, componendoque in Caulis suis universo Orbi, nominis S.V. excipiat faelicitatem, ac eidem ad multos annos tribuat perennitatem. Cuius iterum beatos devotissime osculamur pedes.

Datum Varsaviae, die 30 Maij 1659.

S.V. humilissimus Servus, et exorator

Venceslaus, Archiepiscopus Gnesnensis (mpp).

106.

Varsavia, 30. V. 1659.

Episcopus Posnaniensis protestatur contra pacta Comititalia in damnum unitorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol., Ruteni*, vol. 1, f. 299rv (copia).

Coram Vobis Ill.mo et Rev.mo D. Petro Vidono Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Lauden., et Comite, Sanctissimi D.N.D. Alexandri Divina Providentia PP. VII. Praelato Domestico, et Assistente, ac ad Serenissimum Joannem Casimirum Poloniae, et Sveciae Regem Potentissimum, totumque Poloniae Regnum, et Magnum Ducatum Lithuaniae, cum facultate Legati de Latere Nuncio Apostolico.

Ego Albertus Tholibowski,¹⁹⁷ Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Posnaniens. compareo, et solemniter manifesto pro eo: Quomodo nunc, in praesentibus generalibus omnium Statuum Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae Comitij Varsaviae celebratis, circa Punctum approbationis Pactorum cum Cosacis, ego pro debita mea erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientia, et reverentia, tum ex vi obligationis meae episcopalis, et senatoriae, ut vera, et Sancta Fides Catholica in Regno Poloniae ac Magno Ducatu Lithuaniae haereditaria uberius propagetur, et dilatetur non aliter in eandem approbationem Pactorum consensi, nisi ut Rutheni tam Saeculares, (f. 299v) quam Regulares sub obedientia Sanctae Sedis Apostolicae existentes penes suas Ecclesias, bona, et jura conservarentur et vi, et violenter ecepti, spoliatique in possessionem suarum Ecclesiarum, Bonorum, ac jurium restituerentur, et reintegrarentur, vel saltem, ut per S.R. Maiestatem, et Status Regni Poloniae, et M. Ducatus Lithuaniae indemnitati Religionis, et Ecclesiarum, bonorum, et jurium eorum provideretur; si autem extra omnem spem possidendarum Ecclesiarum suarum, bonorum, et jurium remanere deberent, sicut coram Domino Deo, et S.R. Maiestate, ac in praesentia omnium Statuum, et Ordinum Regni Poloniae, ac M.D. Lithuaniae sollemniter contra hoc Punctum protestatus sum, ita et nunc coram Vestra Ill.ma Celsitudine, uti S.mi D.N.D. Alex. Divina Providentia Papae 7, et Sanctae Sedis Apostolicae Nuntio eandem meam manifestationem reassumo; et nisi ijdem Rutheni tam Saeculares, quam Regulares sub obedientia Sanctae Sedis Apostolicae existentes, penes suas Ecclesias, bona, et jura manuteneantur, aut aliquod illis, et Religioni eorum inferatur praeiudicium, contra hoc Punctum solemniter iterum, iterumque protestor.

Datum Varsaviae, die 30 Maij 1659.

Signatus Albertus Tholibowski, Episcopus Posnaniens. (mpp).

(Loco + Sigilli).

¹⁹⁷ Adalbertus Tolibowski, Episcopus Posnaniensis (1654-1665), obiit die 24 Julii 1665.

107.

Varsavia, 2. VI. 1659.

Episcopus Chelmensis, Jacobus Susza petit adiutorium in rebus adversis suae eparchiae nec non de inclinatione non Unitorum ad pacificationem et unitatem Ecclesiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 181rv.

Eminentissimi et Rev.mi Principes, D.ni D.ni Colendissimi.

Mirabilibus armati Schismatis machinis, omnes quidem impense afflicti sumus non minus tamen ego, cuius Ep.patum, esto redivitibus exiguum animarum tamen copia praedivitum et Imagine Virginea percelebrem, vel ideo iam schisma deglutuisse videtur, quia inter Ep.patus pro Senatoriis dignitatibus designatos, pactis iuratis et constitutione approbatum habet. Sane medium post annum, in Commissione, iura nobis incumbit deducere, quorum quidem praesidio ego munitus spem non mediocrem possem concipere integritatis; sed dicta pacta et Constitutio animi iubent despondere. Imo vero cum ex nunc in civitatibus meae Dioecesis Lublini, Crasnostaviae, Hrubieszoviae, Horodlae ecclesias reddi sibi perurgeant Disuniti (quas iam suo in transitu Varsaviam perturbarunt). Casu quo id efficerent, medullam statim dioecesis inficerent et ad 60 parrocias ad se pertraherent. Hisce ergo tam periculosus cum dioecesi mea et Monasterio Zydicinensi, quod in Volinia teneo, tempestatibus expositus, ad V.am S. et salutarem Em.mi Principes, Sanctissimique D. N.ri recurro anchoram, velint, quoquo modo fieri potest, succurrere. Et quia intellexi, non solum e gravibus Reipublicae personis, verum etiam secrete ex quodam Religioso Disunito, Supremi ductoris Cosacorum, et uterini eius affini (quippe cuius sorores duas remotam ille, germanam iste, duxerint), velle omnino Disunitos nomine Ep.porum, Religiosorum, Cleri et totius exercitus Ukrainensis, missa ad Suam S.tem legatione, obedientiam Russiae universalem reddere, et Synodum, in qua de modis concordiae ageretur procurare; multum ponderis id apud eos habiturum esset, si SS.mus D.N. sua illos Paterna praeveniens benedictione, tum ad Metropolitanum eorum et Ep.pos divisim vel iunctim, tum ad Clerum religiosum pariterque saecularem, tum ad Ducem Exercituum, et eius militiam, tum vero etiam ad Nobiles Ruthenos coniunctim omnes sua Brevia, hasce intentiones eorum promoventia, dare dignaretur. Fuit hoc quondam a SS.mo Urbano VIII, circa annum 1644, practicatum cum ad Metropolitanum Disunitum P. Mohilam¹⁹⁸ et Palatinum olim Chio-

¹⁹⁸ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 531, nr. 472, quo tempore etiam plurimi magnates Regni Poloniae similes obtinuerunt litteras, inter quos etiam

viensem Adamum Kisielium, ad Unionem invitatorias scripsisset, et Sacrum Concilium Florentinum, aliosque illis libros transmisisset, idque per piaae memoriae Rev.um Methodium Terlecki Ep.pum nostrum Chelmensem. Sed nullo id terminatum est exitu, celeri succedente memorati SS.mi obitu. Perbelle autem huius teneo notitiam, cum ipse hac super re Chioviae fuerim, responsa a dicto Metropolitano repetendo. Caeterum, quia brevi nomine omnium ad S. Apostolicam Sedem internuncium missuri sumus, per illum latius super omnibus nostra Vestris Eminentissimis Cels. SS.moque D. N.ro proponemus desideria. Nunc vero meliora propitio D.no et Patre Misericordiarum sperans (f. 181v) Protectioni me VV. Eminentissimarum Celsitudinum humillime et diligentissime commendans, eorundem Sacras exoscolor purpuras.

Varsaviae, Junii 2.da 1659.

Vestrarum Eminentissimarum Celsitudinum humillimus servus et cliens
Jacobus Susza, Episcopus Ritus Graeci Chelmensis et Belzensis.

108.

Varsavia, 21. VI. 1659.

Protestatio Episcoporum Poloniae contra concessionem ecclesiasticam in Regni Comitibus factam in damnum religionis, praesertim de iis quae statuta sunt in damnum Unionis, quae damna enumerantur et reprobantur.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, vol. 1, f. 311-316v.

Nos Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, et annexarum Provinciarum infrascripti,¹⁹⁹ etc.

Notum facimus qualiter cum in modernis Regni nostri generalibus Comitibus omnibus Regni nostri Ordinibus propositum, et ab iisdem requisitum fuisset, ut Pacta quaedam nuper per Ill.res Viros Senatorij Ordinis S.R. Maiestatis ac Reipublicae Commissarios ad pacem inter Poloniam, et militiam Zaporovianam,²⁰⁰ reliquamque Russiae gentem san-

Adamus Kysil, Ruthenus (nr. 471). Mohyla erat Metropolita Kioviensis non catholicus ann. 1633-1647, notus suis laboribus ecclesiasticis et unioniticis.

¹⁹⁹ Hierarchia Poloniae post Comitum Generalia an. 1659 celebrata (mense martio-maio), instante praesertim Nuntio Apostolico Varsaviensi, Petro Vidoni. Cfr. de his temporibus et rebus etiam in vol. I *Audientiarum Sanctissimi de rebus Ucrainae et Bjelarussiae*, pag. 34-79, Romae 1963.

²⁰⁰ S.d. « Pacta Hadiacensia », quae parabantur inde a medio an. 1658, et in Comitibus Regni Poloniae an. 1659 fuerunt probata et iurata a Rege Capitibusque Ordinum, Spirituali et Saeculari, ob metum cosacorum. De his rebus et temporibus cfr. manualia historiae Poloniae et Ucrainae.

ciendam, et stabiliendam anno superiori 1658, mense Septembri, condicta generali consensu Ordinum, et totius Reipublicae ratihabitione, lege, atque etiam iureiurando firma et perpetuum robur habitura decerneretur. Nobis eadem illa pacta penitus inspicientibus, post collata saepius in commune consilia, habitasque frequentes, et graves de re tanti momenti deliberationes, perauditis etiam aliorum Doctorum sententijs, non immerito visum fuit postulari a nobis aliquid cum divinis humanisque legibus, ut tum alijs catholici nominis Amatoribus tum in primis nobis ex officio divini honoris, et jurium Ecclesiae in hoc Regno Custodibus, et Defensoribus, neque jus, neque fas sit apponere calculum nostri consensus, ratihabitionis, approbationis legis, atque Juramenti.

Praecipuum quod importuno, et infesto Schismaticorum studio agitur, est, ut Sanctissima nonnullorum Ritus Graeci Episcoporum et Populorum cum Romana Ecclesia Unio, quae ab annis circiter 60, suo primaevio vigori, et honori in hoc Regno feliciter restituta florere, et longe lateque per Provincias Russiae propagari coepit aboleatur, et quotquot sunt Graeci Ritus Uniti Episcopi exautorentur, officijs, honoribus, ecclesijs, jurisdictione omni, animarum cura, bonorum possessione, et usu priventur, Clerus saecularis, et regularis proscribatur, omnes publico (f. 311v) devotionis exercitio interdicanur, novarum erectionum, fundationum, dotationum, provisionum decernantur incapaces.

Haec agi sciebamus a plerisque S. Unionis osoribus; notavimus tamen in hoc negotio singulare quoddam Divinae Providentiae artificium, quo factum est, ut in toto contextu praedictorum Factorum, quem ipsimet Adversarij suis verbis conceptum scripto mandarunt, et Ordinibus approbandum obtulerunt nullam omnino fecerunt expressam mentionem Unionis, vel unitorum, nullam suae factionis, qua se ab Unitis sufficienter distinguerent; sed se quidem, et suum Populum, quem nos schismaticum vel disunitum appellare consuevimus, intelligi voluerunt nomine Ecclesiae vetustam, inclytam, orthodoxam Ritus Graeci religionem profitentis, liberam ab omni novitate, et humanis inventis, et peregrinis additamentis, Unitos autem, et Unionem significare voluerunt nomine novae Religionis, et inventionis humanae, e divisione ab orthodoxa Religione, et seditiosae factionis, quae semper in Regno totaque Russia fuerit causa tumultuum, seditionum, bellorum et multae effusionis sanguinis.

In quibus loquendi formis siquidem manifeste abutuntur verbis suum videlicet schisma, et haeresim appellando vetustam, et orthodoxam Ritus Graeci Religionem, Unionem autem seditiosam factionem, censuimus, nos non teneri obsequi illorum perverso, et erroneo sensui, amplectendo eam, quam illi temere vocibus affingunt adscititiam, et falsam, et rebus ipsis dissentaneam significationem, sed fas nobis esse duximus insistere

naturali, et verae vocum significationi, firmumque ac ratum haberi volumus nomine avitae, et orthodoxae Ritus Graeci religionis significari eam quae est Unitis propria; nomine autem novae, et seditiosae factionis significari eam, quam sectantur Schismatici.

Quare quicquid gratiarum, privilegiorum, immunitatum, praerogativarum (f. 312) vigore istorum pactorum nobis etiam consentientibus conceditur inclytæ, vetustæ, orthodoxæ religioni Ritus Graeci, proprium est eorum, qui Uniti sunt S. Ecclesiae Romanae; e contra, quicquid sancitur contra seditiosam, noviter institutam, et ab Ecclesia orthodoxa avulsam segregationem, vel factionem in illorum recidit capita, qui ab Unione cum Romana Ecclesia sunt alieni. Quod tanto proniori voluntate admisimus postquam ex non levi, neque vana coniectura nobis persuasimus auctores, et scriptores praedictorum Pactorum, bonae inter illos mentis homines studiose taliter aptasse verba, ut pacta non sortiantur effectum, nisi in spem certam universalis concordiae, qua reducatur unitas totius Populi Roxolani cum Ecclesia Romana.

Quod si insistendum erit pravo maioris partis sensui, et proposito, fatemur omnia, quae meditantur, et moliuntur esse profana, nefanda, impia, quae comprobare consensu, et cooperari, et sancire pactis, et firmare lege, et dare Jus, atque potestatem inimicis Ecclesiae, atque etiam conferre auxilium, ut deinceps quasi per jus, et fas invadant Ecclesias, vim inferant Dei Servis, fideles ad apostasiam vel compellant vel pelliant, membra Christi ab eius corpore mystico resecant, patrimonium eiusdem diripiant, etc. scelera sunt, quae nullo colore, nullo praetextu absolvi possunt a sacrilegijs, et impietate in Deum atque homines, et enormibus innocentum iniurijs.

Haec profecto causa fuit, ob quam saepius inter Consessus amplissimorum Procerum diserte protestati sumus, quemadmodum etiam praesente manifestatione nostra disertissime protestamur, nos neque posse, neque velle quidquam agere, vel facere, quo videamur cooperari, aut concurrere ad concedendum aliquo pacto superius memorato robur, aut conferendum Schismaticis ius, et potestatem ad ea patranda, quae cupiunt, et intendunt, idest, ad Unionem (f. 312v) Romano-Catholicam solvendam, unitos Episcopos exautorandos, et privandos, clerum unitum exterminandum, populum a libera professione Unionis arcendum, bona quae hactenus in possessione, et usu Unitorum fuerunt Schismaticis extradenda, et profananda, et similia.

Interim videmus, et Schismaticorum malitia, nostra contradictione, magis magisque exacui, et Catholicorum animos rerum futurarum metu in disperationem agi. Et illi quidem ab eo quod expetere, et extorquere coeperunt ne latum unguem discedunt, minanturque arma nisi obtineant.

Hi autem certo persuasi sunt Rempubicam hoc tempore non esse resistendo, etsi praeter alia bella cervicibus nostris iam iam imminetia, etiam Kosakorum furorem iterum contra nos provocemus, fieri non posse quin succumbamus, quod ipsi quoque negare non possumus. Nimis enim certum est, et evidens nobis est, Rempubicam bellis annorum undecim defessam, oppressam, saepius a tot diversissimarum nationum exercitiibus, Kozaticis, Tartaricis, Moscoviticis, Sveticis, Brandenburgicis, Ungaricis exhaustam, etiam civicis infestationibus, et quod omnium teterrimum etiam hodie trepidam praestolari in dies vim, et arma hic Svecorum inde Moscorum, quibus si interim socientur Kozaci suis viribus, et actuali societate Tartarorum insolentes, insuper etiam spe validioris cum Turcarum Imperatore coniunctionis formidabiles, actum est de Nobis; et quidem, si sola esset metuenda iactura Regni terreni, et fortunarum nostrarum temporalium, sciremus nos praesertim Episcopi, omnem rem nostram terrenam, et caducam posthabendam esse honori Dei, iustitiae, pietati, religioni, sanctitati Ecclesiae. At gravius est quod metuemus malum, quam sit abrogatio Unionis, et oppressio Unitorum; nam una cum intereunte Regno necesse est (f. 313) ut intereat tum ipsa simul Unio, omnisque Unitorum felicitas, tum universa per amplissimum Regnum diffusa Religio Catholica, cuius amplitudo, et dignitas excedit conditionem Unionis, e Unitorum incomparabili propositione; hanc igitur Religionem Catholicam perdimus, nisi iam Kosacis etiam iniquissimis Pactis, et conditionibus cito reconciliemur.

Non est profecto in potestate nostra, stante hoc rerum nostarum statu, Unionem vel potius Unitos ex omni parte salvare; et tamen est in potestate nostra, ut praeter, et contra voluntatem nostram pati aliquod Unionis, et Unitorum detrimentum, reliquam quidem longe tamen maiorem Ecclesiae Catholicae partem Rom. Catholicae religionis populum conservemus salvum, et incolumem, tam quoad animas, quam quoad corpora.

Illam igitur iniuriam, et calamitatem Unitorum dolentes patimur, et ex vivo membrorum consensu, communique ab eodem spiritu proveniente sympathia non minus praesentiscimus quam nostram propriam; patimur tamen non sponte, et volentes, sed inviti, et coacti, et impotentes ad resistendum, ac proinde mere, pure permittimus, quod impedire nulla ratione possumus, et non aliter; id quo palam coram S.R. Maiestate D.N. Clementissimo totoque Senatorij, et Equestris Ordinis circulo solemniter protestati sumus, et iterum, iterumque pari solemnitate omni meliori modo, et forma protestamur, et hanc ipsam nostrum omnium communem sententiam, protestationem, manifestationem, declarationem

scripto exaratam, et publica auctoritate munitam etiam posteris nostris notam, testatamque esse volumus.

(f. 313v) Quae ut tanto sit luculentior, profitemur equidem nos prona voluntate acceptasse, et approbasse, atque etiam nunc acceptare, et approbare quicquid conferre potuit ad faciendam firmandamque honestam inter nos ex una, et militiam Zaporovianam ex altera parte concordiam atque pacem, ad ponenda quamprimum utrinque arma, ad universalem omnium, quae rebellionis tempore commissa sunt amnistiam, ad contestandam erga Zaporovianos, totamque Russiae gentem Reipublicae, omniumque ordinum benevolentiam, et munificam beneficentiam, ad confirmanda avita eorundem privilegia; ad supererogandas novas libertates, exemptiones, favores, et gratias, et denique ad concedendum eidem genti quicquid absque iniuria Dei, et laesione Christianae conscientiae concedi potuit; Coeterum, ea comprobare, quae in Deum, in Ecclesiam Christi, in Clerum, Populumque fidelem cernuntur esse impia, iniqua, iniuriosa, enormia, non erat nostrae, vel potestatis, vel voluntatis; atque hoc est quod protestamur, et protestari non desistimus: nimirum, de non praestito ad haec et talia consensu nostro, qui vim habuerit, aut habere possit concessionis, placiti, approbationis, promissionis, contractus, statuti, iussi, vetiti, et cuiusvis ex nostra parte vinculi, et obligationis. Non ergo robur habet pactum, aut statutum,

Quo 1^o. Uditorum jura, privilegia, immunitates, praerogativae labefactuntur, et convelluntur, et quicquid unquam per viam gratiae a Serenissimis Regibus, et Republica, aut per viam juris et sententiam Iudicum obtinuerunt, temere cassatur.

Quo 2^o. Jidem Uniti iure, et possessione suarum dignitatum, officiorum, beneficiorum, jurisdictionum, Cathedrarum, Ecclesiarum, monasteriorum, Parochiarum, bonorum mobilium, et (f. 314) immobilium, eorumque omnium usu, et fructu privantur.

Quo 3^o. Schismaticis confertur Ius, et potestas ad agendum contra Unitos, quae per violentiam, et summam iniuriam agunt, aut agere parant.

Quo 4^o. In eosdem Schismaticos transfertur possessio, et usus honorum et bonorum spiritualium, et temporalium, Ecclesiarum, monasteriorum, proventuum, utilitatum cuiusvis generis, quae olim erant in potestate Uditorum.

Quo 5^o. Iisdem Schismaticis tribuitur potestas ubivis locorum, etiam in Castris, etiam in loco Comitiorum, et Magnorum Tribunalium instituere publicas Processiones cum Sac. Sinaxi ad aegrotantes, et solemnes suorum sepulturas, et agere quicquid agit Clerus Romanus pari libertate.

Quo 6^o. Iisdem Schismaticis conceditur potestas erigendi novas ecclesias, monasteria, loca pia, et restaurandi vetera.

Quo 7^o. Episcopis Schismaticis confertur dignitas Senatoria, et praecedentia consessus in Senatu.

Quo 8^o. Soli Schismatici in certis Palatinatibus decernuntur capaces dignitatum, officiorum etc., exclusis Catholicis Romani Ritus, et Unitis.

Quo 9^o. Iisdem Schismaticis in Civitatibus Regijs reseratur porta, et accessus ad gerendos ubique publicos Magistratus.

Quo X^o. Iisdem Schismaticis confertur Jus Accademiarum et aliarum Scholarum.

Quo XI^o. Iisdem datur potestas edendi in lucem libros de materijs fidei, et religionis controversijs.

Quo denique 12^o. Quocumque modo ratione, et via infertur praeiudicium primatui, auctoritati, dignitati, potestati, (f. 314v) jurisdictioni, dominio, proprietati S. Romanae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae et eius Episcopo, Supremo Christi in terris Vicario, S.D.N., Pontifici Romano.

In tale igitur statutum et pactum non cecidit unquam nostra consensio, nam talia molientibus, et armis, atque vi extorquere volentibus non contradicere, non erat voluntarie, libere, spontanee consentire; et vanum fuisset contradicere, quousque per impotentiam non licuit impedire; quin et temerarium fuisset contradicere quando praesensimus contradictione augeri vim, et malitiam, qua necesse fuit et Unitos universalis perdi, et nos ipsos acerbius interire.

Postremo etiam illud hic commemorandum, et posteritati transcribendum duximus. Qualiter ijdem Kosaci, abusi infortunio, et calamitate Patriae nostrae, a multitudine et potentia aliorum hostium oppressae, missis ad praememorata Comitata legatis, et omnium legionum Ablegatis magno, et legationibus inaucto numero rem suam egerint; quanta violentia tum S.R. Maiestatem D.N. Clementissimum tum ordines Regni aggressi sint; quam turbide, importune, violenter ea omnia, quae hactenus recensuimus, extorserint, et (quod iure merito acerbissimum, et intollerabile visum fuit) etiam ut eadem ipsa Juramentis Regijs, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, Senatorijs, Equestribus firmarentur, compulerint,²⁰¹ et denique etiam invitos, et renitentes, et vix invenientes (f. 315) viam, qua Deum, innocentis conscientiae testem, et suarum bonarum mentium interpretem, salva conscientia et sine laesione tremendi nominis Divini invocarent, implacabiliter coegerint. Quae quidem intractabi-

²⁰¹ Haec dictio clare indicat rationes pactorum, quae proin durare non potuerunt, cum res politicae mutatae sint in favorem polonorum. Et revera post paucos menses haec Pacificatio disrupta est, et ipse contrahens ex parte cosacorum, Joannes Wyhowskyj ab officio et dignitate ducis amotus ab ipsis cosacis seu a factione favente concordiae cum Moscovia.

lis durities hominum tot nominibus Reipublicae obligatorum, et irreverentia Regiae Maiestatis, et despicientia omnium ordinum, et aspernatio iustissimarum in contrarium rationum, et iniecta innocentibus vis atque metus, et iniusta extorsio immanem nobis visa est afferre iniuriam, dignam vindicari; contra quam proinde specialiter protestamur.

Huius autem multiplicis manifestationis, declarationis et protestationis nostrae, ut memoria etiam in seram posteritatem non intercidat, coram officio... illam exhibuimus, et in actis publicis inferri, et ingrossari postulavimus; prout etiam effective illatam, et ingrossatam vidimus. Ad maiorem autem fidem singuli manu nostra subscripsimus.

(f. 316v) Manifesto, dichiarazione o protesta de Monsignori Vescovi di Polonia sopra l'accordato con i Cosacchi in Dieta.

Mandata da Monsignor Nuntio di Polonia con sue lettere, de 21 Giugno 1659.

109.

(Varsavia, ante 16. VIII. 1659).

Protestatio Nuntii Varsaviensis, Ep. Laudensis, contra omnia sancita in Pactis Hadiacensibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia, Ruteni*, vol. 1, fol. 339-334v.

Quamvis in praeteriti anni (1658) comitiis habitis in iulio et augusto, cum de pace ineunda cum Cosaccis nihil eorum, quae ad conservationem et tuendam Sanctam Unionem, eorumque bona ommiserim,²⁰² tam apud Sanctam Regiam Maiestatem, quam omnes Reipublicae ordines, sicuti notorium est, ita et postquam rumor fuit in castris apud Thuronium in sequenti octobri, quod iam aliqua pacta condita fuere per D.nos castellanos Voliniae et Smolenscii,²⁰³ quae praeiudicialia forent

²⁰² Haec protestatio tractat totum tempus praeparationis pactorum Hadiacensium, et postquam fuerunt initia an. 1659, mense maio et a Rege et Senatoribus iurata, Nuntius ex officio cautissime procedere debuit, ne sibi Sedique Apostolicae Regem Regnumque Poloniae inimicum faceret; proinde de his rebus semper Romanam Sedem consuluit et secundum eius instructiones agebat et quidem modis valde blandis. Cfr. de his rebus quae habentur etiam in vol. I *Audientiae Sanctissimi*, pag. 34-79 etc., edito in nostra Collectione an. 1963, Romae.

²⁰³ Agitur de Casimiro Bieniewski, Castellano Volhiniae (1658-) dein Palatino Cernihoviensi; et Casimiro Ludovico Jewlaszewski, tunc Castellano Smolenscensi, dein Palatino Brestensi.

ipsi Sanctae Unioni, iterum non solum Sacrae Regiae Maiestati preces meas humiliter porrexi, instetique ministros et proceres ad latus ipsius tunc consistentes, ne quid damni Sanctae Unioni infereretur, sed ulteriora mala praeveniendo protestatus sum omni meliori modo et forma in scriptis, sub die 25 octobris, quam protestationem ad manus etiam Ill.mi et R.mi D.ni magni Cancellarii regni extradidi, copiamque illius ad alios suo loco et tempore specificandos transmissi, ad effectum, ut in suis cancellariis ingrossarentur, et publica instrumenta extraderent, sicuti actum fuit, et apud me asservantur ad quae etc. Verum cum in nuperis Comitibus de dictorum pactorum confirmatione disquisitio habita sit, statim atque propositio ista emanavit, iterum omni qua fieri potuit diligentia ursi saepius reverenter apud Sacram Regiam Maiestatem, ne quid damni Sanctae Unioni, eorumque bonis inferretur, ita et apud omnes regni proceres (f. 333v) praecipueque Ill.mos et R.mos D.nos Archiepiscopum et Episcopos regni et magni ducatus Lithuaniae, ipsosquemet testes invoco,²⁰⁴ an partes meas adimpleverim. Attamen cum, post varia consilia super re gravissima habita, statuta fuerint aliqua, quae quamvis ex statuentium et subscribentium pietate et zelo mihi suadeam recta imo catholica mente et intentione et ad bonum finem peracta fuisse, nihilominus cum aliqua contineant, quae per se ipsa, et ratione annexorum, non levem dubitandi occasionem praebent aliter sapere, ego, ne dissimulare videar, quae constantissime impugno et impugnabor, hac solemni mea declaratione protestor de omnibus in iisdem contentis, quae aliquo modo directe vel indirecte intelligi seu exequi possent in praeiudicium Sanctae Unionis, bonorum ipsius et catholicae religionis, taliaque etiam, si iurata, pro nullis, cassis et irritis, nulliusque roboris et momenti extitura, ac pro talibus semper et perpetuo ab omnibus et singulis cuiuscumque status, gradus, conditionis et praesminentiae etiam ecclesiasticae et regiae, specialique nota dignis habenda et iudicanda fore et esse, reservans mihi et Successoribus meis in meo munere, Sanctaeque Sedi Apostolicae liberam facultatem, potestatem et auctoritatem de et super praemissis, et quomodolibet ab eisdem dependentibus, et causam vel occasionem (f. 334) habituris, seu ducturis, et circa ea faciendi, gerendi, declarandi, publicandi ac decernendi quidquid visum fuerit necessarium et opportunum, ac in dies magis expedire toties quoties praemisso, et alio omni meliori modo etc. de quo etc.

²⁰⁴ Cfr. protestationem Hierarchiae Polonae supra, quae amplissime de iniuriis Ecclesiae Catholicae illatis tractat, et de conaminibus Nuntii attestat.

110.

*Varsavia, 18. IX. 1659.**Attestatio Archiepiscopi Polonsis de receptione subsidii.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 546. (orig.)

Io sottoscritto confesso per il presente haver ricevuto da Mons. Ill.mo e Rev.mo Pietro Vidoni Vescovo di Lodi e Conte, Nuncio Apostolico di Polonia Ungari ducento che fanno la somma di Fioreni Polachi mille duecento, de quali do quieto con il presente mio confesso scritto, e sottoscritto di mio proprio pugno et sigillato con mio proprio sigillo alla presenza delli infra scritti Testimoni e Notaro Apostolico e in fede

Io Gabriele Kolenda, Arcivescovo di Pollocia Administratore Metropolitanano di Tutta la Russia m.p. (Sigillum)

Ego Paulus Korsak, Archimandrita S. Onuphrii Reg. O.B.M. sum praesens et testimonio. m.p.

Io Marciano Bialozor del Ord. di S. Basilio Magno fui presente per testimonio.

(Signum notarii)

Et quia ego Franciscus Maria Herba, publicus Ap. autoritate notarius in Archivio Romanae Curiae descriptus ac Curiae causarum Nuntiatione Apostolicae in Regno Poloniae V. Cancellarius ad supradictae summae solutionem una cum supradictis testibus praesens fui et vidi postea supradictum Ill.mum et R.mum D.num Archiepiscopum Pollocensem propria eius manu sic nostra scribere. Ideo in fidem hic subscripsi et signavi requisitus, hac die 18 Septembris 1659.

111.

*Varsavia, 22. IX. 1659.**Protestatio Archiepi Polocensis Kolenda et Ep. Volodimirien. contra pacta inita et sancita in Comitiiis Regni.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 569rv. (copia)

Ne, sicut infirma sui conditio saepe efficere solet, res ex hominum memoria sensim excidant, et ulla in divinis laudibus et praecibus per nos Deo persolvendis appareat aut negligentia, aut diminutio. Cum non sine magna animi nostri molestia perceperimus, in publicis Comitiiis huius Regni anno praesenti die vero 17 Martii inceptis, aliquid fuisse determinatum quod potest redundare in grave praeiudicium et damnum non

solum nostrae Religionis Ritus Graeci cum S.R. Ecclesia divina clementia Unitorum, verum etiam eiusdem nostrae Religionis Jurium, Privilegiorum, Personarum et Bonorum etiam spiritualium ²⁰⁵.

Ideo ego infrascriptus ²⁰⁶ nomine meo et omnium confratrum meorum Rev.morum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Praelatorum, nec non totius Cleri Ritus nostri cum S.R. Ecclesia Unitorum, ne etiam his luctuosis temporibus dictam Religionem duplici sentiamus detrimento aggravatam, quin imo iis omnibus occurramus quae dictis adversari possunt, omni qua meliori licet, et possumus via, pro nostra omnium unitorum salute, pro Ecclesiarum, bonorum, iurium ecclesiasticorum, Nobis de Jure competentium, vel quomodolibet pertinentium et in futurum etiam pertinendorum defensione, et conservatione de omnibus et quibuscunque damnis, praeiudiciis et incommodis exinde nobis allatis et pro tempore proveniendis protestamur, et nunquam iisdem consensisse, ac in posterum consentire velle posse, aut debere directe, vel indirecte, tacite, vel expresse dicimus, et declaramus. Verum etiam opportunis loco, et tempore nos paratos esse et futuros, praedicta Jura, dominia ecclesiasticorum bonorum possessorum detentionem, et Personas manutenere et conservare omni conatu et modo quo possumus, et debemus.

Iterum declaramus et solemniter protestamur et ut ad Acta Cancellariae Ill.mi Nuntii Ap. in Polonia suscipi et ingrossari possit petimus. In quorum praemissorum etc. manu nostra scripsimus et subscripsimus, ac sigilli nostri impressione communiri fecimus.

Datum Varsaviae, in Palatio nostrae residentiae, die Lunae 22 Septembris 1659.

Gabriel Kolenda, Arch.pus Polocensis, Administrator Metropoli-
liae Kioviensis totiusque Russiae. (L.S.)

Ego Joannes Pociey, Protothronius Metropoli-
liae Kioviensis et totius Russiae, Ep.pus Vladimiriensis et Brestensis inhaerendo huic protestationi manum meam subscripsi, et sigillo munivi. (L.S.). Varsaviae, 25 Sept. 1659.

²⁰⁵ Agitur de expressa protestatione Ecclesiae Unitae de iniuriis sibi illatis. Cfr. protestationem Hierarchiae Polonae (supra), quae puncta principaliora enumerat; cfr. nr. 108.

²⁰⁶ Gabriel Kolenda, Administrator Metropoli-
liae Kioviensis et prima eiusdem dignitas, s.d. Protothronius, Ep.pus Volodimiriensis, Joannes Potij.

112.

*Varsavia, 22. IX. 1659.**Ep. Laudensis (Nunt. Varsavien.) de Innocentio Terpilowskyj, Romam misso.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 184.

Em.mo e R.mo Signor, Padrone Colendissimo.

Dalle frequenti mie relationi rimane Vostra Eminenza bene informata dei bisogni della Santa Unione, verso della quale si degna del continuo dispensargli nuove gratie, ma non volendo per questo mancar a se stessi gl'Uniti di non promuovere quanto ponno i loro interessi in questa corte, han risoluto di spedirvi il Padre Innocentio Terpilowski,²⁰⁷ et ha desiderato ch'io lo presenti con questa a Vostra Eminenza. Non ho perciò potuto negarglielo, supplicandola insieme humilissimamente degnarsi di continuarle la potentissima sua protezione, perchè resti consolato in tutto ciò che potrà risultare in beneficio loro; e promettendole quelle stesse obbligazioni, che per tant'altri titoli le professo e devo, resto insieme con farle profondissimo inchino.

Varsavia, 22 Settembre, 1659.

Di Vostra Eminenza humilissimo, divotissimo et obligatissimo
P., Vescovo di Lodi.

(f. 185v) 23 febraro 1660.

113.

*Varsaviae, 27. X. 1659.**Attestatio Ep. Chelmensis J. Susza de receptione subsidii a Nuntio Apostolico.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 629r. (orig.)

Ego infrascriptus fateor, praesentibus meis litteris, habuisse et realiter ad manus meas recepisse ab Ill.mo et R.mo D.no, D.no Petro Vidono, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Laudensi et comite, in hoc Poloniae Regno Nuncio apostolico, hungaricos in parata pecunia ducentos, qui constituunt summam florenorum polonicalium mille

²⁰⁷ De expeditione Romam P. Innocentii Terpilovskyj cfr. quae habentur in litteris Jacobi Susza, Episcopi Chelmensis; cfr. infra, sub dat. 7 et praesertim die 9 novembris 1659 (cfr. nr. 117). Missio haec fuit partialis et ab alia parte Episcoporum et Religiosorum protestata.

ducentorum, pro quibus hanc meam quietationem scripsi et manu mea subscripsi propria ac sigillo meo communivi, in praesentia infrascriptorum testium ac notarii publici apostolici; in quorum fidem.

Datum Varsaviae, die 27 mensis Octobris 1659.

Jacobus Susza, Ep. pus Chelmen. et Belzen. m.pr. (L.S.).

Ego Pachomius Ohilewicz, Ord. S.B.M. S.Th.D. dicti Ordinis Consultor praesens fui pro testimonio. m.pr.

Ego Joannes Kosienski praesens fui pro testimonio. (Signum notarii).

Et quia ego Franciscus Maria Herba, etc. praesens fui, et vidi postea praefatum Ill.mum et R.mum D.num Episcopum Chelmensem et Belzensem propria eius manu sic ut supra scribere et subscribere, etc.

114.

Varsavia, 7. XI. 1659.

Episcopus Chelmensis J. Susza de beneficentia Sedis Ap. gratias agit Summo Pontifici.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 652. (orig.)

Beatissime Pater, Sanctissime Domine.

Nullo merito meo, Sanctitatis Vestrae sat liberali praeventus beneficentia, quam nuper de manibus Ill.mi Poloniae percepi Nuntii, tamquam inutilis servus, qui non sim reddendo, et sterilis arbor, quae inepta videndo, cum non habeam opera pro pomis, spargo verba pro foliis: Deo et Sanctitati Vestrae summae gratiae.

Quo fixo ad pedes Sanctitatis Vestrae, gratorum quidem, sed inanium verborum monumento, haec de me constantissime polliceor ac recipio, me non modo ex debito, et ex affectu proprio erga S. Catholicam Ecclesiam, summumque Patrem ac Pastorem eius, instanter operaturum, verum etiam beneficii devinctum, longe ante alia instantius, in via, et vinea Domini ambulaturum et laboraturum.

Atque adeo dum id velle mihi adest, Vestra Beatissima Paternitas, sua me illud Divina Vicaria benedictione perficere faciat.

Cum quibus Ss.mos eius humillime nunc exosculans pedes, me et mea Sacrae de Propaganda Fide Congregationi directa desideria, ea qua possum mentis meae commendans demissione, Bonorum illum Dominum, ac Patrem Misericordiarum exoro, ut Sanctitatem Vestram unicum Unionis Patrem, diu gloriae suae et Ecclesiae Sanctae nobisque indignis servet incolumem.

Sanctitatis Vestrae indignissimus servus et humillimus exorator
 Jacobus Susza, Ep.pus Chelmensis et Belzen. m.p.
 Varsaviae, 7 Novembris 1659.

115.

Varsavia, 7. XI. 1659.

Ep. J. Susza Congreg. P.F. de Statu Ecclesiae Ruthenae, de eccl. SS. Sergii et Bacchi, et de Archiep. Polocensi, eiusque modo agendi.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 178.

Em.mi et R.mi Principes, D.ni, D.ni Colendissimi.

Quae a Vestris Em.mis Celsitudinibus per Em.mum Sacrae Congregationis Vestrae Praefectum, quem cum omni qua par est veneratione nominatum velim, D.num Antonium Barberinum, mihi mandata fuerunt, qui de statu Ecclesiae Unitae Vestris Em.mis perscriberem Celsitudinibus, iis iam aliqua ex parte obsecundavi, dum et in Comitibus informationes a me Reipublicae datas, et post Comitibus alia inter nos et schismaticos, alia inter nos ipsos transacta, per Ill.mum D.num Nuncium Vestris Eminentibus transmittenda commendavi. Quem, nil dubito, de aliis iam Vestris Em.mis Celsitudinibus nunciavisse, de aliis nunciaturum. Caeterum, quae per duos supra decem annos rebellionis Cosaticae nobiscum Miserator Dominus et infensissimi hostes nostri fecerint, brevi Vestris Eminentibus historice, quantum mihi de talibus investigare licuit rebus, conscripta transmittam. Et vero, quae mihi etiam pro SS. Sergii et Bacchi ecclesiae et collegii conservatione per Vestras Em.mas Celsitudines commissa sunt, potissimum vero, ut eo personae dignae dirigerentur, adnisi sum cum omnibus R.mis D.nis Episcopis et tota Religione, quatenus vir poene omnibus absolutus numeris mitteretur.²⁰⁸ Fixumque id ac ratum fuit. Sed Ill.mus D.nus Administrator noster, privatis bonis in communi malo studens, colorate persuasis suas in partes nonnullis, hanc telam optime contextam multorum cum dolore proborum pessime dissuit. Quae Ill.mo D.no Secretario separatim dedi Vestris Em.mis Celsitudinibus referenda.²⁰⁹ Eidem etiam desideria mea communitati nostrae pernecessaria commisi. Vestrarum autem Em.marum Cel-

²⁰⁸ Revera designatus fuit P. Pachomius Ohilevyč, Basilianus, qui tantummodo anno 1663 Romam appulit, cui post breve tempus etiam ipse Jacobus Susza secutus est, sed iam in circumstantiis mutatis.

²⁰⁹ Cfr. litteram subsequentem.

situdinum erit, uti viscera sanctae matris Ecclesiae repraesentantium, et malis filiorum suorum, esto etiam indignissimorum, materno mederi, et bonis eorundem benigne prospicere. Ita tamen ut vel icti modernis malis in bono sapere, bonitate vero matris suae ab iisdem protecti, grati esse discamus. Quibus iterum iterumque auxiliatricem Vestrarum Eminentiarum implorando manum, cum humillima mea iisdem defero obsequia, tum vero Dominum suppliciter et cernuus oro, ut Vestras Em.mas Celsitudines omni repleat benedictione.

Datum Varsaviae, Novembris septima, anno 1659.

Vestrarum Em.marum Celsitudinum humillimus servus et exorator

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis unitus (m.pr.).
(f. 179v) Cum Em.mo Rospigliosio.

116.

Varsavia, 7. XI. 1659.

De missione romana scribit Episcopus Chelmensis explicando dissidia in hac materia exorta et promittit informationem a P. Ohilewicz.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen. (Fondo Vienna)*, vol. 18, fol. 180, 181v.

Ill.me et R.me D., Domine et Patrone Colendissime.

Litteras ab omnibus nobis Episcopis, Varsaviae, post Comitata recens exacta scriptas, religiosae insuper Communitatis nomine subscriptas, per electum a Nobis Religiosum ad tale munus obeundum apprime aptum, R.P. Pachomium Ohilewicz, S.T.S.D. Romanum et Ord. Nostri primum Consultorem mittere statueramus.²¹⁰ Qui omnibus nostris malis

²¹⁰ P. Pachomius Ohilevyč, Basilianus, Alumnus Collegii Graeci de Urbe. Filius Gregorii et Reginae Maslaczanka, natus Minski in Bielarusja, die 12.VI.1624; in Collegium ingressus 18. XII. 1645, discessit die 20. VIII. 1652, Laurea in S. Theologia accepta. Regressus in patriam, Vilnae aliisque in locis praedicabat, Episcopis consilio et auxilio fuit. In Capitulo Zyroviciensi electus provincialis et iterum Romam se contulit in rebus Religionis et Unionis. Reversus in patriam, in Capitulo Suprasliensi et Brestensi iterum electus est Provincialis, post pacificatum Ordinem et Metropoliam a Gabriele Kolenda obtenta, qui, electus Protoarchimandrita, sibi ad latus adsumpsit ut Vicarium Generalem Pachomium. Post mortem vero Kolendae electus est et ipse protoarchimandrita ut simplex monachus, annuente Cypriano Zochovskyj, successore in Metropolia (1674-1679). De eius virtutibus notari potest hoc testimonium Metrop. L. Kiška: «Temporis avarus, ad verba otiosa et officiosa mutus fuit». Cfr. in «*Analecta OSBM*», vol. II, fasc. 3-4, pag. 510-511. Possunt conferri omnia, quae habentur de eo in *Actis et Litteris S.C. Prop. Fide*, vol. I, Romae 1953-1954.

SS.mo D.N. propositis, congruum malagma cum omni posceret demissione. Sed ecce dum hoc ipsum quaerimus bonum, malorum author pessimus, utpote inimicus homo, in nostro zizania seminavit agro; et quorundam privato studentium commodo, propensos in dictum Religiosum immutavit animos, et semel placita subvertit consilia, ne ille, sed alius Sedem accederet Apostolicam.²¹¹ Ut eo ipso quaedam non celanda celare possent, quaedam sua, non quae Jesu Christi, quasi sensim sine sensu quaerant. Insuper etiam, sine Nostrum duorum et Religionis subscriptione, nec pleniori data misso de rebus nostris informatione, quasi vero minus S. Matrem Ecclesiam, ac eius Primum Princepsque Caput veneremur, atque curaremus; qui, parum abfuit, quin animam nostram cum sanguine pro eo effunderimus, et minus eiusdem protectione egeremus, qui vehementioribus Schismatis furiis expositi simus. Abunde credo, eadem super querela Ill.mum Nuntium SS.mo Domino nunciaturum, verum ego quoque cum Religionis nostrae Superiore, in separato Vestrae Ill.mae Dominationi perscribo memoriali.²¹² Quinimmo R.mus etiam Praemyssiensis, posteaquam id illi innotescet, luculenter de eodem argumento est exaraturus. Memoriali dicta super re adiungo ea, quae mihi communi nostro negotio necessaria esse videntur: ut ea V. Ill.ma D. S. Congregationi de Propaganda Fide vel etiam, si videbitur, ipsi Sanctissimo D.N. supplicetur a Nobis proponere, ac demum meas, pro praestita per Ill.mum D. Nuncium liberali gratia, venerabundas eidem Sanctitati porrigere litteras dignetur. Quod dum, iterum ac saepius, a V. Ill.ma Dominatione peto, mea promptissima obsequia eidem enixe commendo.

Varsaviae, Novembris 7, 1659 Anno.

Vestrae Ill.mae et R.mae Dominationis obsequentissimus Servus
Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belzen. Unitus (mp.).

(f. 181v) Varsavia, 7 Novembre 1659. — Il Vescovo di Chelma, unito, scrive che essendosi risoluto tra lui et altri uniti di mandare a Roma il P. Pachomio Ohilevicz, huomo habile, a rappresentare i loro bisogni a N.S., è stato quà mandato altro soggetto, più per commodo privato, che per interesse di Religione, senza lor saputa, nè che n'habbiano sottoscritta la commissione nè informatione di quello, ch'è venuto, come ch'essi non riconscessero la Sancta Chiesa Madre, e per lor Capo il Sommo Pon-

²¹¹ Haec oppositio exorta est sub ductu Gabrielis Kolenda, qui revera cum sua factione misit P. Innocentium Terpilovskyj, monachum basilianum, oriundum ex Ucraina, Alumnum Vilmensem, qui tempore belli polono-cosacici religiosus unitus factus, dein Unioni adhaesit, et in monasterio Bytenensi commorabatur. Cfr. de eo in *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 279, nota 351 et alibi.

²¹² Cfr. numerum sequentem.

tefice, e fossero scismatici. E se bene vedono, che sopra di questo haverà pienamente raguagliato il Nuntio la Santità di N.S., essi nondimeno ne mandano a V.S. Ill.ma il memoriale supplicandola a riferirlo alla S. Congregatione, e di presentarne anche le lettere a Sua Santità.

117.

Varsavia, 9. XI. 1659.

Episcopus Chelmensis de missione cuiusdam Religiosi Romam in negotiis Religionis et Ecclesiae; et de rebus in Metropolia, de funere defuncti Metropolitae, de modo agendi Archiepiscopi Polocensis, et de aliis negotiis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen. (Fondo Vienna)*, vol. 18, 186rv, 189rv.

Memoriale Ill.mo D. Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretario.

Esto non sim ulla in re de V. Ill.ma D. bene meritus, nihilominus, solius gloriae Dei causa, dignetur tum ipsi SS.mo, quae videbuntur, tum Sac. Congregationi de Propaganda Fide, mea hic inserta praesentare desideria.

Atque in primis quandoquidem, D. Basilio teste optimum exordium precum sit gratiarum actio, velit Ill.ma D.V. B.mo P. pro ducentis aureis, per Ill.mum Nuncium nomine Sanctitatis eius mihi traditis, meas gratiarum actorias porrigere litteras, et oretenus in hanc materiam pro affectu pietatis suae aliqua dicere.²¹³

Sacrae Congregationi de Propaganda Fide velit exponere, quod Varsaviae, post Comitiam, in neecessitatibus nostris scriptam ad SS. D.N. epistolam, post discessum Varsavia R.mi Vladimirien., quatuor primo Nos Episcopi: Polocensis, Smolenscensis, Praemyslien. Chelmensis subscripserimus, et pro Internuntio Rev.dum P. Pachomium Ohilewicz, virum omni ex parte dignum elegerimus. Cui tandem epistolae, redeunte ad sua Admodum R.P. Benedicto Terlecki, Ord. Nostri Provinciali, R.mus Vladimirien. extra Varsaviam subscripsit. Sed in colloquio religioso per eundem Provinciale Zyroviciis indicto pro viatico dictae personae componendo, R.mus Polocen., bonorum Metropolitae Administrator, mutavit Consilium, et addidit quasi pro Residente in Collegio SS. Sergii et Bacchi, R.P. Innocentium Terpilowski, huic provinciae longe imparem. Et esto supradictus P. Pachomius offerret se et Internuntium et Residentem acturum, nil tamen effectum; igitur per consumentiam id D. Administratori concessum, sed ut cum dicto R. Pachomio dictus Terpilowski²¹⁴ vaderet,

²¹³ Cfr. supra sub nr. 113, dat. 27.X.1659.

²¹⁴ Cfr. notam 211; revera P. Terpilovskij venit Romam, sed brevi tempore in patriam remissus, ut persona non grata.

in omnibusque ab ipso dirigeretur. Non contentus etiam eo, postea R.mus Administrator, tum motu proprio, tum persuasu nonnullorum Romae sibi timentium, penitus mittere R.P. Pachomium Romam recusat. Tandem absque Consilio Episcoporum indicit tempus funerandi Ill.mum olim Metropolitanum, quod nondum fuit; Vocatisque Supraslium ad suum Monasterium (cuius est Archimandrita) nonnullis R.mis Episcopis et praelatis, nonnullis non vocatis (f. 186v), nulla facta mentione de electione alterius Internuncii, dictum Terpilowski et Residentem et Internuncium esse statuit. Admodum R.P. Provinciale, ut epistolam ab omnibus Episcopis primo, et post a primariis Religiosis Zyroviciis in Colloquio subscriptam extraderet, mirabilibus despectibus vexavit; de quibus iam Ill.mus Nuncius est informatus. Insuper ejusdem epistolae copias, cum nonnullis a se persuasis subscripsit, et viatico a pluribus religiosis Superioribus, ac pauperimis Metropolitanae Dioeceseos sacerdotibus extorto, memoratum Religiosum, a nobis nullatenus informatum, quantocius Romam direxit, manente apud nos priore epistola omnium Episcoporum manibus et Religionis Superiorum subscripta. Ideo autem sic D. Administrator processit, quod in epistola ista D. Vladimiriensis, locum inferius non habens, priore loco (quod etiam de iure facere debuit, ut Protothronius, seu primus post Metropolitanum) subscripsit. Deinde timuit, ne disordines, quae inter nostros inveniuntur Praelatos nonnullos, et totam Unionem ac Religionem deturpant, progressusque earum impediunt, ne, inquam, electus ab omnibus Internuncius Romae revelaret. Tum demum, quia idem toto pectore ad Metropolitanum adspirat gradum, ideo etiam talem misit, qui res eius promoveret. Imo is idem Religiosus forte metuens, ne iter eius impediretur, Varsaviam dum transivit apud Ill.mum Nuncium non comparuit, esto literis Ill.mi per D. Administratorem acceptis munitus sit.

Addo Rev.mum Administratorem ad gradum Metropolitanum minime aptum, ob multa quae Ill.mo Nuntio, presentes nunc, revelavimus. Caeterum, de electione Metropolitanum, quae potui eidem Ill.mo porreximus. Et vero rogandus est in hac materia SS. D. Noster, si ita visum fuerit, ut scribere dignetur ad Serenissimum Pol. Regem, quatenus nos Episcopos permittat sibi eligere et praesentare eidem Metropolitanum, iuxta iura quae proposui Ill.mo Nuncio.

Et quia puto brevi expediendum illum quem elegimus Internuncium, illi committam multa Ill.mae Dominationi Vestrae referenda, praesertim cum et alii in commune sua quoque confererint desideria.

(f. 189) Et quod me ipsum concernit, magnam molestiam habeo cum bigamis sacerdotibus, qui tempore occupatae dioecesis Chelmensis a Schismaticis, post pacta Zboroviana cum Cosacis ante annos decem

aut minus, moriente prima uxore, in Sacris existentes ordinibus, 2das superinduxere, quales sunt Abram Turovicz Sahrynensis, Sabba Kormanowicz Tyszowicensis, Andreas Vlachowicz Losinieicensis, Gregorius Obuchowicz Tomaszovien. Parochi, alios non recordor, qui tamen vere nolunt ad disunitos transire, cum alii transierint, et quidem omnes suspensi a me patienter id ferunt. Rogo dignetur V. Ill.ma D. proponere Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, ut dispensentur. Habeo litteras a R.mo Korsak, coadiutore adhuc Metropolitae et Episcopo Pinscensi, ad R.mum Terlecki, antecessorem meum, datas (quas etiam, eunte Romam dicto Internuntio, tradam, sed nunc copias e polonico in latinum versas Ill.mae D.V. mitto), in quibus scribit pro talibus a SS.mo Urbano VIII, vivae vocis oraculo, dispensationem obtinuisse.²¹⁵

Insuper ante triennium circiter, scribente me aliquoties ad Residentem nostrum Romam, pro dispensatione in personam cuiusdam Georgii Poray, qui duas, unam post aliam, duxit Virgines saecularis existens, et rescribente mihi dicto Residente, quod impetravit, in spem obtentae dispensationis eundem consecravi, non permisi tamen quidquam Ordinis exercere.

Et post veniente ad nos illius loci Residente, atque in suis rebus variante, hucusque illum consecratum ab Ordinum executione detinui. Ideoque humillime peto, ut pro illo dispensatio obtineatur.

Similiter Schismaticum quendam Religiosum, Hilarionem Kucevicz, a Schismate conversum, suscepti ad Unionem, et quia vidi bonum esse hominem, ad Ordines promovi, nil suspicatus; et ecce post cognosco ipsum in saeculo bigamum fuisse realem, suspendoque ab officio, et pro isto obnixè rogo dari dispensationem.

Varsaviae, die 9 Novembris 1659.

V. Ill.mae Dominationis obsequentissimus Servus

Jacobus, Episcopus Chelmen. (mp.).

(f. 189v) Varsavia, 9 Novembris 1659.

Monsignor Vescovo Chelmen. etc.

Prega V.S. Ill.ma a ringratiar N.S. in suo nome delli 200 scudi fatili dare dal Nuntio. Rappresenta l'istesso Prelato assieme con altri Vescovi d'haver eletto un soggetto per mandare a Roma per loro Internuntio, e Residente in SS. Sergio e Baccho, chiamato il P. Pacomio Ohilevicz, huomo d'habilità; Ma che l'Amministratore della Metropolia haveva in

²¹⁵ Copiam hanc epistolae-traductionis R. Korsak nondum invenire valuimus. Videant alii in aliquo fondo Sedis Apostolicae.

luogo del suddetto surrogato il P. Innocentio Terpilowschi d'inferiore attitudine; e che per farne l'elettione haveva fatto adunar insieme alcuni altri Vescovi, e Religiosi col pretesto di far esequie al defonto Metropolita, e nell'adunanza ne fece sottoscrivere quasi con violenza la deputatione; e che poi estorse alcune elemosine da sacerdoti, e poveri della Diocese, l'haveva mandato a Roma; opponendosi in tanto, che non venga l'altro per dubio, che scuopra questo, come anco perche non l'impedisca il disegno, che ha d'esser Metropolita. Che per far la deputatione suddetta facesse la sottoscrizione prima del Vescovo Vladimiriense, al quale (come Protothronio, o primo doppio il Metropolita) toccava di sottoscrivere. Che nel passar per Varsavia non passò dal Nuntio per non esser scoperto. Afferma di più non esser l'Amministratore habile per tal carica, conforme si è rappresentato al Nuntio dal sudetto Vescovo di Chelma; onde prega V.S. Ill.ma di supplicar N.S., che circa l'elettione del Metropolita si degni di scriverne al Re, che permetta a Vescovi l'eleggere, e presentare il Metropolitanano conforme alle raggioni, che n'hanno, e si son rappresentate a S.M. Che a tal soggetto, eletto per mandar a Roma commetterà quanto occorre. Molte altre cose si riserva di rappresentare con la venuta dell'altro eletto di comun consenso, che spera dovrà presto spedirsi. Per quello poi che spetta alla sua carica, dice ch'essendo nell'accordo, fatto con Cosacchi, passati alla S. Unione alcuni sacerdoti bigami, et havendoli egli sospesi a Divinis, supplica la S.C. per la facultà di dispensarli, nel modo, che si fece con altri in tempo d'Urbano Ottavo. Un tal Giorgio da lui ordinato, e poi scopertosi bigamo; come anco un tal Hilarione, Scismatico, hora unito e ordinato dal medesimo al sacerdotio, e scopertosi parimente bigamo, desiderosi dell'assolutione, o dispensa son raccomandati efficacemente dal suddetto Vescovo, acciò li se ne faccia la gratia, etc. etc. ...

118.

Varsavia, 28. XII. 1659.

Attestatio Archiep. pi Smolenscensis de subsidio accepto a Nuntio Apostolico.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 70, fol. 732. (orig.)

Ego infrascriptus fateor, praesentibus meis litteris, habuisse et realiter ad manus meas recepisse ab Ill.mo et R.mo D.no Petro Vidono, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Laudensi et comite, in hoc Poloniae Regno Nuncio apostolico, hungaricos in parata pecunia ducentos, qui constituunt summam florenorum polonicalium mille ducen-

torum, pro quibus hanc meam quietationem scripsi et manu mea subscripsi propria ac sigillo meo communivi, in praesentia infrascriptorum testium ac notarii publici apostolici; in quorum fidem.

Varsaviae, die 28 X-bris 1659.

Ego Andreas Kwasninskij Slocius, Archiep.pus Smolen. Pinscensis et Turovien. Ep.pus. m.pr. (L.S.)

Ego Ioannes Wyderka, praesens fui pro testimonio.

Ego Augustinus Piotrowski, praesens fui pro testimonio (Sigillum et attestatio notarii).

119.

Tyrnava, 4. I. 1660.

Archiep.pus Strigoniensis Episcopum Mukačoviensem iterum commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 600, fol. 230-231.

ARCHIVUM CONVENT. LELESZ, *Acta an. 1758*, nr. 107.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 141, pag. 188.

Nos Georgius Lippay, miseratione divina Archiep.pus eccl.ae metropolitanae Strigon. locique ejusdem comes perpetuus, Primas Hung., legatus natus, summus et Secretarius Cancellarius, S.C. et R. Mat.tis intimus Consiliarius etc.

Notum facimus, quibus expedit universis, quod cum post Rev.di quondam Basillii Tarasovicz Gr.R. Ep.pi Munkaciensis ex hac vita decessum Petrus Parthenius ex Ordine S. Bas. presbyter legitime et unanimi eorum, qui jus suffragii habuerunt, ejusdem Gr.R. sacerdotum voto in Ep.pum Munkaciensem fuisset electus, ad nos ac s. nationalem Synodum, quam Tyrnaviae anno 1648, in Septembri, magna D.norum praelatorum ac cleri frequentia celebrabamus, cum pluribus dicti ritus Ruthenis sacerdotibus recurrerit et sponte ac libere exposuerit declaraveritque, qualiter non solum ipse ac reliqui, quorum suffragio est electus, presbyteri, sed et populus eorum curae commissus, cum catholica Romana Ecclesia adeoque Christi in terris Vicario, Pontifice Romano, sinceram sacrosancte observandam decreverint unionem, demisse instando, quatenus nos ac s. nationalis Synodus eundem Revd.mum Petrum Parthenium ita, ut meminimus, electum Ep.pum Munkaciensem ejusque clerum ac populum pro talibus agnoscere, in S. Unione conservare ac apud S.C. R.que Mat.tem recommendare vellemus. Quam dicti Rev.mi Petri Parthenii ac ejusdem cleri instantiam nos cum universa nationali Synodo gratam et acceptam habentes, non solum fraterno benevolentiae affectu eosdem complexi sumus, verum etiam quicquid ad promovendum

eandem S. Unionem ac reductionem eorum, qui ejusdem ritus a suo legitimo Ep.po divisi erant, necessarium videbatur ea, qua par erat, sollicitudine ac industria procuravimus. Nam ad nostram informationem et recommendationem S.C. R.que Mat.tas optimo jure, quod, ut Rex ap.tolicus, in omnia beneficia eccl.tica in hoc Regno Hung. habet et exercet, eidem Rev.mo Petro Parthenio dictum ep.patum Munkacsiensem cum omnibus pertinentiis, juribus possessionariis ac quibuscunque emolumentis et obventionibus et censu cathedratico, ut ex donationibus ejusdem S. Mat.tis uberius patet, contulit gratiose; a S.mo etiam D.N. Alexandro Papa VII, pro eodem Rev.mo Petro Parthenio, Ep.po Munkacsiensi confirmationem ac reliqua, quae ad legitimam ejusdem muneris executionem desiderabantur, obtinuimus, atque id ipsum ac ejusdem Rev.mi Petri Parthenii legitimam in Ep.pum consecrationem uberius in aliis nostris patentibus literis in a.D. 1655 uberius declaravimus.²¹⁶ Et quoniam tum ipse Rev.mus Petrus Parthenius, Ep.pus, tum plerique alii ejusdem ritus sacerdotes latinum idioma non dedicerunt, juxta usitatam et a Sede Apostolica jam olim approbatam Gr.R. consuetudinem vulgari illyrica seu glagolitica lingua divina omnia peragere populoque sibi commisso Sacramenta ministrare ac reliqua eccl.tica munia poterunt in D.no exercere, quare omnes et singulos cujuscunque gradus, status, ordinis et praecminentiae Xtifideles paterne in D.no requirimus, ut dictum Rev.mum Petrum Parthenium pro vero, legitimo et catholico Ep.po Munkacsiensi et plebanos sub ejus potestate degentes similiter pro veris et legitimis sacerdotibus agnoscant iisdemque eum, quem ep.palis et sacerdotalis requirit dignitas, honorem ac reverentiam, favorem et benevolentiam, data occasione, satagant exhibere; praemissis vero sacerdotibus unitis, archidiaconis et populo universo, ubivis et in quibuscunque cot.tibus in hoc Regno Hung. ac partibus eidem adnexis degentibus et commorantibus, autoritate imprimis apostolica, nobis ea in parte specialiter delegata, deinde etiam ordinaria, qua ut primas in eodem Regno eique de jure annexis partibus divina fungimur miseratione, districte committimus ac mandamus, ut Ep.pum praefatum Munkacsiensem, Petrum Parthenium tamquam legitimum immediatum animarum suarum pastorem agnoscere eidemque condignum honorem ac obedientiam studeant praestare; D.nos etiam terrestres, in quorum dominiis et terris dictus Ep.pus ac reliqui de ejus clero morantur, amice requirimus et obsecramus, ut tum eun-

²¹⁶ Cfr. supra, nr. 73, sub dat. 22.VII.1655; cfr. etiam in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 559, nr. 505, sub dat. 8.VI.1655 — Breve confirmatorium Alexandri PP. VII.

dem Rev.mum Ep.pum, tum reliquos ejusdem Ritus ac Unionis sacerdotes et clerum adinstar aliorum eccl.ticorum immunitate eccl.tica in personis suis ac in parochialibus fundis sinant gaudere neque permittant, ut praefato Ep.po aut sacerdotibus et clero ejus curae commissis saeculares personae manus injiciant aut quovis alio modo contra ss. canonum tenorem eosdem in personalibus judicent aut perturbent. Illud etiam unice desideramus, ut de benigno eorundem D.norum terrestrium consensu liceat eidem Ep.po et sacerdotibus ei subjectis penes eccl.as eorum scholas erigere ac magistros idoneos pro instruenda in literis et bonis moribus juventute intertenere, omnesque et singulos, non secus ac reliquos Latini Ritus eccl.ticos ac scholarum rectores sub singularem suam recipere protectionem et contra malevolorum injurias defendere non intermittant. Quod saepedicto Rev.mo Ep.po ejusdemque clero per D.nos terrestres gratiose collatum beneficium iisdem a Deo ter-optimo maximo comulatissime in hac et in altera vita confidimus retribuendum.

Datum Tyrnaviae, in archiep.pali nostra curia, die 4 m. Januarii, a.D. 1660.

Georgius Lippay, Archiepiscopus Strigoniensis — Joannes Barsony.

120.

(*Mukačevo, I. 1660*).

Episcopus Mukačoviensis petit quoddam subsidium ab Imperatore.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE:.....

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 150, pag. 198.

Aug.me Imperator, D.ne, D.ne Clem.me.

Sac. C. R.que Mat.tas adhuc clementissime recordari dignabitur, quatenus ego, cum post abnegatos abjuratosque omnes Schismaticorum errores, ante aliquot annos unionem S. Matris Eccl.ae Rom. cath. amplexus ac ex consensu Sedis Ap.tolicae, nempe Alexandri hujus nom. Papae VII, ab Ill.mo ac Rev.mo Archiep.po Strigoniensi in Ep.pum ordinatus fuerim Munkacsensem, postquam jam quingentos sacerdotes schismaticos, quibus alii hactenus successerunt, ad eandem S.E.C. unionem perduxeram et totam illius dioecesis plebem converteram, tandem a Vestra S.C. R.que Mat.te a. 1659, Posonii, eodem ep.patu etiam quoad temporalia, tamquam a vero collatore donatus sum, desolato tum per injurias belli ante quinquennium ibi grassantes, tum per pseudoep.pum schismaticum totaliter spoliato,²¹⁷ ut nihil in monasterio Munkaciensi, nisi unicus

²¹⁷ Agitur de Joannicio Zejkan, Episcopo Mukačoviensi, a principissa-vidua Rakocsy nominato, qui titulum hunc usque ad annum 1687 ducebat.

calix isque staneus remanserit. Ut itaque munus hoc ep.pale mihi clementissime collatum debite obire et populum mihi concreditum in via salutis conservare valeam, aliis mediis destitutus ad S.C. R.que Mat.tem V. suppliciter advolvor humillime rogans, quatenus ex innata sibi caes. et Austriacae praesertim domui propria clementia id gratiae superlargiri et ad promovendum hoc pastorale munus hanc meam necessitatem sublevare atque pro apparatu nostri Gr.R. ep.pali, calice decenti aliisque ad haec necessariis subsidium aliquod clementissime impertiri dignetur. Pro quo summo beneficii genere divinam clementiam una cum omnibus mihi subjectis sacerdotibus oviculisque mihi commissis humillime precari nusquam intermissurus S.C. R.que Mat.tis V. humillimus capellanus

Petrus Parthenius, Ep.pus Munkacensis Gr.R. unitus, Ordin. S. Bas.

121.

Varsavia, 19. II. 1660.

Ep. Procopius Chmelovskyj attestat receptionem 200 hungaricorum a Nuntio Ap.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, f. 315.

Ego infrascriptus fateor, praesentibus meis litteris, habuisse et realiter ad manus meas recepisse ab Ill.mo et R.mo D.no, D.no Petro Vidono, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Laudensi et comite, in hoc Poloniae Regno Nuncio apostolico, hungaricos in parata pecunia ducentos, qui constituunt summam florenorum polonicalium mille ducentorum, pro quibus hanc meam quietationem scripsi et manu mea subscripsi propria ac sigillo meo communivi, in praesentia infrascriptorum testium ac notarii publici apostolici; in quorum fidem.

Datum Varsaviae, die Iovis 19 mensis Februarii, 1660.

Ego Procopius Chmielowski, Praemisliensis et Samboriensis episcopus (m.pr.). (L.S.).

Ego Ioannes Wyderka, praesens fui pro testimonio.

Ego Augustinus Piotrowski, praesens fui pro testimonio.

(*Signum notarii*)

Et quia ego Franciscus Maria Herba, publicus apostolica auctoritate notarius in Archivo Romanae Curiae descriptus (f. 315v) ac Curiae causarum Nunciaturae apostolicae in regno Poloniae vicecancellarius, ad supradictae summae solutionem una cum supradictis testibus praesens fui, et vidi postea praefatum Ill.mum et R.mum D.num Episcopum Praemisliensem et Samboriensem propria eius manu sic ut supra scribere et se subscribere. Ideo in fidem hic me subscripsi et signavi requisitus, hac die Iovis 19 februarii 1660.

122.

*Brzozovia, 1. III. 1660.**Excerpta ex Relatione Ep̄. pi Stanislai Sarnowski, Latini Ritus.*

ASV, Arch. S. Congr. Concilii: Relationes, Praemislien. (s.n.)

ASV, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 361.

Status Ecclesiae et Dioecesis Praemisliensis, in Anno praesenti MDCLX, die prima Martii...

Dioecesis Praemisliensis maiori ex parte montium inaequalitate flexuosa, non tamen naturali amoenitate destituta, viarum tamen incommodis plena, amplitudini Ducatus Russiae innexa in longum leucis circiter triginta duabus protensa, latitudine sua amplam et spatiosam complectitur locorum capacitatem. Unde Orientale Archidioec. Leopoliensis, Occidentale Dioec. Cracoviensis, Meridionale Montes Carpathii Poloniae et Hungariae Regnis termini, Septemtrionale Episcopatus Chelmen. illius claudunt latus.

Praeterea intra moenia eiusdem Civitatis (Praemisliae) Ecclesia Graeci Ritus Cathedralis, quae a Schismaticis olim, recentiori vero memoria ab Unito Episcopo Graeci Ritus quadraginta circiter annorum spatio possidebatur, in cuius locum Procopius Chmielowski eiusdem Ritus Episcopus, Regularis S. Basilii Unitus successerat. Hunc iterum eadem Ecclesia ab Antonio Winnicki nuncupato, Regulari itidem S. Basilii Schismatico, urgentibus Cosacorum pactis amoto antedicto Procopio, possessa.

Extra Civitatem in suburbiis sunt Ecclesiae Graeci Ritus Schismaticae octo, nonus Conventus Monachorum Schismaticorum S. Basilii, sub titulo Ss. mae Trinitatis.

Ecclesiae Parochiales per universam Dioecesim sunt centum quinquaginta; ex his per hostes numero tredecim combustae, nec reaedificatae. Duae praeterea ante annos circiter sexaginta per Haereticos sunt suppressae et sublatae.

Schismaticorum vero Graeci Ritus Ecclesiae in hac Dioecesi numerum trium millium quadringentarum superant, quae numerosissima plebe Schismatica, latrocinii et depraedationibus, praesertim circa fines Hungariae, etiam Ecclesiarum et Parochorum apprime dedita abundant; qua de causa Parochi, sine periculo vitae, pluribus in locis toto penitus tempore aestivo residere nequeunt, quin et ipse Episcopus in loco Residentiae suae consueto, quem unicum tantum in eodem Districtu, Terra Sanocensis nuncupato, habet, idem periculum metuit. Sacerdotes Graeci Ritus Rutheno-Schismatici extreme rudes et indocti,

qui si ab unito Episcopo gubernarentur illi ipsi et plebs universa facile ad Unionem accederent.

Animae Christifidelium in Dioecesi numerantur circiter millia centum quadraginta, ubi etiam praecipui Regni Proceres suis possessionibus abundant.

Schismaticorum vero animae in hac Dioecesi excedunt numerum trium Millionum.

123.

Zydzczyn, 11. III. 1660.

Episcopus Chelmensis J. Susza Nuntio Ap. de dissidiis in Ecclesia Unita deque Synodo convocanda aliisque rebus.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 71, fol. 185.

Copia litterarum Ill.mi D.ni Ep.pi Chelmensis Ritus Graeci Uniti, dat. Zydicini die 11 Martii 1660, ad Nuntium Apostolicum .

Statim atque accepi Ill.mae S. Celsitudinis litteras, cum meis me sisto eidem humillime. Et quidem quod attinet Ill.mum Polocensem, non videtur mihi aliter posse eum ad complanationem cum R.P. Provinciali venire, nisi per potestatem superiorem. Neminem enim tanti quanti se existimat et turbidos eius novimus mores. Proinde si placuerit Celsitudini Vestrae Ill.mae obtinere velet facultatem a Ss.mo indicendi nobis quasi quamdam Synodum²¹⁸, in qua adsint omnes episcopi, et religiosi praecipui, et si quis alius, videbitur.

Illic quisque sua propalet vulnera. Praesidendi autoritas, et medelae potestas, imo poenarum, quibus omnino opus est, sit penes V. Ill.mam Celsitudinem, sic et malis nostris obviabitur, et multa bona eventura putarim: Imo plurima S. Sedi Apostolicae referenda intelligentur. Nec puto ullum Vestrae Ill.mae Celsitudini recalcitraturum, aut statuendis nomine Sanctissimi refregaturum. Alias suspectum fidei tantum haberemus.

Caeterum ut petii ita nunc enixe peto dignetur cordi habere Dioecesis partem meae in Lubomliensi tractu collato Wyhovio.

Gratissimum vero contigit illud mihi Sanctissimum mei indigni

²¹⁸ Revera haec « quaedam Synodus » seu conferentia vel Congressus locum habuit tantummodo in novembri 1663, Zyroviciis, ubi dissidia inter Administratorem et Episcopos nec non Religiosos in concordiam transmutatae sunt et Gabriel Kolenda electus et commendatus Sedi Apostolicae in Metropolitam Kioviensem. Cfr. infra, nr. 178, sub dat. 3.XI.1663.

esse memorem, suosque favores permittere, et Paternam impertiri benedictionem. Quocirca neque ego omittam, quin Sanctae Ecclesiae toto virium conatu, me meosque labores impendam, obsequia mea interim, etc.

124.

(Chelma), 11. III. 1660.

Nota Ep. J. Susza, de excommunicatione P.B. Terleckyj, ab Archiep. po Polocensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 32r.

Ex litteris ²¹⁹ R.mi Episcopi Chelmensis, de data 11 Martii 1660.

De nostris rebus fere nihil consolationis praecipuis a Moscho ereptis locis. Reverendum Patrem Provinciale R.mus Polocensis puto in nota iam causa ex mera oppressione multum iniuriatus est, et quia iniuste opprimenti obedire noluit, recurrentem ad Nuntium apostolicum nil habens iuris et iurisdictionis adicitavit, condemnavit, excommunicavit, et tot scandala coram populo fecit, ut vix explicari possit. Religiosi tamen plurimi obstiterunt, tandem Ill.mi Nuncii literis confirmati. Non video malis nostris mederi posse, nisi ut SS.mus Synodum congregari iubeat coram suo apostolico Nuncio, in qua praeter episcopos adsint Religiosi; omnes praecipui et sacerdotes, si ita videbitur, praecipui saeculares, saltem aliqui. Sint et patroni paucissimi Religionis e magnatibus Lituaniae, vel etiam Poloniae; sed de his saecularibus nescio utrum videbitur. Sufficit, puto, quod nos erimus spirituales, nemo alius. Illic vulnera sua quisque propalabit. Detur potestas decidendi, puniendi Ill.mo Nuntio absoluta, sine recursu Romam. Tunc videbit Sedes Apostolica omnia palam, quid boni, quid mali, et quomodo mederi valeat nobis. Alias turbo noster et alii qui nolunt bonum, sed solum dominari, non cessabit nos turbare. Idem scribo Ill.mo Nuncio, ut Romam hac super re scribat.

Scripsi ad Ill.mum Secretarium Congregationis de Propaganda, et scio eum accepisse literas meas et omnia desideria, ²²⁰ praecipue de bigamis dispensandis, aliis quidem, qui in sacerdotio alteram superinduxerunt uxorem tempore schismatis. Et difficillimum omnino illos ab hoc amovere, et si interdixeris Sacris, ad Schismaticos redeunt.

De aliis vero qui vel ignorantia consecrati sunt tales, vel in ratihibitione, sed una mortua superinduxerunt aliam adhuc saeculares, qui-

²¹⁹ Cfr. litteram praecedentem, sub dat. 11.III.1660, nr. 123.

²²⁰ Forsam agitur de « memoriali » de dat. 9.XI.1659, nr. 117.

bus quidem iam demortuae sint uxores, iam vero vivae. Proinde super hoc responsum rogo.

Questa è presa da una lettera del vescovo di Chelma scritta al Padre di S. Sergio e Bacco. — *In margine*: 22 augusti 1661.

125.

Varsavia, 29. V. 1660.

Ep. J. Susza Cardinali A. Barberino conqueritur de Archiep. po Polocensi, G. Kolenda.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 183.

Eminentissime et R.me Princeps, D.ne, D.ne Colendissime.

Quicquid nos inter dissidii in hocce infelicissimo regni et rerum nostrarum statu reperiri licuit, non per me id, neque per ullum alium fuisse, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, Vestraque Em.ma Celsitudo scire velit. R.mus D.nus Archiepiscopus Polocensis nimio dominandi affectu hunc infamem elicit ignem, turbavit coëpiscopos, cribravit Religiosos. Imo Admodum R.dum Patrem Benedictum Terlecki, Ordinis nostri Provincialem, ad Em.mum nunc cardinalem, paulo ante Poloniae Nuncium, mecum in Novembri elapso, post demiranda sibi facta recurrentem gravamina, excommunicationis sententiae subiecit. Nec potuimus ab impertinente regimine in causa aequissima ad destinatum a Sede Apostolica asyllum non refugere. Et quae palam exorta sunt per D.num Polocensem scandala, non aestimemur eorum apud Celsitudines Vestras Em.mas obnoxii. Quippe cum pro divino Numine, reque catholica illatas solum iniurias moderate ac aequanimiter sustinuerimus. Parati ad omnia pro Deo, pro religione, pro fide sancta, pro Sedis Apostolicae autoritate, sine cuius ille vel minima licentia audet munus nostri obire Superioris. Iam etiam sine consensu aliorum, occultis rationibus, privilegium in Cancellaria maiore Littuaniae pro Metropolia obtinuit, sed quibusdam detentum respectibus. Sane si nulla in rebus Ecclesiae metropolitana gavisus potestate, in talia prorupit, timendum ne longe graviora praesumat, cum ipsum metropoliae culmen ascenderit. Caeterum gratias quam maximas ago, meo aliorumque nomine, non receptum eiusdem D.ni Polocensis internuncium, aliumque exspectari. Qui iamdudum comparuisset, ni hostili bello reliqua etiam Littuania exarsisset. Proin dispersi, hostis iram fugere potius, quam internuncium ad limina apostolorum expedire coacti sumus. Dispensationes bigamorum submissee gratus exspecto, et Celsitudini Vestrae Em.mae mea humillima defero obsequia, Dominum Deum exorans, et eamdem, omnesque Em.mos D.nos Sacrae Congregationis de

Propaganda Fide Amplissimos Patres, Ecclesiae suae sanctae et nostrae Unioni quam diutissime servet incolumes.

Varsaviae, Maii 29, 1660.

Vestrae Em.mae et R.mae Celsitudinis humillimus cliens et indignus exorator

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis ritus graeci unitus.
(f. 184v) Die 6 Septembris 1660. Reponatur.

126.

Kielce, 14. II. 1661.

Ep. Cracoviensis, A. Trzebicki, Card. A. Barberini commendat Rectorem Cracoviensem Romam itinerantem, qui quosdam libros ruthenicos secum portat.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol 2167, fol. 52.

MUH, vol. III, pag. 107, nr. 51.

Eminentissime et Reverendissime Domine Colendissime.

Proficiscitur Romam rector Collegii Cracoviensis Sancti Petri, Societatis Iesu, cui commisi, ut nomine meo veneretur Eminentiam Vestram; nihil enim magis cupio, quam ut Eminentiae Vestrae et omnibus constet mea erga Eminentiam Vestram, magnum Ecclesiae Dei lumen, observantia. Idem reddet Eminentiae Vestrae aliquos libros, quos Eminentiam Vestram desideravisse significaverat mihi D.nus archidiaconus Judicki. Non potui plures conquirere inter nostros graeco-Roxolanos; perierunt enim illorum bibliothecae inter ista naufragia bellorum, quibus provincia illa iam diu ardet. Caeterum expectabo alia Eminentiae Vestrae iussa, quae ut mihi quam saepissime dare velit maxime rogo, et nunc meam perpetuam servitutum Eminentiae Vestrae dedico et consecro.

Kielciis, die 14 Februarii, 1661.

Eminentiae Vestrae servitor deditissimus et paratissimus,
Andreas, Episcopus Cracoviensis (m.pr.)

127. - 137.

..., 1661.

Amplissima relatio, documentis intermixta, de dissidio in Ordine Basiliano exorto, occasione duplicis Capituli electivi an. 1661, manu, ut videtur, Jacobi Susza, Ep. Chelmensis, exarata.

APF, *Scr. rif. n. Congregat. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 13-26 (num. antiqua).

Narratio divisionis Capitulorum inter Monachos Ordinis S. Basilij Magni Ruthenos, causa Ill.mi Domini Polocensis factae, porrecta a me Ill.mo Domino Antonio Pignatello, Nuntio ad Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lituaniae Apostolico, Anno 1661, currentibus Comitij Regni Poloniae, Varsaviae.

Quid recens turbarum inter Ill.mum D. Polocensem et Monachos Ruthenos, horumque Provincialem, a discessu Em.mi D. Domini Cardinalis Vidonij in Italiam acciderit, ut res acta est narrabo.²²¹

In ipso itineris procinctu Em.mus, quo Unitos cum S. Ecclesia Romana inter se unionis ac pacis commoneret, ad omnes universim, tum Episcopos, tum Praelatos Religiosos, Monachosque in Russia, dederat patentes literas ut ex copijs eas habemus, in haec verba.

Petrus Miseratione Divina S.R.E. Presbyter Card. Vidonus ac in Regno Poloniae, et M.D. Lituaniae pro Nuntio Apostolico etc. etc.

Perillustribus et Rev.mis D.D. Episcopis, R.R. Archimandritis, Ihu-
menis, et Devotis Religiosis Regulae S. Basilij M. Unitis S. Romanae
Ecclesiae, salutem in Domino sempiternam.

Quot quantisque aerumnarum fluctibus per multos iam annos periclitatur in Regno hoc Catholica et Sanctae Unionis Religio et meminisse mihi permolestum est et memorare scientibus atque patientibus supervacuum. Sicut ergo in illa rerum vicissitudine, oculos nostros semper intentos habuimus, per hoc tempus quo vobiscum commorati sumus, conservationi et Sanctae Unionis incremento, ita in nostro ex hoc Regno discessu idem desiderium Nos habituros in posterum Vobis omnibus contestari volumus. Quapropter melius D.D. V.V. personis et rebus consulere non existimavimus, quam omnes in genere et serio commonere, ut conferendo cum Ill.mo Archiepiscopo Polocensi, Administratore Sede Vacante Metropoliae Kiovien., quod ille de communi (fol. 13v) DD.VV. consilio statuet exequantur, ac in iis omnibus quae tam in spiritualibus quam in temporalibus eius auctoritati sunt a Sancta Sede Apostolica commissa et concessa sedulo eundem consulant, ad ipsumque recurrant. Et quia fraternam dilectionem vestram, cuius officia hisce temporibus intermissa sunt expetimus, ideo Vos omnes hisce nostris hortari decre-

²²¹ Haec amplissima et probatissima «narratio», etsi scripturam Jacobi Susza praesefert, videtur tamen exaratam fuisse a P. Pachomio Ohilevyč, instigante forsan Jacobo Susza, qui anima huius defensionis iurium Ordinis Basiliani fuit, quia testis ocularis fuit temporum magni Instauratoris Basilianorum, Josephi Velamin Rutzkyj (1613-1637). Hanc hic ponere utile fore duximus, ad melius enucleandas circumstantias dissidiorum sequentium, et quia narratio repleta est litteris plurium praelatorum per extensum citatis.

vimus, ut omnis offensionis seu dissensionis memoria deposita, DD. VV. ad sincerum affectum animique concordiam Pastoribus populorum et subditis debitam provocemus. Erit hoc gratissimum Domino et Vobis merces magna nimis in coelo, a quo omnia felicitatis incrementa ex toto corde DD. VV. voveo ac precor.

Datum Varsaviae, die 6 Julij, 1660. - P. Card. Vidonus (Locus Sigilli).
Joseph Mundinus, Secretarius.

Litteris hisce acceptis, Dominus Polocensis eas donec P. Provincialis Provinciale ageret apud se supressit. Interim cum Patre Barlaam Kozinski, Archimandrita Minscensi, Patre Paulo Korsak, Patre Martino Białozor, et Patre Gregorio Bienkowski, bis invitato etiam Ill.mo Domino Archiepiscopo Smolenscen., secreta inibat consilia. Cum tandem prope adesse Februarius, cuius sexta (vetere, ut et deinceps intelligam, stylo) postrema futura erat Patri Provinciali in eius officio, quare eligendo novo Ordinis Moderatori, P. Provincialis destinavit Congregationem (sic vocamus Capitulum Monachorum) pro sexta illa Februarij Torokaniis, datis 24 Decembris Intimatoriis tam ad Praelatos Religiosos quam ad DD. Episcopos, quod horum fere quilibet praesit nunc alicui Monasterio. Et quidem ad DD. Episcopos hoc tenore ad singulos.

Ill.me ac Rev.me Domine, Domine Patrone Colendissime.

Annum postremum ad clavum Religionis Matris meae emetiens, pro sexta veteri stylo Februarij (f. 14) ineuntis anni, in quem diem ultima functionis meae incidit linea, destinavi pro munere Officij mei et Religionis more Religiosam in hunc effectum et ob alia gravissima momenta Congregationem, assignato congressui huic loco Torokanijs. Quo Ill.mam et Rev.mam D. Vestram submissa invito prece, ut gravissima Pastoralis praesentia sua et prudentissimo consilio actui huic atque deligendo navi isti perito Nauclero, itemque in occurrentibus et occurrentibus sapientissimo voto adesse dignetur. Manum interim Pastoralem Ill.mae et Rev.mae D. Vestrae devotissime exosculor. Bitheniis, 24 Decembris, secundum Vetus, 1660.

Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae devotissimus servus

Benedictus Terlecki, O.S. Basilij M., Provincialis.

Christophorus Milenkiewicz, Secretarius Ord. D. Basilij.

Necdum pervenere hae ad Dominum Polocensem, cum ipse 26 Decembris literas Intimatorias itidem pro eligendo Religionis capite, loco Congregationi Supraslij, termino vero die secunda Februarij assignato; adiunctis separatim copijs literarum Em.mi Pro Nuntio supra transcriptarum ad Praelatos et Monachos Ruthenos dedit. Eae e Polonico, bona fide, in Latinum versae, ita se habent.

Gabriel Kolenda, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Metropoliae Kioviensis, Haliciensis totiusque Russiae tam in spiritualibus quam temporalibus Administrator.

Rev.mis, Rev.dis Dominis, Patribus et Fratribus in Christo, Patribus Archiepiscopis, Archimandritis, Praepositis, Consultoribus, Hegumenis, Superioribus Ordinis D. Basilij M. Unitis cum Ecclesia S. Romana salutem et benedictionem a Deo.

(f. 14v) Quandoquidem in communitatibus et conventibus Religiosis ordo, qui est anima uniuscuiusque instituti, conservandi et efformandi eorum ipsorum et omnis boni prae omnibus spectari debet, his de causis in paupere Congregatione Ordinis Nostri et Nos Superiores attendentes, ut vestigijs Antecessorum nostrorum gradientes, nil praetermittamus quod ad melius ipsius pertineret. Cum igitur ante triennium, communem sequentes sensum quorundam Patrum Ordinis Nostri, inspiciendo eidem in eadem Congregatione Nostra in Monasterijs ordini et vitae spirituali personarum in iis habitantium, elegeramus pro Visitatore et Inspectore horum Monasteriorum R.P. Benedictum Terlecki, dato ipsi e latina lingua, ut a Visitatore Cleri saecularis differret, nomine Provincialatus, id vero ad certum tempus, ad triennium ab anno praeterito millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, usque ad annum millesimum sexcentimum sexagesimum primum, eundem mensem. Igitur cum et officij ipsius et nostri cum ipso contractus tempus iam expiret, proinde electione alterius, aut alia provisione in hoc puncto Religiosis, ut protunc videbitur in Domino, prospicere, ad haec vero omnia praesentia nostrorum omnium propter electionem et constitutionem horum omnium opus sit, his itaque de causis pro interesse officij mei Pastoralis, et respiciendo ad antiquas consuetudines Antecessorum Nostrorum, tum ad mentem utriusque subsellij maiorum nostrorum, volentes id inspicere serio, ut quemadmodum in alijs ad Religionem necessarijs ita singulariter in hoc modo electionis personae eiusmodi ad regimen idoneae Religioni non desit, praesentissimum duxi hisce praesentibus Rev.mas et Rev.das Paternitates Vestras circummissas et certiores factas de eiusmodi actu tempestive bene ante terminum, ut commodius durante commodo itinere, consequenter ad ipsius rei constitutionem instruere se, et adesse possint e loco suo, fraterna et pastoralis submissione, convoco et rogo, ut conformando se ad antiquas pro eiusmodi Congressibus Congregationes pro tam pio et Religioni necessario, nobis vero omnibus utili actu, non parcendo labori suo, nec sumptibus, uti membra eiusdem corporis et boni communis filij, absque mora et sine excusatione, pro termino assignato et in loco certo, hoc est Supraslij, pro secunda Februarij secundum antiquum, in anno praesenti

millesimo sexcentesimo sexagesimo primo adesse velint, sine aggravatione loci huius, devastati ab hoste, prospiciendo sibi de contributione secundum antiquas consuetudines pro eiusmodi congressibus tempore Antecessorum Nostrorum, pro qua debet huius loci dispensator unicuique iustam prospicere sustentationem. Habentes et aliud grave admodum motivum ad eundem congressum, hoc est difficultates imminentes Unioni Sanctae, postquam pacati sunt Zaporovienses exercitus a Regno Nostro, ut communi consilio facto, eis occurrere possimus, Dominum Deum, nobis hac in parte et gloriam eius sanctam proponentes in mercedem, commodum Religionis, promotionem Unionis Sanctae. Quod ex toto corde Rev. mis et Rev. dis Paternitatibus Vestris opto. Datum Supraslij, 26 Decembris 1660, Veteri stylo.

(Locus Sigilli) Gabriel Kolenda, Archiepiscopus.

(f. 15) Ista subsecutae mox sunt aliae eiusdem tenoris, quas Supraslio tulit Zyrovicius Dominus Smolenscensis.²²² Qui literis hisce Superiori Zyroviciensi redditis, proluxa mecum miscuit colloquia, quibus id praecipue ac unice egit, ut Domini Polocensis auctoritatem supra nos persuaderet Metropolitanam proindeque et ius, ut inferebat ipse, intimandi et convocandi Congregationem pro electione Moderatoris Ordinis. Auctoritatem autem Metropolitanam contendebat inesse Domino Polocen., ex quo Administrator videlicet Metropoliae iam etiam in spiritualibus (quod asserebat tantum, non probabat) esset. Ista autem omnia dicebat, ut nos Torocanijs, quo vocabamur a Patre Provinciali diverteret Supraslium, ad Intimatorias Domini Polocensis.

Respondi: Sive auctoritatem istam Metropolitanam sive administrationem Metropoliae in spiritualibus, agnoscere nos nullatenus posse, antequam constet, id Domino Polocensi concessum esse a Sancta Sede.

Ad Intimatorias Domini Polocensis dixi: Eas nobis et praeiudicio esse, si pareamus et periculo. Praeiudicio quidem, quod Dominus Polocensis nullo iure nunc primo sibi usurpet auctoritatem convocandi Congregationem Monachorum, cum et ipse bis antehac ad Intimationem Patris Provincialis, semel per internuntium, deinde in persona sua accesserit ad unam et alteram Congregationem. Periculo vero, quod praescribat locum Congregationi Supraslij, ubi iam vim passus P. Provincialis, ac detentus fuit a Domino Polocensi.

Convenit tandem inter nos, ut ego et P. Superior Zyroviciensis ire-

²²² Andreas Kvasninskyj-Zloty, Archiepiscopus Smolenscensis (1640-1654), translatus dein ad eparchiam Pinscensem, ob bellum polono-moscoviticum, qua in sede annis 1654-1665 permansit, ut senior Hierachiae unitae.

mus Supraslium tentaremusque Dominum Polocensem, an non forte persuaderi sibi vellet, ut et ipse Torocanos veniat, et alios eodem repetitis tertio Intimatorijs soloque in eis mutato Congregationis loco, etsi caeteris praetensae autoritatis retentis clausulis, convertat; appositis aliquibus in iisdem suis literis mutatae sententiae rationibus; si enim fore, ut utraque pars existimatura sit sibi deferri ab altera, et studia partium contraria hoc modo pacata in unum emolendarum dissensionum, et restituendae pacis, sint coalitura studium.

Itaque discessit ad suam Dioecesim Dominus Smolenscensis, pollicitus palam, nisi hic modus successurus esset, se nec Torocanos, nec Supraslium iturum. Nos etiam die tertia a discessu Domini Smolenscen. commisimus nos itineri Supraslium, sed conatu irrito. Nam mediam viam emensi, certiores facti: Dominum Polocensem Supraslio abesse, remeavimus Zyrovicios, datis nihilominus e loco, unde reversi sumus, ego ad P. Bialozor, Pater vero Superior ad D. Polocensem literis, quibus propositum suscepti itineris exposuimus, atque rem supplici suadela egimus.

Eadem die, qua mecum redux, repente vivere desiit Pater Superior. Quare Pater Provincialis, qui iam erat Torocanijs, tantisper Zyrovicios regressus, Monasterium disposuit et Superiorem praefecit novum.

Tum petiimus Torocanos, quo cum et caeteri quorum intererat convenissent iamque aggredi primam sessionem pararemus, ecce Supraslio Sacerdotem saecularem missum, properando itineri noctem diei iungeret, cum Inhibitorijs a D. Polocensi, ne ad quidquam accedere auderemus, quarum e Polonico in Latinum ad verbum versarum hic tenor est:

(f. 15v) Gabriel Kolenda, Archiepiscopus Polocensis, Mscislavien., Vitebscens. Episcopus, Beresvecen., Suprasliensis Archimandrita, Metropoliae Kioviensis, Haliciensis et totius Russiae tam in spiritualibus, quam temporalibus Administrator.

Rev. dis in Christo Patribus Superioribus, Praepositis, Hegumenis, Vicarijs, Consultoribus cuiuscumque gradus et praerogativae Presbyteris in Ordine Regulae S. Basilij in Unione Sancta cum Ecclesia Romana existentibus salutem in Domino.

Universis et singulis notum facimus his praesentibus, quod accepta nos notitia perfecta, sub tempus praesens Congregationis Supraslij ratione publici boni Sanctae Unionis convocatae, quod R. Pater Benedictus Terlecki, existens ipse excommunicatus et publicatus, forte cum R.R. Vestris communicato consilio, in contemptum autoritatis Nostrae Pastoralis, contra expressa Jura et Privilegia antiqua a Serenissimis Regibus Antecessoribus Nostris et Nobis collata, tum literas tam Sedis Apostolicae quam Nuntij Apostolici, usurpata sibi autoritate in contemptum consuetudinum antiquarum, in Ritu Graeco sancte observatarum, Con-

venticulum quoddam sive Congregationem Torocanijs, in vilipendium con-
vocationis a Nobis Anno praesenti 1661, mense Februar. 2a, iuxta Vetus,
Supraslij assignatae, supradictus R.P. Terlecki cum Consultoribus suis
et Reverentijs Vestris unanimi consensu ausus est convocare et conatur
electionem Superioratus et nescio quas materias tractare. Faciens id non
minus in vindictam Decreti excommunicationis contra se lati, ratione
cuius, ob conversationem in complicitatem censurarum quam multi in-
currerunt non est dubium. Et quia has omnes R.P. Terlecki nulliter et
illegitime contra Jura Canonica, tum et practicas consuetudines in Ritu
Graeco novitates adinvenit et R.R. Vestras ad eas pertrahit, ideo, oc-
currendo et ulteriori disordini ne eiusmodi Conventicula et disgregatio-
nes et novitates in Religione Sancta in opprobrium et ludibrium Adver-
sarijs nostris, et in confusionem et disturbancelem Ordinis nostri fiant,
authoritate nostra, communicato consilio cum Confratribus, in praesenti
Congregatione vigore eiusdem, tam R.P. Terlecki ipsum, Consultores,
aliosque Adhaerentes ipsorum, ut Authores et Promotores Congressus
Torocanensis ad quemcumque effectum congregati, ne prosequi sub poena
excommunicationis audeat, relinquat et supersedeat. Reverentiae item
Vestrae convocatae, non assentiendo ullis sessionibus et consultationibus,
ab omni re supersedeatis, et consultare ne praesumatis, sub poenis ca-
nonicis et nullitate gestorum et gerendorum, serio et fraterne omnes et
singulos hortamur, et Inhibitionem in contravenientes per praesentes
opponimus. Id vero, quod de communi praesentis (f. 16) conventus Su-
prasliensis statutum et iniunctum fuerit, exequamini. Datum in Congre-
gatione Suprasliensi, die 2 Febr. Anno 1661, ex prima sessione.

Gabriel Kolenda, Archiepiscopus. (Sigillum).

Gregorius Bienkowski, Notarius iuratus Congregationis Suprasliensis.

Accurrit et famulus Patris Bialozor cum alijs privatis ad varios
Patres literis, qui mihi binas reddidit, alteras ad me, alteras vero ad Su-
periolem defunctum Zyroviciensem scriptas, responsorias ad illas nostras
quas e via Supraslium suscepta dederamus, utrasque ab ipso tantum
Patre Bialozor, quarum ecce copias e Polonico Latine.

Venerabilis et Admodum Reverende Pater Superior Zyroviciensis,
Pater et Frater observantissime. ²²³

Amanter affectu candoris studiosi erga me e literis Paternitatis Ve-
strae percepto, grate acceptato, et cum testificatione etiam propensionis
meae ad omnem promptitudinem pro hoc affectu Venerabili P. Vestrae
magnas gratias habeo. Intellexi ex literis R. Patris Ohilewicz contra

²²³ Superior Zyroviciensis tunc temporis erat Christophorus Milenkevyc̄, qui erat
etiam Secretarius Ordinis.

punctum quoddam de nova radice, contra Congregationem Domini Administratoris, auctore R.P. Terlecki Torocanijs enatum. In iisdem literis Venerabilis Pater Ohilewicz exprimit mentem suam ut Ill.mum ad idem Conventiculum velim pertrahere. Sed quia Domini Confratres caeteri, habita notitia huius Congressus Torocanijs, et accepta fama quod Ill.mum ad eam Congregationem vellent invitare, novitate rei attoniti et offensi quod non communicato consilio cum Sua Dominatione conventicula instruant propria authoritate, fortissimis rationibus persuaserunt, ut etiam invitatus supersedeat, considerantes inde convulsionem consuetudinum et diminutionem authoritatis Metropolitanae, si posthabita sua Congregatione Conventicula privata, contra formam usitatam combinata, vellet quaeritare. Cum igitur ante adventum meum e Volinia persuasus et tamquam contra Manichaeos, ut ita dicam, parcat mihi R. Vestra conclusum, etsi vellem mentem Ill.mi ad eiusmodi invitatoriam inclinare, non possem, et quidquid agerem, irrito conatu. Aliud esset si R.P. Terlecki, collato consilio cum Ill.mo, Congregationem vellet habere anticipate ante Intimatorias Suae Dominationis, (f. 16v) posset, debita cum reverentia invitatus, etsi novum emergens in Religione praesentia sua et authoritate Metropolitana, iniurijs in amnistiam missis, et calcatis invidijs, condecorare atque id quod conscientia suaderet et antiquitatum observantia fraterne concorditer in Domino concludere. At quia nunc aliter stetit, quod surgere non debuit, nec potuit, puto quod successu temporis mole sua ruet. Paenitenda itaque res est quod deveniamus ad eiusmodi novitates illicitas et inconsuetas, nec unquam a Maioribus practicas. Notum id est Reverentiis Vestris omnibus, quod tam Sedes Apostolica quam et Nuntius, videntes quod nostrae res inter sacrum et saxum haerent, scripserunt ad Dominum Administratorem, ut de communi consilio procuret, pro munere officij sui, bonum Unionis, tum et Religionis. Quomodo autem de communi consilio statuere, procurare, cum quisque sui vult esse arbitrij, et disparibus bobus aramus. Dominus Administrator ex debito officij sui sanxit Congregationem quatenus bonum Unionis, ex quo adversarius quaerit quem devoret, posset promovere et procurare. Et hoc est publicum principale et fundamentale negotium — Unio Sancta, qua non datur maius bonum, tum etiam, ut insimul in viridi et antiqua observantia Religionem conservare posset, Congregationem intimavit. Alij autem in contrarium, utinam non malitiose et cum remorsu conscientiae, in convulsionem Privilegiorum S.R. Majestatis, vilipendium mandatorum Sedis Apostolicae et contemptum praeeminentiae Metropolitanae, privatum Conventiculum, quod minus ad praesens tam prope- ranter urgebat, avocando alios mille rationibus et modis, vix non Circes formis, a consilio de bono Unionis et Religionis ineundo, sanxerunt. Opor-

tebat igitur prius necessitate rationabili de negotio tantae importantiae et publico bono consilia salubria inire, et concludere unanimi consensu et deinde designationes suas quod privatum, quod Religionis concernit, quod et postea non elaberetur, servata antiqua forma, tractare, cum publica privatis semper sunt anteponenda, et maiores motus pellunt minores. Mi dilectissime Pater, novitates sectamur, quae semper sunt odiosae. Faciet Dominus Deus, ut nos insistentes antiquitati Patrum, et tuentes integritatem consuetudinum veterum Religionis Sanctae assecuturi simus id, quod in turrim Babilonicam omnes isti ausus Neotericorum alta in praeiudicium Ecclesiae Metropolitanae praetendentium convertentur, et tamquam folium, quod vento rapitur cum vento peribunt. Metropolitana vero Ecclesia tamquam turris Davidica mille clypeis munita in suo esse antiquo inviolate remanebit, superatis omnibus turbinibus. Et Unio Sancta tamquam rubus incombustus in propitiatorio Domini et in cordibus piorum radio zeli in coelum enitens augetur. Qui autem vincula Jurisdictionis rumpunt, statuta antiqua SS. Patrum contemnunt et antiquum usum in tractandis negotijs Religionis, novo in Religione et acuto contra Superiorem stylo, modo secundum suum humorem evincant, invertunt, atque ita disponunt, quod sensim religiosa obedientia, modestia, erga Superiorem reverentia, debeat exulare. Horrendum igitur erit incidere in manus Omnipotentis pro eiusmodi Ordinis Institutorum confusione. Pro Coronide id etiam dignetur R.V. perpendere, quod impugnare auctoritatem et iurisdictionem, Domino Administratori concessam per Privilegium Regale, nil aliud est, nisi contravenire cum Principis gratia, non nudum ministerium, (f. 17) titulotenus, sed cum effectu debeat intelligi. Subtracto enim effectu obedientiae, remaneret Principis gratia vacua. Id vero ubi visum? Oves sine obedientia, recalcitrantes sine impunitate, correctione et admonitione fraterna. Siquidem per expressum sonant Privilegia S. Regiae Majestatis, ut omnes isti Dominum Administratorem uti Metropolitanam audiant et obediant Sede vacante Metropolitana, qui ipsis Metropolitanis antiquitus similiter per Privilegia Regia praestabant obedientiam. Ergo iam Regia Maiestas dat auctoritatem Metropolitanam Administratori Sede Vacante, qua solebat extendi sede non vacante. Ad haec, Jurisdictionem Metropolitanam Administratori, nec ratione Privilegiorum Regiae Maiestatis, nec literarum Sedis Apostolicae et Nuntij tribuere, fateri vero eundem literis suis Pastorem esse suum et Religionis totius, est id: esse Superioritatem simpliciter nudam, sine ferula contra recalcitrantes. Et qui eiusmodi Pastorem volunt habere, isti tales volunt etiam esse ipsa licentia peiores, et legibus ecclesiasticis spiritualibus obstricti exleges contra leges vivere. Verendo igitur ne per eiusmodi Congressum Reverentiarum Vestrarum uno dato inconvenienti, ad plura et maiora

deveniatur, praesertim vero quia Ritus Romanus ingemiscendo condole-
ret, quia in pauca manu cum simus, ipsi inter nos non concordamus,
Promotores Unionis, ipsi dismembrationes facimus. Adversa pars quoque
nostras istas disgregationes, voluptatem hinc capietis, dulce malum sibi
putaret quod magnam infamiam in Regno Nostro Religioni Nostrae in-
ferre posset, quasi per proclamationem aliquam infelicitum hominum.
Aequum igitur est, ut in hoc Congressu, postquam deposuerit Provincia-
latum R.P. Terlecki, pro loco et dignitate alterum volentes eligere, ad
Dominum Administratorem vigore eiusdem intimationis Supraslium con-
veniat. Quare satisfiet utrique Congregationi, quod R.P. Terlecki secun-
dum suam intentionem deponet in manus Religionis suum officium, novus
vero eligetur, cum calculo Ill.mi et Praelatorum Supraslij congregatorum
et Reverentiarum Vestrarum, atque ita satisfiet antiquis praescriptis.
Quod alto iudicio R.R. Vestrarum committimus, ut quod melius conve-
nientiusque viderint dignaturae sint iudicare. Quod si huic medio vel-
lent R.R. Vestrae acquiescere propter bonum Unionis et coadunationem
animorum, velint R.R. Vestrae quamprimum per eundem latorem meum
suam mentem declarare. Persuadendo id de zelo R.R. Vestrarum erga
Religionem et Unionem Sanctam cognito, ne propter innovationem Supe-
rioris ad formam Ritus Romani, independenter ab Antistite praesenti Me-
tropolitanae Ecclesiae, risui magis Schismati exponamur per similes disgre-
gationes. Quod ob vocem Unionis inauditam, non praeiudicantem et fidei
et iurisdictioni, et statutis, nos odibiles habet: quid fiet, si diutius reni-
temur, et disgregari ob Provincialatum Ritu Romano, sine dependentia,
praetendentes, quod ulterius consilio suo non permittes, ut ulterius ista
dismembratio fiat. Quod ex affectu in bonum Religionis et Unionis Sanctae
optans, unanimis cum submissa promptitudine mea resto
Supraslio, 28 Jan. 1661. Venerabilis P.V. humilis servus et Frater
Martianus Bialozor, A.G.

(f. 17v) Venerabilis et Adm. Rev.de in Christo Pater Ohilewicz,
Pater observandissime.

Rogavi ego et supplicavi et Domino Episcopo Chelmsensi et R.V.,
ut hominem istum Patrem Terlecki utcumque inclinaretis et ne misceat
in nostra Religione et Ecclesia, nec nos ad confusionem ac opprobrium
exponat, quia non particulari personae per talia, sed communitati praeiu-
dicatur. Sed quia nec ego, nec R.V. nec alii a me rogati fuimus felices
durante officialatu R. Patris Terlecki, nunc iam R.V. rogo, dignetur et
aliis persuadere, ut iam cum R.P. Terlecki confidentiam habentes ad
Ill.mum se vertant et cum eo, de communi consilio, bono Unionis et Re-
ligionis prospiciant. Perscripsi plene tam in literis Venerabilis Patris Su-

perioris Zyroviciensis, quod debuit exprimi et responderi ad literas R.V., tempus non permittit plene et R.V. ad idem respondere. Facile ex illo R.V. intelliget. Nam scio non denegaturum propter informationem R.V. Mi unice Pater, id tantum et ipse, et cum aliis perpende, quod novitates et independentiae et Unioni et Religioni Sanctae noceant et disgregationem fraternam faciant, alla Romana regi, non considerata re, quod magna disparitas inter nos et illos. Quam R.V. adscribo. Nam apud illos electio Provincialis a solis Religiosis vel Monachis fit, at loci Ordinarius non intervenit, nec potest. At apud nos de ratione electionis est, ut dependenter a Metropolitanae Ecclesiae Praesidente convocemur et electio fiat etc., ut R.V. leget in Congregationibus aliis, praesertim vero Anni 1617, qua R.V. perlecta quomodo Congregatio Torocanensis convocata etc., a quo Praelati convocati. Et an aequum ut absque Patris Provincialis praevio consilio cum Ill.mo pro eius convocatione, obtemperet Ill.mus cum Provincialibus. Ruminatis et deductis ex ratione priori deducendis. Nam breviter propter tempus scribo. Ruminet R.V. et hoc, quod nostra Religio conflatur ex Praelatis etiam. Et vero Metropolita, Episcopi et caeteri Praelati convocabantur ad Congregationem. Ad haec Praelaturae nostrae in solo Monachatu consistunt, apud Latinos principaliter in Sacerdotio. Praelatica Religio quomodonam dependebit a simplici Monacho, sine ulla dependentia? Sed in Constitutionibus fundando rationes et in antiquitatibus penes quas Sedes Apostolica muniendo fide sua promisit Rhussiam ad Unionem accedentem conservare. Sed in primis redunatio animorum et bonum commune adducet R. Vestras Supraslium, ut omnia in bonum Unionis statuatur, offensae oblivioni dentur, Religio Sancta incrementum sumat. Mi Pater, Consultor es, et tertius, et quartus, in manu Vestra erit sanum et efficax consilium praebere, et ad observationem constitutionum et antiquitatis ducere. Vos enim iudicabimini, si ob vestra consilia Unio Sancta et Religio mancamerit habebit iustae declarationis veritatis. De Ill.mo spem non habeant, ut velit adesse Torocanijs ad quascunque tandem instantias Congregationis R.R. Vestrarum, quia iam nunc praesumit praevaricationem mandatorum et privilegiorum Nuntij Apostolici et Regalium. Praelati quoque iam protestati sunt et multi ex Fratibus contra huiusmodi Congressum Torocanensem et contra Ill.mum si ad confingendas antiquitates, Privilegia et statuta Metropolitanae Ecclesiae auctoritatem vellet consentire in istum Congressum Torocanensem. Mi Reverende Pater, tamen id negare non potestis, quod Ill.mus existat Praesidens et Supremus in Metropolitana Dioecesi Superior, quomodo fieri poterant facta et acta praesentia ab illa Parte. Divinis iudicijs, et eius S. Providentiae circa nos, negotijs omnibus commen-

(f. 18) datis R.R. Vestras omnes rogans, ut velitis bonum Unionis prospicere, cum omni promptitudine mea resto

Supraslio, 28 Januarij 1661. — Venerabilis et Adm. R.P. Vestrae. Servus et amantissimus Frater — Martianus Bialozor, A.G.

Misit suas etiam literas Dominus quoque Smolenscensis in haec, e Polonico Latine versa, verba:

Venerabilis Adm. Reverende Pater Provincialis Ordinis S. Basilij, Admodum Reverendi in Christo Patres et Fratres observandissimi.

Accepta notitia ex literis privatis, de termino hodierno Congregationis R.R. Vestrarum Torocanensis, volui pro debita charitate fraterna sistere me inter R.R. Vestras. Verum quia haec Congregatio praeter scitum et auctoritatem Rev.mi Domini Administratoris, penes quem per id temporis omnis auctoritas Metropolitana existit, est convocata, non tantum eiusmodi Congregationi interesse non possum, sed contra illam, inhaerendo manifestationi anno 1656 a Rev.mis Dominis Episcopis in simili factae, protestor, et rogo ut haec mea Protestatio admittatur, et dies eius ex Actis mihi extradatur. Cum bene id Constitutionibus Religiosis sit cautum, quod ipse Metropolita aut ab eo demandationem et auctoritatem habens debeat et possit Congregationes sancire. Iterum, iterumque Protestor contra actum, et quod in eo statutum fuerit. Me commendo interim gratiae et amori fraterno. Pincso, 15 Febr. 1661.

R.R. Vestrarum, meorum charissimorum Patrum et Fratrum servus et Frater in Christo.

Andreas Kwasninski Zloty, Archiepiscopus Smolenscensis, Episcopus Pincscensis, Archimandrita Czereien.

Quibus non obstantibus, Deo pro more solemnus invocato, Congregationem aggressi sumus. Qua (f. 18v) postquam Pater Provincialis officium istud suum in manus Religionis deposuit, prolatis in medium S. Congregationis de Propaganda Fide ad Patrem Provinciale, et Em.mi Card. Pro Nuntio tum particularibus ad Patrem Provinciale, tum universalibus ad omnes Praelatos et Monachos admonitorijs, pacis ac mutuae concordiae literis, primo omnium sollicitate modum, quo fluctibus ipsis dissensionum sedatis optatam malaciam Religionis restitueremus quaesivimus.

Occurrebat autem triplex modus. Unus, ut aliquos e gravioribus Patribus ad Dominum Polocensem mitteremus, nomine Religionis Suae Dominationi supplicaturos ut lite, si quae iusta remanet cum Patre ex Provinciali, futuro Provinciali aut si Pater ex Provinciali iterum forte in Provinciale confirmatus foret, Ill.mo Domino Nuntio dirimendo relicta, praetensionibus autem auctoritatis supra Religionem, ut Sua Dominatio vocat Metropolitanae, Metropolitanae servatis, pacem interim sectari studiumque omne ad rem Sanctae Unionis tuendam, odia vero contra Schisma

Schismaticorumque errores una nobiscum convertere dignaretur. Nulli id praeiudicio, nulli Suae Dominationi fore iniuriae, imo momento vel maximo adipiscendis omnibus suis apud S. Sedem votis.

Alter occurrebat modus. Ut Domino Polocensi sponte nostra ac libero calculo aliquam supra nos ad aliquot annos deferremus auctoritatem, qua certis legibus etiam in Provinciale animadvertere posset; accepta tamen in scripto a Sua Dominatione Cautione libertatum et Iurium nostrorum, et praescribendorum a nobis eiusmodi Auctoritatis limitum. Si enim fore, ut, aut Dominus Polocensis suo voto potitus forte nobis benignior futurus, aut si non, certe S. Sedes Apostolica nostro tam supplici pacis studio permota, eo clementius ac propensius ab omni nos iniuria atque vi vindicatura esset.

Tertius denique modus erat: Ab Ill.mo Domino Nuntio Apostolico modum pacis, ut a Superiore Partis utriusque, peteremus imperativum: quodque ipse sua auctoritate sive pro nobis, sive contra nos decerneret, id sequeremur.

Primus modus non arrisit. Quod Dominum Polocensem sui propositi sciremus tenacem, adeoque magis adhuc irritandum, si vel solam faceremus mentionem seponendae praetensae auctoritatis. Deinde, si cum literis nuper Nuntij Apostolici tam male accepit Sua Dominatio missos a P. Provinciali Patres, ut nec ecclesiam, et quidem die festo, eos ingredi permiserit, asserens excommunicatos quod a Partibus essent P. Provincialis; idemque fecit novissime aliis Monachis, qui Bronsbergam studio-rum gratia a P. Provinciali missi, cum literis eiusdem Suam Dominationem adierant; idem profecto et multo certius in hac praesertim causa expectandum esse Patribus mittendis.

Multominus arrisit secundus modus, ob multa. Primo. Quia semel ea auctoritate Domino Polocensi ad certum tempus a nobis delata, eam Sua Dominatio uti vellet semper, quemadmodum usa est utiturque administratione spiritualium in particulari Metropolitana Dioecesi, a pia mem. Metropolitana Antonio ad tempus tantum impetrata; eandem praeterea administrationem universaliter in tota Rhussia, et in Episcopos quoque exercere connitens.

Secundo. Quia quali quali tandem obtenta super nos auctoritate, usurparet deinceps omnem, nullis eam coërceri patiens terminis. Si enim nunc cum nulla pollet, quicquid Suae Dominationi lubet, licere (f. 19) sibi in nos deberique contendit, et actu, ubi potest, iura Superioris usurpat, ut consecrando et investiendo absque ullo scitu Religionis Archimandritas, inque pluralitate Archimandriarum, inconsulta Sede Apostolica, cum iisdem dispensando. Quid facturam, si vel aliqua polleret auctoritate? Et iam vidisse nos, quomodo Sua Dominatio, ab Antonio Metropolita eodem-

que Archiepiscopo simul Polocensi pro Coadiutore tantum ad Archiepiscopatum Polocensem in Episcopum Vitebscensem consecrata, usurpabat sibi nomen et auctoritatem Archiepiscopi, indigne id ferente Antonio. Exemplo etiam in eandem rem et cautioni nostrae occurrebat gemitus Cleri saecularis Metropolitanae Dioecesis, in quem, usurpata auctoritate Administratoris in spiritualibus, exercet extenditque imperium, ultra quam unquam illud exercuerit iure suo Metropolitanarum ullus.

Tertio. Quia strictum vinculum iniit foederaturque cum hominibus, quorum aliqui mali non tantum in Religione, sed tota Lituania, imo Romae nominis, omnes vero consilii non boni. Cum horum unus, etsi idiota et homo malae famae, Antonio Metropolitanae acceptissimus, omnium, vivente ipso, in Sancta Unione et Religione malorum et disordinum Author et Caput extiterit; alter non adeo pridem palam pro Congregatione quadam nostra Religiosa palliatum Schisma, quo Monasteria et nos incolumes a Schismaticis servaremus, suadere non dubitarit; id quod magis lacrymis quam verbis quotquot tunc aderamus, refellimus et diluimus singuli. Omnes virgulam censoriam Sanctae Matris Ecclesiae Romanae quam procul fugiunt, clamitantque passim cavendum esse, ne nos Romanae mancipemus servituti. Omnes bono tantum privato consulunt. Vitam taceo. Quare in eiusmodi consiliorum manus esset projicere non credere Religionem eiusque bonum.

Quarto. Quia sciebamus Dominum Polocensem iam ab aliquot mensibus cum ipsis Dominis Praelatis aliud agere nihil, quam adipiscendi supra nos imperij quaerere modos, atque illud exercendi formare ideas: Patri Provinciali, et iis qui ipsi adhaerent, designare vindictam et poenas, quae posteris exemplo essent ne a Metropolitana auctoritate ad aliam confugere praesumerent ullam. Denique ad formam vivendi recurrere, qualis vigeat inter Monachos ante praestitam a Rhutenis S. Sedi obedientiam. Prodiderat ista Sacerdos quidam Ordinis nostri, fide dignus, Launa adveniens, ubi caput consiliorum residebat, P. Barlaam, Archimandrita Minscensis.

Haec et his similia, prout alia atque alia occurrebant, unicuique formidabilem nobis reddebant hunc secundum pacis modum, et de vi extrema a Domino Polocensi Religioni inferenda suspectum, cumulantibus horrorem literis Suae Dominationis Inhibitorijs, ut supra, quibus tantis minis nullam volebat, etsi nullo iure, Congregationem nostram.

Quare omnes unanimiter Tertio illi modo subscripsimus: Pacis modum apud Supremum, hoc in Regno nomine S.mi D.ni Nuntij, rerum nostrarum Arbitrium quaesituri. Atque mox electionem Moderatoris Ordinis aggressi, eundem R.P. Benedictum Terlecki, iam tertio, ad biennium

adhuc, nam ultra noluit, Provinciale confirmavimus, tum ad caetera Congregationis perreximus.

Cum nos ista Torocanijs, Dominus Polocensis suam, ut vocat, Congregationem peragebat Supraslij; eam quinque diebus ante nostram, et durante adhuc officio Patris Provincialis, orsus, quatuorque Archimandritis (f. 19v) comitatus, duobus antiquioribus, Patre nimirum Barlaam Kozinski, Miscen. et simul Mscislavien., atque Patre Paulo Korsak, Onofriensi, si tamen hic posterior re est, aut aliquando fuit Archimandrita, duobus vero aliis recens a se, ut suas partes cumlaret, consecratis, hoc est Patre Martino Bialozor, Grodnensi, et P. Josepho Grodzicki, Polocensi; quintus et sextus comes aderat P. Sergius Wosinski, Superior Residentiae Bielscensis, qui tamen deinde se deceptum est fassus, ut infra dicetur, et Pater Gregorius Bienkowski, Roma profugus. Ab his ipse Dominus Polocensis Proto-Archimandrita, hoc est Generalis Ordinis, ad vitae tempora, Pater vero Bialozor Visitator Generalis, quod fere idem apud nos sonat ac Provincialis, est salutatus, atque uterque, delata sibi a se pene tantum metipsis, ista officia iuramento excepere. Caetera quae ibi acta aut sancita, interposito Sacramento, sileri iussa.

Tum tacite, una cum omnibus istis consiliorum Arbitris, ad Monasterium Zyroviciense, quod hac tempestate bellorum praecipuum nobis iam est, leges Monachis Supraslij sancitas daturus, sese contulit Dominus Polocensis, opportunam aggrediendi Monasterij occasionem ratus, dum nos Torocanijs ageremus. Tacite vero hanc aggressionem Suam Dominationem molitam, patuit ex literis Patris Benedicti Glinski, Archimandritae Kobriniensis, qui a Domino Polocensi Zyrovicios saltem, quod Supraslij noluerit interesse invitatus, nomine Suae Dominationis invitabat eodem per literas, frustra tamen et effectu nullo. Tertium Ordinis Consultorem, Patrem Sebastianum Kaczynski, Superiorem Brestensem, id rem summi secreti esse monens, quas literas, redditas sibi Torocanijs ultimis sessionibus, confidit mihi, dein Patri Provinciali P. Consultor.

Imo nec P. Vicario Zyroviciensi ceterisque Patribus, qui cum ipso Zyrovicijs remanserant, adventum hunc suum patere voluit Dominus Polocensis, cuius rei argumento est, quod deinde Parochum Jeziernicensem, virum dignum, apud quem pernoctarat, ante eam ipsam diem, qua venturus erat Zyrovicios, sola suspicione nuntiati per ipsum Patribus Zyroviciensibus adventus sui, Archipresbyteratu Slonimensi, quem ipsi recens contulerat, privavit. Quomodo autem Zyrovicios venerit, Monasteriumque intraret, ecce verba ipsius Patris Vicarij Zyroviciensis, Patri Provinciali porrecta.

Anno salutis 1661, die 19 Febr. Venerat Ill.mus Dominus Polocensis Zyrovicios, ad ecclesiam Beatissimae Virginis eiusdem miraculosa ima-

gine illustrem, Monachorum Ord. D. Basilij M., a quibus perhumaniter pro more fuit salutatus, existimantibus se venisse animo colendi miraculosam Deiparae imaginem. Postquam autem dictus Ill.mus declaravit P. Vicario dicti Monasterij Zyroviciensi, se venisse ut Superiorem Monachorum, et pro tali coli velle et debere etc. respondit is: Monachos habere suos Superiores, quibus hactenus rite legitime obediebant Rev.mo, proinde qui se in Religionis regimen contra eius voluntatem ingerit nequaquam obedituros, sed neque ita imperantem in Monasterium admissuros. Nec mora P. Vicarius et equis et curribus aditum ad Monasterium, clausis portis, prohibuit. Hac Religiosorum Zyroviciensium cognita Ill.mus Dominus Polocensis animi constantia, mutavit sententiam, mitiusque agere caepit, et instare praecibus, ut sibi locus pernoctando in Monasterio concederetur, declarans semel atque iterum, se duntaxat ut hospitem venisse ad vota sua Dei Matri reddenda, postridie vero, Sacris solemnibus persolutis, (f. 20) mox inde discessurum, nulla intenta rerum et ordinum mutatione. Verum Pater Vicarius ad priora Ill.mi dicta reflectens, posterioribus non contentus, veritusque ne sub specie affectatae hospitalitatis tumultus aliqui Religiosos inter et Ill.mum, ex innovatione rerum et ordinum, suborirentur, petiit ut Ill.mus hanc suam postremam declarationem in charta ratificatam manuque propria subscriptam Patribus Monasterij porrigeret et tunc liberum fore Ill.mo ad Monasterium accessum. Tandem verbis episcopalibus fidens ad Monasterium et cellam primo suam, dein Superiori sui invitavit. Sacro in crastinum vix absoluto, Ill.mus Patres et Fratres ad haustum aquavitae instanter invitat. Quibus iam omnibus congregatis, Ill.mus ab ostio constitit, exitum, si qui forte abire vellent, prohibens atque mox rem a nemine speratam proposuit: Congregationem Religiosam sub id tempus Torocanijs legitime in Spiritu Sancto collectam invalidando, a se Supraslij indictam ratificando, Superiorem Monasterij absentem, suo loco, despotico more, demovendo, a se electum, etsi de Religione male meritum, quod sibi tamen applauderet, contra ius et fas praeficiendo, Patrem vero Vicarium ex suo brachio in officio Vicarij confirmando; tot denique tantisque quas os, auresque honestae et loqui et audire fugiunt, unumquemque Superiorum Religionis calumnijs, convitijs ac probris afficiendo. Post multa et dicta, et irrita statuta, P. Vicarius, obtenta loquendi licentia, Patribus ac Fratribus, palam, ut nomine ipsorum loqueretur, petentibus, opposuit imprimis Ill.mo: Non eam fuisse hesternam Ill.mi mentem et sponsonem, quando hospitem tantum et non Patremfamilias Superioremque se acturum, ubi admitteretur ad Monasterium, pollicebatur. Monasterium proinde gravem hac in re iniuriam pati. Deinde, ea irrefragabili omnium Religionum et nostrae consuetudine, Conventus res Monasterij publicas concernentes

sonum consuetae campanulae solere cogere; nunc autem, cum de summa rerum et stabilitate Religionis, deque Superioris mutatione agitur, non campanulae sono, sed specie quadam humanitatis nos invitari. Tandem, quandoquidem res sunt ab Ill.mo eiusque adhaerentibus peractae, in evidens Religionis praeiudicium, Religionisque Summates ac Monasteriorum instituantur ab eo contra Jura, libertates et immunitates Religionis, Summi Pontificis et Sacrae Congregationis de Prop. Fide Decreta, nec non quae liberas in ordine ad electionem Supremi Religionis Capituli, et voces et vota Religiosorum mancipent ac suffocent, nolle se proinde ac Monasterium Zyroviciense ullo pacto ad ullam innovationem et ordinationem Ill.mi, contra suorum Superiorum ordinationem factam, accedere. Ill.mum Dominum pro Pastore suo et Religionis Capite, item Superiorem Monasterio isti ab Ill.mo praefectum pro tali non agnoscere, se quoque Vicariatu, si vis accedat, potius ex nunc cedere, quam Vicarium auctoritate Ill.mi velle esse. Ergo ad minas et imperia se convertit Ill.mus, in virtute obedientiae et sub excommunicationis sententia praecipiendo, ut ab imposito sibi Vicarij munere non desistat, nec alium loci Superiorem praeterquam se, et a se designatum novum Superiorem recipiat. Ad quae, ut prius, constanter respondit, se has innovationes nullo pacto recipere, nec subiacere se aut dictas timere excommunicationes; imo, contra haec omnia protestari, ac praecipue quod Rev.mus, libera vota et voces in ordine ad electionem Proto-Archimandritae abolere satagens, violenter se ipsum toti Religioni, alium vero et quidem alterius Monasterij Archimandritam isti Monasterio Superiorem praeficere conetur. Plura dicere non potuit quia audire eum Rev.mus noluit, identidem idem idemque praeseferendo, se esse verum Religionis et legitimum (f. 20v) Proto-Archimandritam, Congregationem Torocanensem esse nullam, et Superiores nullos, praeterquam a se substitutos.

Die sequenti P. Vicarius, paci et unitati studens, voluit ad Superiores suos discedere Torocanos, ut rebus hinc et inde perpensis, ii modum aliquem invenirent, quo rebus male caeptis mederi possent. Sed in ipso discessu limine a Rev.mo vocatus, ab eodem et multo magis ab aliis sibi adhaerentibus Praelatis, conquisitis illorum rationibus et sententijs, quibus hunc discessum malo suarum rerum omni futurum, varie per vota interpretabantur, fere obrutus fuit etc.

Hic iussus fuit claves Monasterij Superiori novo reddere, rationesque sui discessus, quo videlicet, et quam ob rem et quam disposito ordine in toto Monasterio descenderet, et fugeretne, an vero cederet Monasterio, illudque relinqueret, dicere. Conclisit tandem Rev.mus prohibendo discessum omnino. Et Monasterij rebus ac praesertim victui ut provideret, intimavit. Caeterum, quia defectu et inopia insolita laborabat Monaste-

rium, eius necessitatibus non debere provideri asseruit ex sumptibus noviter electi Superioris, sed ex Patrimonio Beatissimae Virginis, hoc est votivis argenteis miraculosae eiusdem Imagini appensis. Dare se proinde huic novo Superiori loci facultatem, suppellectilem sacristiae movendi et vendendi calicem, aut laminas argenteas pro victu Monachorum, dando datae facultatis rationem, quod nempe Religiosi sint viva Christi templa, et quod servientes altari ex altari vivere debeant. Haec P. Vicarius Zyroviciensis.

Cum ista aguntur, et sessiones in dies repetuntur aliae atque aliae, quarta ab adventu Domini Polocensis die supervenit Zyrovicios P. Provincialis, cum P. Superiore Novogrodensi eodemque quarto Ordinis Consultore, quos subsecuti sumus ego et P. Secretarius Ordinis idemque legitimus Superior Zyroviciensis. Et quia Patres Monasterij reperimus consternatos, maxime tacita Domini Polocensis cum reliquis suarum partium, eaque quotidiana, ut praemisi, consiliorum agitatione; P. Provincialis veritus, ne res impetu tandem et vi aliqua terminaretur, accitis nobis et potioribus quibusdam Monasterij Patribus, consilium iniit, quid rerum acturi essemus amovendo tanti mali periculo, et quieti Monasterio restituendae. Convenit, ut Patres aliquot e gravioribus ad Dominum Polocensem mitterentur, modeste ac reverenter expostulari, cur Sua Dominatio hospitij tantum iure in Monasterio uti pollicita, iam ius etiam Pastoris ac Superioris Religionis in Monachos exercere quaerat, sessiones cogat, Superiorem, contra legitimum Monasterij Praesidem, alium offerat. Rogaturique Suam Dominationem caeptis desistere, ac Monachos suo iuri pacique relinquere dignaretur. Alias, ubi id non impetraverimus, uti in caeteris nostris, quas a Sua Dominatione sustinemus, angustijs, ita in hac quoque recursuros, quod iam et caepimus, ad Nuntium Apostolicum, et Sanctam Sedem, imo id ex nunc facere atque Suam Dominationem, caeterosque Dominos suarum partium Praelatos, iniuriarum nobis illatarum, ad Dominum Apostolicum, interea vero ad Suae Sanctitatis in Regno hoc Vicarium appellare atque illuc causam hanc totam devolvere. Dominationem vero Suam rogare patiatur a communi, suo videlicet et nostro, Superiore rem dispici, decidique, neque nos amplius lacessere.

Huius legationis partes impositae sunt mihi et P. Secretario Ordinis, adiunctis nobis tribus alijs Patribus. Admissi sumus post aliquam Domini Polocensis cum reliquis suis Praelatis, an admitti (f. 21) deberemus, deliberationem reperimusque adhuc sessioni matutinae incumbentes. Proposui ego commissa mihi, verbis ad omnem modestiam reverentiamque compositis, eo ordine quo ea iam retuli. Audivi vero a Domino Polocensi in P. Provinciale coniecta probra et continua qualia vel me-

minisse horret animus. Nec peperit mihi, cui etiam minas et manus intentavit.

Ad Jus Pastoris et Generalis, dixit se habere utrumque. Atque probando, primo legi iussit literas quasdam privatas, ante omnem adhuc controversiam istam datas ad se ab Ill.mo Nuntio Apostolico nunc Em.mo Card. Vidonio, ubi videbatur aliquid sibi deferri in spiritualibus et supra Monachos. Deinde Privilegium Administratoris Regium, ubi manifeste videbatur Regia Maiestas deferre Suae Dominationi Administrationem etiam spiritualium, quod Domini Archimandritae digitis, cum legeretur, notabant, notarique a me volebant. Tandem iussit legi patentes illas universales Em.mi Pro Nuntio, scriptas in discessu Suae Eminentiae in Italiam, ad Praelatos et Monachos, ubi monet Sua Eminentia serio omnes, ut conferendo cum Ill.mo Archiepiscopo Polocensi, Administratore Sede Vacante Metropolitae Kioviensis, quod ille de communi omnium consilio statuet, exequantur, ac in iis omnibus, quae tam in spiritualibus quam in temporalibus eius auctoritati sunt a Sancta Sede Apostolica commissa et concessa sedulo eundem consulant, ad ipsum recurrant.

Respondi ego: Ad literas quidem illas privatas Em.mi Vidonij, tunc Nuntij Apostolici, eas aliter nobis Suam Eminentiam interpretatam. Neque unquam fuisse mentem Suae Eminentiae deferendi plus aliquid potestatis ordinariae Domino Polocensi, quam re haberet.

Ad Privilegium Regium: Maiestatem Regiam ad summum usam ibi fuisse iure sui Regij Patronatus, tantumque voluisse exprimere terminum ad quem promovebat Suam Dominationem, quantum in Sua Maiestate esset et pro eodem suo Regio Jure; relicto interim pleno, circa terminum, iure et dispositione auctoritateque Summo Pontifici.

Ad Universales denique Em.mi Pro Nuntio dicebam: Eas prudentissime ac circumspetissime, si attente legantur, scriptas, atque ex ipso literarum contextu apparere evidenter Suam Eminentiam non conferre, sed supponere potestatem, qualem Dominus Polocensis tam in spiritualibus quam in temporalibus haberet a Sede Apostolica. Constare autem nobis aliunde, non habere Suam Dominationem aliam a Sede Apostolica potestatem in spiritualibus quam quoad facultates tantum Metropolitae concedi solitas, a Sua Dominatione exercendas, et aliis communicandas. Qua in re reveritos nos semper et revereri Suam Dominationem.

Probando Juri supra nos Generalis, adducebat Dominus Polocensis electionem sui in Generalem recens Supraslij, legitime, uti asserebat, secundum praescripta antiquarum Congregationum, et per Congregationem legitime congregatam factam, allegabatque quaedam ex prima Religionis Congregatione super modo eligendi Proto Archimandritam; praesertim

autem quod Metropolita et indicere pro eiusmodi electione Congregationem, et eligere cum aliis debeat.

Respondi: De huiusmodi autoritate Metropolitae, si Deo placuerit et res postulaverit, locuturos nos cum Metropolita. Dominationem autem Suam non esse Metropolitam, proinde dato etiam hoc (f. 21v) iure ipsi Metropolitae, adhuc non potuisse Suam Dominationem Congregationem pro eligendo Proto Archimandrita indicere, quare et actum Congregationis huiusce esse nullum, adeoque etiam electionem ipsam Suae Dominationis in Proto Archimandritam. Plura non sum loqui permissus, sed mox Dominus Polocensis ad verba aspera: nos cum P. Provinciali esse excommunicatos (intelligebat excommunicationem, occasione P. Korsak, a se contra P. Provinciale latam, atque a nobis etiam ob communicationem cum P. Provinciali quasi incursum), esse sordes, sordidos, nam in excommunicatione insorduisse, et se declarare nos esse excommunicatos, imo de novo etiam actu, hic et nunc, excommunicare. Nobis vero excommunicatos nos aliquando fuisse negantibus, simulque declarationem Nuntij Apostolici super nullitate illius excommunicationis allegantibus, praesentem autem excommunicationem minime timere asserentibus, Dominus Polocensis prorupit in haec verba: Et quot, inquit, tabellas votivas (argenteas intelligebat ad Imaginem Beatissimae Virginitatis Zyrovicien. appensas) dedistis Nuntio Apostolico pro literis contra P. Korsak obtentis? Respondentibus nobis: nullam. P. Paulus Korsak responsum ad supradicta a nobis, ad filium reducens, utcumque latam timendam tamen esse aiebat excommunicationem. Respondi: Timendam esse invalidam ob honorem debitum autoritati Superioris; nullam vero, non timendam. Tam autem illam, quam se olim tulisse, quam hanc, quam se nunc ferri, dicit Dominus Polocensis esse nullam; quia nulla autoritate illam latam, hanc ferri. Habendam quidem huiusmodi casu rationem scandali, sed et id curae nobis esse, alia tamen via, quam ut laboremus de eiusmodi excommunicationibus. Sed quicquid esset, Suam Dominationem Illam non posse nos ultra sollicitare, non tantum excommunicationibus, sed ullo prorsus pacto, ut refugientes ad Sanctam Sedem; debereque a summa autoritate sententiam de autoritate ista sua pronuntiandam expectare.

Ad ista Dominus Polocensis: Se non esse Schismaticum, proinde ne sibi terrori esse Papam. Sed nec inovari quidquam Sedem Apostolicam in Rhussia posse, cum iuravit nobis in accessu nostro ad Unionem Romanus Pontifex integritatem omnium antiquitatum nostrarum. Deinde ad probra more suo, minas manuumque iterum intentiones conversus, cubiculo nos expulit. Abiimus protestati Suam Dominationem in Pastorem et Superiorem nostrum agnoscere nos non posse, dum talis propria, et non Summi Pontificis autoritate audire contenderit.

A prandio, cum P. Provincialis in cubiculo iam suo esset, adessemque ego, et aliquot ex Patribus Monasterii, venit ingenti rumore, serico totus, praeter Religionis legem moremque, vestitus P. Bialozor, qui pugno mensae innixus, haec P. Provinciali dixit: Reverende Domine Terlecki, Ill.mus ac Rev.mus Dominus Administrator Metropoliæ totius Russiae, Reverentiae Vestrae sublevationem excommunicationis mittit, atque claves sibi interim ab ecclesia, sacristia, thesauris ecclesiasticis et Monasterio, itemque perscriptos in charta thesauros, tradi imperat. Respondit P. Provincialis: Se Ill.mum Dominum, uti Praelatum in Ecclesia Dei grandem submisse venerari; caeterum excommunicationem illam suam futilem (hanc solam asperiolem vocem expresserat, laesa patientia) et iam a Nuntio Apostolico declaratam nullam, minime curare. Claves et thesauros non prius traditurum, quam extremam guttam proprii sanguinis. Hic P. Bialozor insolentibus verbis et clamore ingenti, pugno in (f. 22) faciem minans adoriri Patrem Provinciale. Ubi et haec conceptissima protulit verba: Contemnis convellisque Ecclesiae nostrae Metropolitanæ auctoritatem. Sed accurrere qui tum aderant Patres, repressereque ac modeste retro egere hominis impetum. Ego vero seriis verbis iuvenilem temeritatem corripui. Quare cum vociferatione excessit. Aderat socius P. Bialozor, Pater quidam ex idiotis, cui ut exuli locum residentiae Bielscij, penes ecclesiam quandam parochialem, Ill.mus D. Episcopus Vladimiriensis, facultatem autem residendi P. Provincialis concesserat. Hic visa rei insolentia, supplex a Patre Provinciali et nobis veniam poposcit, se deceptum peccasse fatens, et confestim Zyrovicijs abiit.

P. Provincialis, videns malum invalescere, ad cubiculum suum acciri iussit sono campanulae Monachos omnes, quibus re modo acta exposita atque prompto uniuscuiusque quidvis pro veritate et libertate religiosa patiendi animo cognito, consilium cum omnibus iniit, si forte modus reperiri posset liberandi tanta inquietudine Monasterium. Visum, vim si quae superventura esset, vi nequaquam reprimendam, sed potius magno animo sustinendam, nam id fore meliori nostro apud Sanctam Sedem. Renitendum tamen impetui Domini Polocensis quantum limites modestiae paterentur. Quare nunc Patrem Vicarium, qui Dominum Polocensem recepit ad Monasterium, mittendum, uno et altero Patre comitatum, qui revocet Suae Dominationi, iam nos, palam sibi, caeterisque suis Praelatis, recurrisset ad Sanctam Sedem adeoque impeti a Sua Dominatione nullatenus debere. Item revocaret Suae Dominationi, se ut hospitem in Monasterio promississe acturam eaque lege et admissam; quare debere stare verbo suo. Aut si non, siquidem et numerus dierum hospiti praescriptus elapsus est, relicta nobis sua benedictione, abire. Alias accessum nos Dominis Archimandritis, qui et Suam Dominationem et nos

perturbant, amplius ad Suam Dominationem non permissuros, et quominus accedant, etiam ecclesiae portas (patebat per ecclesiam ad Monasterium aditus) oclusuros, id quod non foret bono nomini Suae Dominationi apud tot ex longinquo advenientes ad sacrum locum, si Suae Dominationis causa se ecclesia prohiberi cognoscerent. Ea autem ipsa die, nostra bona fortuna, adventurus expectabatur Slonimum, quod oppidum leuca tantum una distat Zyrovicijs, Ill.mus Dominus Palatinus Vilnensis, Dux generalissimus exercituum Magni Ducatus Lituaniae, cui Magnati famam Dominus Polocensis propriam servare curabat integram.

Ivit P. Vicarius, responsumque tulit: Rex sum, regnare volo. Quare mox portae Monasterij et ecclesiae, eae quae intus a Monasterio erant, occludi iussae, relicto nihilominus ad ecclesiam a platea aditu, quod nomini Domini Polocensis P. Provincialis consultum iret, et alteri portae, a sacello B.mae Virginis ducenti in Monasterium, duobus Patribus praefectis, qui Monachos vesperas cantaturos in ecclesiam admitterent, Dominos vero Archimandritas, si qui per eam portam Monasterium ab ecclesia ingredi vellent, religiosa prece arcerent. Id ubi audivit Dominus Polocensis, mox res suas exportari e Monasterio (Monacho, qui portas Monasterij observabat, familiae Suae Dominationis pervium certae portae foras et a foris permittente usum) iussit; ac postridie mane proiectis in Patrem Superiorem Monasterij, qui Suam Dominationem, honoris ergo, exeuntem e Monasterio comitatus est, verbis asperis et indecoris, dentibus frendens, ac manus eidem P. Superiori intentans, discessit, Slonimumque cum toto illo Praelatorum suorum comitatu petiit, inde Novogrodecum profecturus, animo pertrahendi in suas (f. 22v) partes Monasterij Novogrodensis Monachos et inducendi ad subscribendum Actis suae, ut vocat, Congregationis Suprasliensis, cum id et Zyrovicijs conatus sit facere.

Sed nec postquam discessit, destitit nos lacessere Dominus Polocensis. Nam mox Slonimo scripsit ad Monachum quendam Sacerdotem, Bonifacium Januszkowski, qui ad aliud Monasterium e Zyroviciensi ob mores migrare a P. Provinciali iussus, Zyrovicijs aliquantisper haerebat, praeficiens ipsum Vicarium Monasterio isti, nobis vero quotquot essemus Theologi, loco sacro ob gravissimos passim occurrentes pro confessionibus conscientiae casus, pernecessarii, obedientiales alio et alio nos distracturas, atque a novo isto Vicario executioni mandandas, mittens. Quae ad Bonifacium litterae, e Polonico Latine, ita habent.

Reverende in Christo Pater Januszkowski, Frater in Christo charissime,

In discessu meo Zyrovicijs, non vacavit nobis cum R.V. perfecte colloqui, literis igitur compenso et fraterne R.V. ad id destino: Quando-

quidem P. Stephanus Martiszkiewicz²²⁴ indignus fuit Nostra gratia, in collatione ipsi Vicariatus Zyrovicien., quem ab illo revocantes, requirimus a R.V., ut hoc officio suscepto ita regas hoc Monasterium, ut quam optime fieri potest, attendens observantiae regulari; uti et integre persuadeo mihi, quod huic rei sufficies in absentia tui legitimi Superioris. Ut is, qui imbutus per tot annos religiosis moribus, respiciens nobile suum genus, quo alios nunc superas, praesertim habens respectum auctoritatis nostrae Pastoralis et huius nobis a tota Religione concreditae potestatis. E qua re R.V. colliget sibi bonam famam apud Religionem, speciatim et nos habebimus id apud nos in singulari consideratione, quod tempore suo utilitatem percipies tuam. Rogamus iterum iterumque, et pro auctoritate nostra praecipimus obedientiales distribuat R.V. modo hoc pacto, sigillatim unicuique cui sunt missae. Postquam vero R.V. reddiderit eis obedientiales, tunc statim eos e Monasterio expediat, qui si nolent obedire, exnunc R.V. ad nos mittat. Ei vero, a quo R.V. recipiet istas obedientiales, dignetur dare attestationem, quod ad manus R.V. pervenerint, nec minus etiam ab iis, quibus R.V. reddet nostras obedientiales, recipiat R.V. attestations. Optantes interim gratiam Divinam abundantem R.V., benedictionem nostram Pastoralem transmittimus. Slonimi, 14 Febr. 1661.

Reverentiae Vestrae amans in Christo Frater,

Gabriel, Proto Archimandrita, Archiepiscopus, Administrator.

Tum indidem misit citationem P. Provinciali, ad instantiam P. Benedicti Glinski, Archimandritae (f. 23) Kobrinen.,²²⁵ qui cum nec Torocanijs Congregationi nec Supraslij interfuit, recens Zyroviciis partibus Domini Polocensis accesserat, indignatus P. Provinciali, quod aliquoties ad Monasterium Kobrinense veniens, nec unquam Archimandritam in Monasterio residentem inveniens. Monachis quibus ipse providere necessaria, ipsum etiam sufficientem victum noluerat, pecuniam colligens e bonis eiusdem Monasterij, ea quorum opus haberent providerit. Citationis hic tenor est.

Gabriel Kolenda, D.G. et Sedis Apostolicae Archiep. Polocensis, Mscislaviensis Episcopus, Beresvecen., Lescen., Suprasliens. Archimandrita, Metropoliiae Kioviensis, Halicien. totiusque Russiae tam in spi-

²²⁴ Stephanus Martyškevyc-Businskyj, Alumnus romanus, dein, post expleta varia officia et munia, electus in Protoarchimandritam (1679-1686) regimenque sat difficile habuit ob praetensiones Metropolitae Cypriani Zochovskyj.

²²⁵ Dein Episcopus Volodimiriensis (1667-1678), qui etiam postea habuit dissidia et lites cum Metropolita Gabriele Kolenda (inde ab an. 1671). Cfr. in III volumine *Litterarum Episcoporum*, secundum Indicem nominum et rerum.

ritualibus quam in temporalibus Administrator, Proto Archimandrita totius Ordinis D. Basilij M.

Reverendo P. Benedicto Terlecki, Ord. D. Basilij Presbytero, concionatori nostro Monasterij Supraslien. Ad instantiam Rev.mi Domini Benedicti Glinski, Archimandritae Kobrinen., Ord. D. Basilij M., ratione invasionis violentis, varijs temporibus, certis tamen mensibus et diebus, atque spoliis in eodem Monasterio Kobrinen. a Tua Paternitate factis, ut coram officio nostro Proto Archimandritali te statuas, atque ad obiectiones omnes, in Protestationibus fusius explicatis, respondeas, peremptorie post datas has sibi citationes intra spatium trium hebdomadarum, serio mandamus, ac in virtute S. Obedientiae praecipimus. Datum Slonimi, A. 1661, Febr. 15, iuxta vetus.

Ad mandatum Ill.mi et Rev.mi D. Administratoris, Proto Archimandritae Ord. D. Basilij, Gregorius Bienkowski, Not. iuratus.

Locus Sigilli.

His Slonimi expeditis, ivit Novogrodecum Dominus Polocensis. Indeque reversus iam ad Sacerdotes saeculares Metropolitanae Dioecesis, iam ad certos nobiles divertens circumobibat Zyrovicios, subinde tacite per literas agens cum Bonifacio, qui nomini Suae Dominationis fisus, eo temeritatis processit, ut palam se Vicarium dicere, Monachis defectionem a P. Provinciali persuadere, Patrem etiam Provinciale, se paterne momentem, probris afficere non dubitarit, ut proinde P. Provincialis serio iusserit, cella se sua, nulla alia stipatus custodia, contineret, caeterorum Monachorum societate, communi mensa et altari abstinens. Paruerat is ad aliquot dies, cum ecce denuo literas a Domino Polocensi universales binas: alteras ad Cives subiecti Monasterio pagi, alteras ad Monachos, et unas privatas ad Patrem Sacristanum, quae omnes literae redditae sunt tacite Bonifacio; quod sane fieri non potuit, absque specialibus literis, aut informatione ad ipsum Bonifacium, qui acceptis his literis mox audentior factus, cellaque, qua (f. 23v) solo Patris Provincialis detinebatur imperio, egressus, Missam in Ecclesia, venditans coram Patre Sacristano, se iam liberum, dixit; cumque P. Provincialis, qui forte fortuito supervenerat, leniter hominem ecclesia iam abeuntem, et ad aurem facti arguisset, is in haec verba prorupit: Vide tu, inquit, ubi loci hac ipsa die futurus es? Deinde, mensa imminente, cum Monachi ad refectorium convenissent, venissetque P. Provincialis, ille cum literis illis ad Monachos inscriptis, se coram omnibus conspicuum dedit, imperia Domini Polocensis iis contenta propalaturus. Sed mox abire e Refectorio iussus, a caepto destitit. Ergo tentare Cives, literarumque Domini Polocensis rumore tacite per pagum sparso, eos vocare in licium atque ad defectionem a Superiore loci et P. Provinciali ducere, etsi eventu nullo; quod re-

rum, atque hinc iuris, illinc impetus gnari essent ipsi Cives. Tandem equile Monasterij adiit ruptaque sera, equorum potiores duos abduxit, atque per adiacentem sylvam, exquisitis semitarum maeandris, ad Villam Szydloviensensem praese misit; ipse vero in domum nobilis Matronae cuiusdam, viduae, e regione ecclesiae Zyroviciensis sitam, concessit. Nos interea assidebamus mensae; cumque, pransi, P. Provinciale ad eius cubiculum deduxissemus, accurrit equilis custos nuntians equos vi et industria Bonifacij abductos, ipsum vero Bonifacium ad dictam Matronam, asyli ergo, se recepisse. Misit semel, atque iterum Monachos aliquot Sacerdotes P. Provincialis, qui eum ad Monasterium evocarent: non paruit, ut ipse tandem P. Provincialis iverit hominemque, ad adventum suum interiori cubiculo inclusum, evocavit, et ad Monasterium, sponte iam procedentem, deduxerit. Ubi eidem cellae mancipatum, admoto tamen claustro et custode, caetera indulgenter habere iussit, Monachis etiam visitandi ergo, qui tamen eam peterent et obtinerent facultatem, permisso aditu. Sed rigidiorum sensit Divinam manum, Matri suae Religioni male gratus homo; die sequenti, morbo comitali correptus et terrae allisus, quo malo, iam diu erat, cum laborabat. Equi vestigijs deprehensi, reducti ad Monasterium.

Quid autem patentes illae sive ad cives, sive ad Monachos datae continerent, scire non licuit, quod Pater Provincialis Bonifacium, eas sibi ut traderet, non cogeret. Privatarum illarum ad Patrem Sacristanum argumentum erat seria admonitio, ne e thesauro B.mae Virginis, aut redditibus ecclesiasticis quidquam pro divagationibus (intelligebat meum discesum ad Ill.mum D. Nuntium Apostolicum), turbantibus communitatem et pacem inter Religiosos (verba sunt literarum), daret.

Hic ego discessi Chelmam, iturus inde ad Ill.mum D. Nuntium Apostolicum. Cur autem tanto tempore Chelmae pedem fixerim, causam dicam Ill.mo Domino Nuntio.

Cuius copiosiori informationi adscribere visum adhuc aliquot super hac funesta tragoedia inter Dominum Smolenscensem et Dominum Chelmensem datas invicem epistolas, quas mihi communicavit ipse Ill.mus Dominus Chelmensis. Una epistola est, quam Dominus Smolenscen. ad D.num Chelmensem scripsit, cum adhuc pararemus, nos Torocanijs, D.nus vero Polocensis Supraslij Congregationem et, e Polonico Latine reddita, ita habet.

Ill.me ac Rev.me D.ne, D.ne et Confrater Ob.me.

(f. 24) Adeo funestae differentiae in Religione nostra gliscunt et in dies augentur, ut nobis antiquioribus, qui hactenus eiusmodi disidia, emensis in Religione Sancta tot annis, non novimus, non restet aliud, quam intimo dolore id spectare et simpliciter de bono publico desperare. Nam, quomodo poterimus aliquid boni efficere haerentes in eiusmodi

inter nosmetipsos dissensionibus? Quas spectantes, amici dolent, inimici gaudent, et insultant nobis. Quomodo eos poterimus trahere ad Unionem Ecclesiae Sanctae cum ipsi simus dissoluti ad instar scoparum? Nonne dicent nobis: Medici curate vos ipsos? Per Deum, mi Rev.me Domine, nos antiqui curemus, ut scopas has quantum fieri poterit colligemus, ne Deum amplius ad iram concitemus, et ne homines scandalizemus hac confusione nostra. Ecce et nunc consideret Dominatio Vestra, quae confusio sequetur, quando duae Congregationes, a duobus indictae, diverso tempore, in diversis locis peragentur? Cur id non solebat esse vivente sanctae memoriae Rutschio, qui Constitutionibus cavet, ut Congregationes indicerentur et congregarentur a Metropolitibus, aut eorum delegatis? Modo vero ad quae devenimus Episcopi, ut nos vocent ii, qui in nos nullam potestatem habent, nec habere possunt. Per Deum! abiectis privatis studiis iura attendenda sunt, ne nostri nos successores incusent. Quodnam ergo huius rei, tam brevi tempore remedium! Non est aliud, quam ut pro primo termino convenientes, de hac differentia nobiscum conferamus atque modo concordiae, collatis capitibus, invento conferamus nos pro secundo termino, et ad executionem illum deducamus, feliciores erimus, si ipsimet de nobis statuemus, non expectantes ab extra Judicem, qui hactenus, Dei gratia, non adfuit. Verum quidem est, breve pro hac re tempus esse, sed, si accesserit zelus Dominationis Vestrae, accurre, et accommodabuntur res, quae erronee hactenus procedebant, ob istam differentiam. Hoc ita Dominationi Vestrae sub trutinam porrecto, me ipsum gratiae et fraterno recommendo amori. Kossovo, 21 Januar. 1661.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. amantissimus Frater et submissus servus, Archiepiscopus Smolenscensis.

Ad calcem harum literarum ista addidit Dominus Smolenscensis: Ego nunc fui Supraslij, vocatus toties a Rev.mo D. Administratore. Sed veniam post editas universales literas ab utraque parte. Praevideo, quod duro con duro non faranno muro, nihil extruent, quando pertinaciter agent, si nos, antiqui, illorum pertinaciam, ipsi accingentes nos studio charitatis et boni communis, non frangemus.

Ad has nihil respondit Dominus Chelmensis, quod in Volinia, quando Chelmam venere, esset.

Aliae duae epistolae, quas simul nuperrime Dominus Smolenscensis misit ad Dominum Chelmensem, ita habent.

Ill.me (f. 24v) ac Rev.me Pater, D.ne Confrater Ob.me.

Scripti ad Rev.mam Dominationem Vestram bis etc. Hoc d'importanza quod factum est hic apud nos et significo Rev.mae Dominationi Vestrae, quod duas Congregationes habuerimus, alteram Supraslij, a Rev.mo D. Administratore indictam, alteram Torocanijs, a R.P. Provin-

ciali convocatam. Quid hinc sperandum, iam pridem praedictum a Christo Domino: Omne Regnum per divisionem desolatur, quid noster pusillus grex, vix aliquot digni subsellio Congregationis, et hi insigni maledictione Divina scinduntur et se perditum eunt. Pro dolor! ad quae tempora devenimus, ut nos Dominus Deus exponat hoc modo derisui inimicis nostris, qui nobis hanc divisionem exprobrantes insultant, et laetantur hac turpi discordia nostra cum irrisione. Medici curate vos ipsos. Per Deum! curemus nos ipsos, ne tempore fiamus incurabiles, quod avertat a nobis Deus. Occurrendo his rebus, non video alium modum, nisi ut quamprimum simul conveniamus, nec permittamus gliscere hoc malum. Nam quo penitius in sylvas penetraverimus, eo in plura ligna impingemus. Ipsa etiam Dominatio Vestra videt, de parvo errore, primo Torocanijs a. 1656, contra quam Dominatio Vestra protestata est, quam magnus nunc error enatus sit, ut iam non unus, sed duo Provinciales futuri sint in perniciem disciplinae, et ordinis religiosi. Nam si unus huius nominis nulli usui, multo minus duo. Nam ita pluralitas medicorum occidit Religionem. Ego sum antiquus Religiosus et Episcopus inter Dominationes Vestras antiquior; obtestor per Deum Dominationes Vestras, ut velitis hisce erroribus in herba occurrere. Non potestis autem efficacius quam conveniendo quamprimum et ista Conciliabula damnando ac puram Congregationem instituendo in eaque, collatis capitibus, ordinem praescribere Religioni nostrae, conformando nos Constitutionibus antiquis. Scripsi hac de re ad Rev.mum Administratorem, ad quem iam Administratio Roma pervenit, ut audivi Zyrovicijs a Patribus, ut nos ante Comitias congreget, ut mutuo convenientes in charitate, positis simultatibus, et si quae odia inter nos habemus eis e corde eliminatis, statuamus id quod serviat si non dilatandis, saltem conservandis nobis ipsis, et Unioni Sanctae. Rev.ma Dominatio Vestra et alios certiores reddet viciniore sibi, et rogabit ne parcant labori, pro tam salutari re et Religioni necessaria. Eia per Deum! concordia res parvae crescunt, non possunt esse minores nostris his temporibus, opus est concordia inter nos, ut excrescant et revalescant utcumque, nec disordine cadant nostro. In reliquo, relinquo iudicio Rev.mae Dominationis Vestrae, me ipsum commendans et committens gratiae et amori fraterno. Pinsco, 21 Febr. 1661.

Ill.mae ac Rev.mae D.nis Vestrae submissus servus et Frater in Christo, Andreas Kwasninski Zloty, Archiepiscopus Smolenscen., Episcopus Pinscensis.

(f. 25) Alterius eiusdem Domini Smolenscenis ad D.num Chelmensem epistolae hic tenor est.

Ill.me ac Rev.me Pater, D.ne et Confrater Ob.me.

Nescio, quomodo ista mea ante aliquot septimanas ad Rev.mam Do-

minationem Vestram scripta, perque manus Magnifici D.ni Brzostowski missa, Chelma pene ipsa reverterit epistola, quam nunc consulto per meum mitto tabellarium etc. Puto scire iam Dominationem Vestram, quid hic apud nos agatur, quod a nostro P. Terlecki nova Hierarchia in Religione nostra fundetur, erecta sibi propria autoritate Congregatione trium virorum, permisit se eligi tertio in Provinciale. Quod officium an aliquando fuerit in Oriente, tanto vero magis apud nos in Russia, consideret Dominatio Vestra. Quare non mirum quod in hoc novo officio novae res fiant. An non res novae, non solum nos, sed et Metropolitanam potestatem, sine qua nullae Congregationes convocari possunt, postponere, ac facta conspiratione cum uno Religioni nostrae non necessario et inutili Doctorulo, praeter scitum nostrum Superiores totius Ordinis instituere et leges contra nos, contra Constitutiones, a magnis et gravibus in Christo defunctis Metropolitae et Episcopis sancitas, scribere. Ad quod nisi reflectamus animum et ni occurramus et castigemus, iniqui erimus nobis et successoribus nostris, imo et toti Ordini nostro, si totam molem Religionis Sanctae ex triumviris suspendemus. Quorum primus, Novitiatum apud nos non absolvit, Jesuitici vero oblitus est; alter contra serias prohibitiones Superiorum nostrorum Doctorulum professus est, ideo ut pias et humiles in Religione nostra personas opprimat et contemnat, quod expertus R.P. Josaphat, quem Vicariatu, alios et e Monasterio movit argumentationibus suis. Tertius, Secretarius pro una vice creatus, iam se scribit totius Ordinis. Atque hi Domini triumviri faciunt quae volunt facientque, si tacuerimus et laxaverimus illis habenas ad ultiores libertates: profecto ubi exspatiati fuerint, retinendo non erimus, nec ipso fraeno subigemus: imo, postquam invaluerint, irridebunt, si a nobis tempestive non confutabuntur, et non confundentur. Quam in rem opus omnino est nostro episcopali congressu, qui serviet aliis quoque necessitatibus nostris, praesertim, ut dispecta persona rogemus Sacram Regiam Maiestatem, ne diutius simus acephali, nam nimis quam male est absque capite esse, et consistere ulterius non poterimus absque notabili damno nostro. Verum quidem est, quod Administratorem habeamus cum recenti iam potestate Roma in spiritualibus, sed Administrator iste non tam proficiet, quam si Metropolita esset. Ad haec, quousque etiam iste Administrator erit? Iam tempus esset Metropolitanam conspicere, ne eum nobis tempus ipsum amittat. Necesse est ergo, ut simul conferamus cum Administratore et super hoc colloquamur, statuamusque. Quod ulteriori tempori non videtur committendum, nam tempus solet res perdere. Per Deum! sepositis omnibus privatis odiis et simultatibus, adiciamus animum ad commune bonum. Non enim sumus iuvenes. Deus scit quid hora feret, post mortem autem interrogabitur, (f. 25v) quo

loco res et ordinem religiosum reliquerimus. Sed hac de re satis. Cum his me committo gratiae et amori fraterno, restoque — Pinsco, 26 Martij 1661.

Ill.mae et Rev.mae D.V. amans Frater et submissus servus, Andreas Kwasninski Zloty, Archiepiscopus Smolenscen., Ep.pus Pinscensis.

Ad utramque hanc D.ni Smolenscensis epistolam, respondit D.nus Chelmenensis in haec verba.

Ill.me ac Rev.me D.ne, D.ne et Confrater Ob.me.

Tabellarius Rev.mae D.nis Vestrae non me reperit domi. Lublini eram. Quare expectare debuit dies sex Chelmae, septimo iam vero scribo ad Rev.mam D.nem Vestram. Accepi literas Rev.mae D. Vestrae Zydicini post omnia 28 Febr., quapropter nec iam notam dare potui de rebus ad me scriptis, praesertim quod defectus occasionum fuerit ibi ingens. Quod ad discordias in Religione nostra attinet, praetermissis omnibus, mihi in Domino videtur, ut utraque pars sileret. Quoniam vero Religiosi recurrere ad Sanctissimum Patrem, tantisper patiendum, et Romae nuntiandum, quid cui sit iniuriae; decidat vero Sanctissimus. Nam alias male erit. Hinc id colligo, quod Pater Sanctissimus missum Terpilowski non admiserit, quod non a legitimo missus Superiore. Non offendendus igitur Pater SS.mus, significandum vero quid agatur, etsi pro parte Ill.mi Administratoris cadet sententia, Religiosi debebunt obedire; sin minus difficile est contra stimulum calcitrare. Alias si nos nunc offenderimus Patrem Sanctissimum sub istas a Schismaticis nostrum persecutiones, quisnam nos defendet? Scit Dominatio V. proverbium simplex: Eum qui adorandus est, ad indignationem concitandum non esse. Sed super his manum de tabula, ut aiunt. De omnibus rebus, Deo volente, oretenus melius. Nunc vero supersedendum a Religiosis, nec ciendus malo daemone cachinnus nostrisque inimicis. Nam quo profundius hasce in sylvas penetraverimus, in plura ligna impingemus, praesertim quod iam Religiosi remaneant sub protectione Summi Pontificis, etc. Chelmae, 16 April. 1661.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. Confrater et servus,

J.S., Ep. Chelm. et B., A.Z.

Haec est vulneris et doloris nostri gravissimi, novo hoc Ill.mi D.ni Polocensis in nos impetu, ultraquam dici possit exasperati, non tam expressio, quam rudis quaedam adumbratio, verbis potius partis illius, quam meis constans.

Origo tanti mali erat duplex: Altera, affectata primum a D.no Polocensi et varia quaesita, praesertim a liberis Monachorum votis, si forte ea inclinare pro se posset, in penultima electione Provincialis, et tamen non obtenta; ideoque tandem, vi usurpata, imperii supra nos authori-

tas. Unde et omnia contra P. Provinciale eius legitimaе authoritatis aemula in D.no Polocensi odia atque ausus. Altera origo. Quorundam Archimandritarum licentiosa et disciplinam monasticam, qua tenentur, subterfugiens vita: cuius rationibus, etsi malis, ut consulant, ad D.num Polocensem confugiunt et omnia miscent, contraque P. Provinciale, in ipsos aliquando animadvertentem, odia cient, et multa moliuntur mala.

Id vero de quo agitur inter nos, ipse contra se quidem, pro nobis autem concludit D.nus Polocensis. Dicit enim supremam supra nos auctoritatem non debere exerceri ab ullo, nisi a Metropolita. Deinde, vel Administrationem auctoritatis Metropolitanae hucusque petit, nec impetrat a Sancta Sede, adeoque vel hoc ipso evidenter probat, se eam non habere.²²⁶ Audet nihilominus omnia, quae soli, vel ipse dicit esse, vel re sunt concessa Metropolitanae. Et hoc ipsissimum punctum est, in quod desinunt omnes turbae et mala ista nostra, Ill.mi D.ni Nuntij Apostolici cognitioni et sententiae subiiciendum.

De caeteris, si quae forte est olim praetensurus contra nos ipse verus Metropolita, statuatur Sancta Sedes, quicquid Spiritui Sancto et ei visum fuerit; modo nos, quod Sola Ipsa praestare potest, spiritu antiquo Patrum nostrorum vivere et valere iubeat.

138.

Lublin, 10. IV. 1661.

Episcopus Chelmensis refert de statu recuperatae salutis, de decreto pro bigamis, de turbis in Religione ob interventus Archiepiscopi Polocensis, et de missione Romam P. Ohilewicz et P.J. Malachowski.

APF, *Scr. rif. n. Congreg.: gen. (Fondo Vienna)*, vol. 18, fol. 74rv, 77v.

Ill.me et R.me Domine, Domine et Patrone Observandissime.²²⁷

Fateor equidem, me ne iota unum iam pridem Romam dedisse, iustis tamen de causis. Posteaquam enim anno elapso, Varsavia, infra octavam Sacratissimi Corporis Christi, datis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide litteris per Eminentissimum Cardinalem Vidonum, tum recens eo initiatum honore, Chelma descendissem, brevi adeo gravi correptus sum aegritudine, ut a Medico derelictus, ad Divinam solum Virgi-

²²⁶ Revera S.C.de Prop. Fide sub dat. 11.XII.1660 serio monuit Kolendam ne limites suos transgrederet, itemque Nuntio Apostolico Varsaviensi opportunam dedit in materia instructionem; cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 237-239, nnr. 359, 360.

²²⁷ Secretario S.C. de Prop. Fide, Mario Alberici (1658-1664).

neamque manum, Miraculosae Chelmensis Iconis, nec frustra recurrerim. Sane iam in ore omnium, praecipue schismaticorum, sepultus fueram, sed Deo volente, Virgineque protegente, ultra spem revixi. Invaletudo mea gravior tribus fere continuata septimanis, convalescentia ad 20 protracta, Patriae nostrae communi malo terminata. Nec pestis Lublinensis, etiam hyeme leniori erumpens, commoditati transmittendarum litterarum inser-viit. Aliqua demum mora mea in Volhinia, ubi sub Luceoria desolatam rego Archimandriam, rumore mortis meae longe desolatiorem factam, in rem quidem Unionis et monasterii cessit, sed, ut in loco ab occasionibus semoto, scriptionem non nihil retardavit. Ita dum tarditatis huius causas necto, me apud Ill.mam D.V. culpa solutum puto.

Decretum Sanctissimi, nec non Congregationis S. Universalis Inquisitionis, super bigamorum dispensatione, 15 Aprilis 1660 latum,²²⁸ circa initia hyemis anno eodem recepi, sed absque ullius litteris, ut nesciam per quem missum sit; per viam tamen Domini Episcopi Chelmensis latini ad me devenit.²²⁹ Pro quo gratias s.mas ago. Caeterum R.P. Joannes Malachowski, Chelmam ad me 25 Martii appulit, partim frequenti aquarum eluvie, partim adversa valetudine, et sua, et socii sui, a celeriore in via progressu praepeditus. Et quia nunc in Religione nostra novae per Ill.mum Archiepiscopum Polocen. exortae turbae, quod exspirante Provincialis regimine, Religio alibi, D. Archiepiscopus alibi Congregationem instituerit, contra ius Provincialis, per quem antea tempus et locus designabantur. Et quidem in suo Conventu se ipsum in Proto Archimandritam seu Generalem, nepotem ex Sorore suum R. Bialozor (qui iuvenis nuper Roma egressus), nunquam inferiorem, ex nunc omnium superiorem creavit. Idque vix sibi adscitis duobus in Patria nostra pessimi nominis, tertio, quem Sacra Congregatio paenis deprimere, ipse impunitum erigere studet, Gregorio Bienkowski.²³⁰ Religio vero ipsa, cum omnibus Consultoribus, et Superioribus, in Provinciale tertio R.P. Terlecki, toto in se refragantem subvexit. Praelati Episcopi pariter, atque Archimandritae, alii neutri adhaerentes parti, ab utroque congressu abstinuerunt. Alii litteris ad se Provincialis per D. Archiepiscopum praepeditis,

²²⁸ Non invenimus hucusque hoc decretum, quia Tabularium S. Officii inacces-sibile est.

²²⁹ Thomas Lezenski, Episcopus latinus Chelmensis (1657-1666).

²³⁰ Gregorius Bienkowski, Basilianus, Alumnus Romanus et Superior Hospitii ad SS. Sergium et Bacchum (1652-1656), ubi Administratori Metropoliiae Gabrieli Kolenda adhaesit et eius assecla factus, etsi S.C.de Prop. Fide eum ad reddendam rationem de administratione Hospitii romani adstringere conabatur. Post varias vicissitudines, obiit anno 1675. Cfr. notas praecedentes.

adesse Religioni nequiverunt. Quos inter ego etiam numeror. Insuper D. Archiepiscopus Religionem impetuosis, et absonis censuris urgere, monasteriis suos praeficere, Zyrovicense caenobium, et ecclesiam occupare,²³¹ thesauros miraculosae Jconis deposcere, Religiosos paenis canonicis non canonicè subiicere. Religiosi vero Superiore dextere et modeste resistere. De quibus omnibus brevi S. Congregatio (f. 74v) ex Patribus R. Pachomio, et Joanne Malachowski latius ediscet. Quorum primus, ab omnibus Romam ante promissus, nunc a R. Provinciali ad me missus, ad Ill.mum etiam Nuncium excurrit. Ambo tamen eundem Provincialelem propter subsidium Viatici, ac ulteriorem informationem tantisper expectaturi, demum Romam profeturi. Hoc solum unice a V. Ill.mae Dominatione petierim, ut si pro termino Patri Joanni Malachovio declarato comparere nequiverint, Sacra Congregatio tot et tantis Religionis miseriis, egestati, per hostes, per varia incommoda inductae, id tribuere velit. Quin etiam mora nunc eorum apud me aliqua, et maiori ipsorum ad iter subsidio, et notabili Religionis fructui, et copiosiori Sacrae Congregationis de rebus nostris notitiae, profutura est. Sane vero Romana illos limina vel meo quantotius sumptu petere, liceat omnium longe sim egentior, nil morarer, ni prae foribus afforent comitia. In quibus cum cardo Unionis vertatur, me quoque adesse non sine impensis necessum. Quanquam nec ita pressus, ipsis deero. Iterum proinde iterumque V. Ill.mae Dominationi supplicem me gero, ut ne termini pro reditu Romam Patri Malachovio destinati transgressio, alicui nostris detur vitio. Me denique V. Ill.mae Dominationi dum humillime commendo, omnia felicissima de caelo et terra eidem apprecor.

Lublino, Aprilis 10, 1661.

Vestrae Ill.mae et R.mae D.nis in Christo servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. cum S.R.E. unitus (mp).

(f. 77v) Ill.mo et R.mo D.no D.no Mario Albericio, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, D.no et Patrono Colendissimo. Romae.

Adduce molte scuse di non haver potuto scrivere, e particolarmente di essere stato male a morte. Dice haver ricevuto il Decreto della Cong. dell'Inquisitione sopra la dispensa de' Bigami, per mezzo di Mr. Vescovo Chelmen. Latino, ma senza alcuna lettera. Avvisa il trattenimento del P. Giovanni Malachowski. Il disordine cagionato dall'Arcivescovo di Plosco in pregiudizio di quella Religione, havendo raccolta la Congregazione, dove gli è parso, contro il ius di quel Provinciale, a cui arbitrio sempre

²³¹ Cfr. « Narrationem » sub nr. 127-137.



JOANNES VYHOVSKYJ - DUX COSACORUM
(1657 - 1659)

è stato di assegnare il luogo, e tempo; et havendo creato Superiore un suo nipote, e cercando di promuovere un tal Gregorio Bienkowschi, che la S. Congregatione vorrebbe, che fusse affatto depresso. La Relig. all'incontro, assieme con tutti li Consultori, e Superiori ha eletto Provinciale per la terza volta il Padre Terlecki; e così il tutto camina con un disordine scandalosissimo, conforme meglio farà a rappresentare a bocca il P. Pachomio, inviato a posta da quella Congregatione a Roma.

139.

Varsavia, 29. VI. 1661.

Episcopus Chelmensis Secretario P.F., de missione romana duorum Religiosorum ad informandam Sedem Apostolicam de dissidiis internis in Ecclesia et Religione aliisque rebus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen. (Fondo Vienna)*, vol. 18, fol. 326-327.

Ill.me e Rev.me Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Scripsi Lublino, per Patres Societatis, ad Vestram Ill.mam Dominationem, exponens rationem neglectae meae ad V. Ill.mam D. scriptionis. Deinde exoravi, ut si missus Roma R.P. Ioannes Malachowski, et mittendus eodem R.P. Pachomius Ohilewicz, pro designato non venissent tempore, V. Ill.ma D. coram Sacra Congregatione de Propaganda Fide, et SS.mo D.N. velit iis, nobisque simul patrocinari, ne aliquid inde suboriatur detrimenti. Cum propter tot subeuntes internas externasque adversitates, quae hodie statuimus, perendie mutare cogamur. Et quia R.mus Dominus Archiepiscopus Polocen. in dies suam, solo fretus Regali Privilegio, magis extendit auctoritatem, ideo V. erit Illm. D. Sacram Congregationem praemonere, ne apicem regendae Russiae ascendat supremum. Alias vero hic, dixerim, nec Te curabit pulcherrima Roma, nec quidquam aestimabit sacrum iustumque, nisi quod placitis eius velificabitur. Caeterum quia, Deo motore, D.nus olim Episcopus Vilnen. Tyszkiewicz, D. Palatinus non ita pridem vita functus Czernihovien. eiusdem Germanus, D. Potocki Generalissimus exercituum Regni, Palatinus Cracovien., D. Palatinus Vilnen. Generalissimus Lithuaniae Sapiha, D. Palatinus Polocensis Kopec, D. Procancellarius Lithuaniae Naruszewicz, non sperantibus nobis, R.P. Ignatium Jelec Societ. Jesu,²³² virum

²³² Ignatius Jelec, Soc. Jesu; famosus divitiis et activitate, ob quam in Metropolitam Kioviensem proponebatur, primum ut Coadiutor et dein ut titularis Sedis, transitu ad ritum Ruthenum peracto. In relationibus et instantiis Jacobi Susza pluries de eo est sermo. Cfr. Indicem nominum.

generis claritudine, sanguinis Rutheni affectu, a teneris Catholicae educationis firmitudine, eruditionis non spernendae gratia, virtutum egregiarum nitore, aetatis provectae gravitate commendaverunt nobis commendantque, vel ipso nil curante, nisi ad laborem pro gloria Dei consentiente, ut noster esse possit Archipastor (de quo etiam ad Eminentiss. Cardinalem Vidonium scripsi), ideo Vestram Ill.mam Dominationem, eo quo par est nisu, sollicitare audeo rogareque, quatenus tum apud SS.mum D.N., tum apud R.mum P. Societatis Generalem, honorificum eidem impetrare velit digressum.

Quo obtento tandem desideratum, a tot viris Principibus, optatum ab omnibus (f. 326v) bonis conscendere valeat verticem. Non hic profecto seritur metiturque illi, sed potius nobis cum is idem vir egregius post factam Societati bonorum centum florenorum millibus constantium resignationem, partim suos sudores etiam sanguineos, ut ipse testatus est, partim bona reliqua trecentorum millium valoris, non minus paupertati Ruthenae Ecclesiae prospiciendo, quam gloriae Divinae illa consecrando pure puteque devoveat. Sed de his hactenus. Putarim enim ipsam tam iustam causam plus authoritatis, quam meam suadam habituram.

R.P. Malachowski propediem Varsavia Romam expedituri sumus brevique post Comitiam R. Patrem Pachomium. Qui longe celerius expediti fuissent, ni tot curarum moles nos premerent. Proinde dum hac super re par sum Religioni medere, ipse me totum favoribus Vestrae Ill.mae D.nis humillime commendatum velim.

Varsaviae, Junij 29, 1661.

Vestrae Ill.mae et Rev.mae D.nis in Christo Servus et Cliens humill.
Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. Unitus (mpp).

(f. 327) Hanc epistolam propter varia occurrentia detinui, et tandem mitto, et rogo quatenus ad adventum R.P. Pachomii omnia quae concernunt Religionem et D. Administratorem suspendantur, qui omnino, post Comitiam, a me expeditur. R.P. Joannes Malachowski cras Cracoviam, inde Romam pergit. Iulij 5.

Idem J.S., E. Ch. et B.

140.

Varsavia, 4. VII. 1661.

Aep. Larissenus (Nunt. Varsav.) Secretario P.F. de dissensionibus inter Episcopos unitos.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 329.

Ill.mo e R.mo Signor mio, Padrone Osservandissimo.

La mia gran lontananza da costà è stata causa, che non mi sia punto venuto a notizia l'indispositione, che più mesi ha travagliato Vostra Signoria Ill.ma, e conseguentemente mi ha anche levato il modo di esprimerle quei sentimenti di disgusto, che io non haverei provato al maggior segno. Nulladimeno reputo a mia gran' fortuna di havermi io rallegrare con Vostra Signoria Ill.ma (come hora vivissimamente fo) della sua recuperata sanità, prima di haverne sentita l'indispositione.

In ordine poi all'Arcivescovo e Vescovi uniti e monaci del medesimo Rito, debbo dire a Vostra Signoria Ill.ma, che essendo essi venuti quà in occasione della Dieta, gli trovo disuniti più che mai; che però ho stimato anco necessario di presentare la lettera della Sacra Congregatione al sudetto Arcivescovo,²³³ per impedire quel' mal' maggiore, che senz'altro sarebbe potuto nascere, se io non l'havessi fatto; e rimettendosi al di più, che Vostra Signoria Ill.ma potrà vedere dalla lettera, che scrivo a parte alla Sacra Congregatione,²³⁴ le bacio riverentemente le mani.

Varsavia, 4 Luglio 1661.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma divotissimo obligatissimo servitore
Antonio, Arcivescovo di Larissa.

Mons. Alberici, Roma.

(f. 330v) 22 Augusti 1661.

141.

Varsavia, 6. VII. 1661.

Episcopus Chelmensis de missione Joannis Malachowski Romam ad Collegium SS. Sergii et Bacchi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.: Ruteni (Fondo Vienna)*, vol. 18, fol. 78, 79v.

Ill.me et R.me Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Eunte Romam R.P. Malachovio, scriptis antea superaddiderim aliqua, rogans ea, qua par est, demissione D.V. Illustrissimam, quatenus Patrem hunc a me initiatum presbiterio, vere optimae mentis Religiosum, uti V. Ill.mam D., sic Congregatio Sacr. de Prop. Fide sub alas suas

²³³ Agitur, ut videtur, de litteris S.C.de Prop. Fide, de dat. 11.XII.1660; cfr. *Litterae S.C.de Prop. Fide*, vol I, pag. 237, nr. 359, in quibus hortatur ad moderationem, et ne suam iurisdictionem arbitrarie extendat ultra ea, quae ipsi concessa vel commissa sunt.

²³⁴ Cfr. *Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes*, vol. X, Romae 1965, pag. 187, nr. 4945, sub dat. 4.VII.1661.

suscipere dignetur. Et quod solet provisionis ex eius liberalitate fieri, eidem benigne concedere, donec R.P. Pachomius Ohilewicz, pro Residente ad Collegium SS. Sergij et Bacchi a Religione designatus, supervenerit. Qui dubio procul, peractis Comitibus, sine ulla mora Romam tendet. Et quia praesentissimum D.V. Ill.mae in negotiis nostris, idem nunc a Dominatione V. Ill.ma, qua circa defensionem Unionis ab adversarijs, qua circa protectionem Religionis a Nostris, humillime desideramus. Et conscius Noster in excelsis Vestrae Ill.mae D.ni merces erit magna nimis. Cui obsequia mea devotissima animitus defero.

Varsaviae, Iulii 6, Anno 1661.

Vestrae Ill.mae Dominationis humillimus servus et Clien
Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belz. (mp).

(f. 79v) Mons. Vescovo di Chelma:

Raccomanda il P. Malachovio, che se viene Roma, acciò se le dia la solita provisione in sinche giunga il Padre Pachomio Ohilewicz, destinato Superiore de SS. Sergio, e Bacco.

Die 3 Oct. 1661: Respondeatur.

142.

Varsavia, 6. VII. 1661.

Eadem commendatio Episcopi Chelmensis Cardinali Praefecto S.C. de Prop. Fide data.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen. (Fondo Vienna)*, vol. 18, fol. 80,81.

Eminentissime et R.me Princeps ac Domine,
Domine et Patrone Amplissime.

Redit Romam R.P. Joannes Malachowski, Collegii non ita pridem SS. Sergii et Bacchi alumnus, quem uti egregie probum, ac disciplinae Religiosae peramantem commendavisse suffecerit. Vestrae autem Emin. Celsitudinis erit, eum suo, licet immeritum, favore amplecti, et in idem Collegium receptum, solita Sacrae Congregationis liberalitate prosequi. Interim etiam R.P. Pachomius, pro residentia loci eius, statim atque Comitibus Regni suo coronata fuerint fine, Romano sese accinget itineri. Caeterum negotia Unionis et Religionis Ill.mo Domino eiusdem Congregationis Secretario, nec non Eminentissimo Cardinali Vidonio latius perscriptae, Vestrae quoque Celsitudinis singulari promotioni et protectioni commendari enixe proopto. Quae dum a Vestra Eminentissima Celsitu-

dine iterum iterumque expeto, me ipsum, meaque obsequia eidem humillime commendo.

Varsaviae, Julii 6, 1661.

Vestrae Eminentissimae Celsitudinis humillimus Cliens

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. Unitus (mp).

(f. 81v) Monsignor Vescovo di Chelma Unito raccomanda il P. Malacowski venuto a Roma nel Collegio di SS. Sergio, e Bacco, e dice che il P. Pacomio verrà anch'esso, subito finita la Dieta di quel Regno, e prima sarebbe venuto, se non l'havessero impedito le molte turbolenze della Religione loro unita, delle quali ha scritto a pieno a Mons. Segretario de Propaganda, et al Signor Cardinal Vidoni, per le quali si muove a supplicare anche a V. Eminenza della sua protezione.

Die 14. 9bris 1661: Respondeatur.

143.

Varsavia, 9. VII. 1661.

Archiep. Polocen. G. Kolenda a Card. Orsini petit confirmationem administrationis Metropolitae Kioviensis a Sede Apostolica.

ARCH. CAPITOLINUM, Fondo Orsini, II, E, Prot. XXIV, vol. 217, fol. 78rv.

MUH, vol. III, nr. 61, pag. 125-127.

Elementa ad fontium editiones, XIV, Collectanea..., Ia pars, nr. 55, pag. 67-69.

Eminentissime Princeps, D.ne, D.ne Colendissime.

Uti filius obedientiae parui literis Em.mi cardinalis Antonii nomine Sacrae Congregationis scriptis ad me 16 octobris anno iam transacto, et nunc primum redditis,²³⁵ laboranti mihi Varsaviae in negotiis Unionis Sanctae. In responso igitur meo exercitium in spiritualibus totum quantum fuit declaravi extitisse secundum delegata Sedis Apostolicae et Em.mi card. Vidoni, non praesumendi mihi quicquam de necessitate iuris, uti et sufficienter deduxi coram Ill.mo Nuntio Apostolico moderno.²³⁶ Attamen supplex exorare his vel maxime temporum iniuriis et debeo et cogor, ductus summa anxietate et necessitate Ecclesiae nostrae, ut commissam mihi a Sacra Regia Maiestate administrationem Metropolitae Sancta Sedes Apostolica benedicere et speciali Brevi ad id necessario munire dignetur.

²³⁵ Litterae hae de dat. 16.X.1660 non inveniuntur in nostra collectione documentorum (*Litterae S.C. de Prop. Fide*) forsitan ob quamdam inadvertentiam.

²³⁶ Agitur, ut videtur, de Antonio Pignatelli (1660-1667), qui Petro Vidoni successit, ad cardinalatum promotus, qui ipse in initio dissidiorum assistebat.

Et quidem ex sententia Ill.mi D.ni Nuntii moderni, cui patet perturbatissimus eius status, contra quam fortissima tela ab antiquo coniurati hostes ut eam divellant iaciunt. Et apponunt huic hostili operi fortem manum aliqui ex nostratibus, praetendentes dismembrationem in Ecclesia nostra ad haec tempora re et nomine strictissimo et indissolubili vinculo unita. Quaerentes potius quae sua sunt sub specie Dei et Ecclesiae eius.

Necesse igitur iam omnino nunc est, ut pateat Ecclesiae huic Ruthenae de pastore proprio a Sacra Regia Maiestate nominato et a Sancta Sede Apostolica confirmato. Nihil enim adeo affligeret ac perturbaret eam, quam cum perveniret ad notitiam eius protractio morae a Sede Apostolica in denegando ei pastore. Impossibile enim est, ut tanta provincia metropolitana sine loci ordinario remanere queat, verendum enim erit, ne vagabundae oves facile flexibiles sine pastore transeant ad schisma, (f. 78v) quod non dormit, sed circumit quaerens quem devoret, quas hucusque per gratiam Dei cum nausea inimicorum feliciter conservavi. Nec dubitandum etiam maiora scandala et damna hinc eventura, quam quae evenire, non abstergenda iam neque prolixissimis lachrimis pie zelantium, illorum audacia perpetrata, qui me nec pro tali agnoscebant, qualem me Sedes Apostolica et Ill.mus Nuntius praeteritus utpote in delegatis habere voluit. Cum neque ego in aliis exercitium administrationis et praesertim de necessitate iuris praetendere vel tractare audebam. Igitur quia non mea res agitur, quoniam ex metropolia in temporalibus mihi nec metitur nec seritur, sed solius Ecclesiae Christi, cuius maiorem rationem habere teneor, humillime supplico Eminentissimae Celsitudini Tuae, dignetur hoc negotium meum administrationis collatae a Sacra Regia Maiestate referre SS.mo D.no Nostro, ut benedicere specialique Brevi apostolico munire quanto citius dignetur. Et Ecclesia nostra Ruthena certificata de favore tali Sanctae Sedis Apostolicae eo ardentius zelabit tela adversariorum, quae profecto nunc maxima in eam iaciuntur, infringere vel reprimere. Pro summa vero gratia reputabit, quando non dubitabit de pastore suo a Sede Apostolica ratificato, pluribus iam ab annis a Sacra Regia Maiestate nominato. Nec ob aliam rationem sub nomine administratoris non vero metropolitani designato, licet rem et auctoritatem metropolitae eandem sub hoc titulo Sacra Regia Maiestas habere voluerit, ut patet ex privilegiis, nisi ne Cosacorum animi protunc demonstrantes se velle recognoscere uti subditi Regem et Dominum proprium (f. 78v) ex occasione praetensionis frustratae ratione extirpandae Unionis exacerbarentur, ac retro passum verterent. Vident enim hoc et ipsi adversarii nostri, quod denegato hoc pastore Ecclesiae huic Ruthenae vel mere iam necesse esset vel certe mirum in modum conquassari. Uti experientia nos docet. Iteratis igitur devotissimis sup(p)licatio-

nibus meis ad Em.mam Celsitudinem Tuam, utpote cuius specialiter cordi haeret Ecclesia nostra afflicta, cum omni qua par est submissione sacram exosculor Eminentiae Tuae purpuram.

Datum Varsaviae, 9 Iulii, 1661.

Em.mae Celsitudinis Tuae humillimus servitor

Gabriel Kolenda, Archiepiscopus (m.pr.).

144.

(Posonia, ante 17. X. 1661).

Episcopus Mukačoviensis petit subsidium pro exsolvendis debitis contractis.

ARCHIV. STATUS BUDAPEST., *Litterae ad officium Posoniense*, an. 1660-1669.
HODINKA A., *Okmanytura...*, nr. 151, pag. 199.

Exc.me etc. consilarii ca.ae Posoniensis, etc.

S.mae C. R.que Mat.ti... immortales refero grates pro apparatu ep.pali satis pulchro et decenti secundum nostrum Gr.R. mihi oblato et ab Exc.mis, Ill.mis D.nationibus V. sine ulla interposita mora expedito. Sed necessario conqueri debeo contra Ca.am Aul. suae Mat.tis, quae me ultra 13 septimanas in expeditione detinuit. Considerent ben. Ill.mae D.nationes V., quantum Viennae in diversorio 4 equos et 4 famulos alendo consumere debuerim, ipsi hospiti plus quam 70 fl.nos sum debitor, ad quae persolvenda debita nullum alium medium habeo, nisi confugere ad Ill.mas D.nationes V., humillime, obnixae et per viscera misericordiae Dei petens, ut Ill.mae D.nationes V. mihi 200 fl.nos ex illa mea pecunia ca.ae Cassoviensis per Rev.dum P. Simonem Krzyszczkowski, singularem amicum meum, transmittere dignentur. Nam a Sua Mat.te pro sustentatione vitae meae annuatim 200 fl.nos habeo assignatos ex illa ca.a, prout Ill.mis D.nationibus V. hoc bene constat, quos jam 3 annis non percipio. Libenter cum istis apparamentis ipsemet discederem, sed hospes meus, cujus sum debitor, non permisit, nisi hac conditione, vel me sine apparamentis vel apparamenta sine me. Ex duobus malis mihi oblatis unum elegi: malui ipse apud hospitem in aresto manere et apparamenta per praefatum Rev.dum Patrem ad Ill.mas D.nationes V. mittere, quae sunt satis pulchre et splendide confecta. Iteratis triplicatisque vicibus Ill.mas D.nationes V. humiliter peto, liberent me ex hoc aresto, ut possem comode et debita mea persolvere et cum hac gratia Suae Mat.tis in propria reverti.

Exc.marum ac Ill.marum D.nationum humillimus cliens et capellanus
Petrus Parthenius, Ep.pus Mucacensis, Gr.R. unitus, Ord. S. Bas.

145.

*Varsavia, 24. X. 1661.**Attestatio Ep. Praemisliensis de recepto subsidio.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 72, fol. 283.

Ego infra nominatus, summa gratia suppenditante Sanctissimi Domini Nostri, ab Ill.mo et R.mo D.no D.no A. Archiepiscopo Larissense, Nuntio Apostolico ad Iatus Serenissimi Regis Poloniae, accepi Ungaricos seu Ducatos trecentos per manus Delatoris mei Patris Antonii Terlecki Ord. S. Basilii Magni.

Procopius Chmielewski, Praemisliensis Episcopus Unitus, m.pr.

146.

*Zyroviciis, 4. XI. 1661.**Hierarchia unita de decimis.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 353.

Ill.me et R.me Domine, Domine Observandissime.

Tandem aliquando sedatis et Unionis et Religionis quantum potuimus rebus, hisce Vestram Ill.mam Dominationem compellamus. Rogamusque ut causa de decimis Chelmensibus, ad adventum Ill.mi et R.mi Nostri Chelmensis (qui etiam litteris praesentibus manum suam subscripsit) proteletur. Cum enim ille communis boni causa, rebusque nostris componendis, multum temporis insumpserit, aequum videtur, ut dicendi iuris subsellium Romanum, Curiaque Vestra Sacra eidem id tribuere dignetur favoris, quatenus in Causa decimarum, circa Venerabili Capitulo Chelmensi Latino, nullum detrimentum, si ad designatum ab Ill.mi Nuncii Apostolici in Polonia Curia terminum non comparuerit. Caeterum alia desideria Nostra, ubi idem ipse Rev.mus Romam appulerit, eo iam et praesens, Vestrae Ill.mae D.ni expositurus est. In quibus dum mature omnes efficacem Vestrae Ill.mae Celsitudinis exoramus favorem, eiusdem nosmet ipsos enixe commendamus gratiae.

Zyrovicijs, Novembris 4, 1661.

Ill.mae Vestrae et R.mae Celsitudinis obsequentissimi Servi

Joannes Pociey, Protothronius Episcopus Vladimiriensis (mp).

Gabriel Kolenda, Archiepiscopus Polocensis (mp).

Andreas Kwasninsky Zloty, Archiep. Smolocen. (mpp).

Joacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mp).

Barlaam Kosinski, Minscen. Mscislavien. Archiman. (mp).

Benedictus Glinski, Archimandrita Dermanensis (manu pr.).

147.

Zyroviciis, 27. XII. 1661.

Jacobus Susza cum Consutorio Basilianorum petit protectionem Sedis Apostolicae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 338rv.

Eminentissime et Rev.dme Princeps, Domine ac Patrone Colendissime.

Damus in conspectum S.mi D.ni Nostri ac Eminentissimorum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Principum, adeoque, Eminentissime Princeps, Tuum innocentiam nostram, quam ut prodiret, seseque conspiciendam daret, ipsi quidem ijdem Eminen.mi, seria sua admonitione nostri, provocaverint Patres, conscia vero mens recti animavit ad fiduciam.

Cum autem Celsissima Vestra familia, tum ex Eminentissimo Purpuratorum Senatu, quem Vestra augetis Majestate, tum ab ipso quoque Vicario Dei in terris potestatis fastigio, quod Patruus beatissimae m. Vester trivit, clementissime semper respexerit Rhussiam, plurimis cumulaverit beneficijs ac demum erecto, extracto reditibusque, quantum nostra capiebat tenuitas, instructo in Urbe Collegio, inquilinam S. Sedis voluerit, feceritque, non erit nobis laborandum de reperiundo praesidio. Primus enim cum Eminentissimo Fratre tuo incurristi oculos, erexisti animos nostros, uti a S. Congregatione supplices petimus, ac fiducia bonae causae, etiam speramus, id patrocinio Vestro certo nobis polliceamur... tui videlicet Ill.mi Domini Polocen. modum, nobis vero quietem ac optatum pro instituto S.P.N. Basilij ordinem.

Mala, quae sustinemus, cum E. Vestrae partim vel ipsa constare fama et rerum nostrarum providentia, partim ex ijs, quae Sacrae Congregationi exhibemus (f. 338v), constituta sciamus; non hic, ne intempestivus, repetimus. Preces tamen iterum iterumque cumulamus, ne despicere, cum reliquo Eminentissimo Senatu, Princeps Eminentissime, velis eos, qui non minus ac universus Orbis ad curam spectent Vestram.

Vive, Eminentissime Princeps, ac seros in decus Ecclesiae Sanctae nostraeque solatio emetire annos; cuius S. Purpurae vectigale figimus osculum.

Datum Zyrovicijs, 27 Decembris 1661.

Eminentissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae inutiles Servi, at apud Deum Exoratores,

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. Protoarchimandrita Ord. S.B. et Direct. Conventus praesentis.

Pachomius Ohilewicz, S.Th.D., Ord. S. Basilii M. per Rhussiam et Lituaniam Provincialis.

Petrus Mimonsky, Ord. S. Basilij Magni, Protoconsultor.

Sebastianus Kaczinsky, Ord. S. Basilij M., Consultor.

Michael Pazkovski, O.S. Basilij M., Consultor.

Chrystophorus Milenkiewicz, O. S. Basilij M., Consultor et Secretarius, etc. etc.

148.

Dubna in Volinia, 19. I. 1662.

Instantia Ep. pi Praemisliensis pro dispensatione a bigamia sac. Andreae Raczynskij.

ASV, *Vescovi*, vol. 47, fol. 5rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Procopius Chmielewski, Episcopus Praemisliensis Unitus, non semel iam obnixè supplicavit S.V. pro Archipresbytero Dubnensi nomine Andrea Reczynski²³⁷, qui fragilitate humana ductus secundas nuptias celebravit, quam ob causam iuxta Sanctorum Patrum Canones ab altari Domini remotus, necnon administratione caeterorumque Sacramentorum. Idcirco nunc etiam easdem preces repetit praedictus Episcopus Praemisliensis, quatenus dictum Archipresbyterum R.G. Unitum a tali bigamia Sanctitas Vestra absolvere dignetur, ut non obstantibus quibuscunque contrariis possit et Sacramentum Missae celebrare, caeteraque Sacramenta administrare. Ed quidem ille dignus est huiusmodi dispensatione, nam strenue et ferventer cum Schismaticis decertat pro fide Catholica et authoritate S.R. Ecclesiae, necnon Sanctitatis Vestrae legitimo Primatu. Uno verbo, est ille pernecessarius in Vinea Christi Domini operarius, non modo in partibus Volinae, sed etiam confinis Ukrainae et Kosacorum. Etiam non sum oblitus grandissimi beneficii et subsidii a Sanctitate Vestra anno elapso transmissi mihi, (fol. 5v) quod ab Ill.mo D.no Nuntio Apostolico, ad latus Serenissimi Regis Poloniae residente pro nunc, recepi, quo nisi fretus et suffultus essem, iam pridem succumbissem et Schismatici potentes contra me tamquam imparem viribus praevalerent; summas itaque Sanctitati Vestrae ago gratias, et tanti beneficii memor semper manebo.

Denique iterato orationem meam repetendo pro dicto Archipresbytero, humilitatem meam necnon obsequia paratissima libentissime Sanctitati Vestrae commendo.

Sanctitatis Vestrae humillimus servitor

Procopius Chmielewski, Ep. Praemisliensis Unitus, m.pr.

Datum Dubnae in Volinia, Anno 1662, Januarii 19.

²³⁷ Causa haec, in fundamento praesentis commendationis Episcopi Premisliensis tractata fuit in congregatione generali die 22.II.1662, in qua et rescriptum fuit datum, rem concedi non posse. Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol I, pag. 399-300, nr. 512.

149.

Varsavia, 4. IV. 1662.

Aep. Larissenus (Nuntius Varsav.) Card. A. Barberini de P. Gregorio Bienkowskyj eiusque delictis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 27.

Em.mo e R.mo Signor e Padrone Colendissimo.

Essendo capitato quà quel Padre dell'Ordine di S. Basilio per alcuni suoi particolari affari, non ho lasciato di eseguire gl'humanissimi comandamenti di Vostra Eminenza, che si degnò farmi giungere con lettera de X settembre dell'anno passato, mentre di già mi è riuscito di haverlo nelle mani. E perchè in questa città sarebbe stato di non poco scandalo il farlo stare in una publica carcere, oltre il non esservi anche sicura comodità, gli ho assegnato per questa il convento de Padri Domenicani,²³⁸ dove lo farò tratenere in sino agl'ordini dell'Eminenza Vostra, alla quale ho stimato mio debito dar questa notitia, mentre per fine humilmente me le inchino.

Varsavia, 4 Aprile 1662.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore

Antonio, Arcivescovo di Larissa.

Signor card. Antonio, Prefetto.

(f. 28v) Die 12 Iunii 1662. Signor card. Orsino.

Transmittatur Nuncio Visitatio domus et ecclesiae SS. Sergii et Bacchi, habita a Patre Virgilio Spada, ex qua apparent delicta supradicti Gregorii, necnon libellus supplex porrectus S. Congregationi ab artificibus quos decepit, super quibus, ipso audito, procedat ad debitam condemnationem.

150.

Varsavia, 9. V. 1662.

Aep. Larissenus (Nunt. Varsavien.) Card. A. Barberini, de absolutione occupantium bona ecclesiastica.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 116.

²³⁸ Incarceratus fuit ad reddendam rationem malae administrationis Hospitii romani ad SS. Sergium et Bacchum in Urbe (1652-1656). Cfr. de eius vita et activitate Indicem nominum et rerum praesentis voluminis nec non *Acta et Litterae S.C.de Prop. Fide*, vol. I nostrae Collectionis, Romae 1953-54. Quo tempore mansit apud PP. Dominicanos non constat.

Em.mo e R.mo Signore e Padrone Colendissimo.

Sino da che li confederati occuparono li beni degl'ecclesiastici, procurai che quelli loro cappellani e confessori, che senza veruna difficoltà si facevano leciti d'assolvergli da un sì grave delitto, fossero con qualche pretesto richiamati da loro Superiori, come per l'appunto Vostra Eminenza s'è degnata comandarmi con lettera de 28 febraio scorso, non pervenutami prima, che con l'ordinario passato, e buona parte di essi cappellani ubbidirono, ritornandosene immediatamente alle loro chiese, non rimanendovi che certi Regolari appostati et alcuni vagabondi sacerdoti secolari, de quali hoggi l'esercito non se ne serve punto. Onde vedendo di havere anticipatamente eseguito i benignissimi cenni di Vostra Eminenza, non mi resta, che di darlene questo riverentissimo avviso, e profondissimamente me le inchino.

Varsavia, 9 Maggio, 1662.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore
Antonio, Arcivescovo di Larissa.

Signor Card. Antonio Barberini.
(f. 117v) Die 12 Iunii 1662.

151.

Chelma, 30. V. 1662.

Episcopus Chelmensis commendat P. Pachomium eumque commendat Sedi Apostolicae nec non negotia Ordinis Basiliani, et causam P. Ignatii Jelec.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 84-85v.

Ill.me et R.me Domine, Domine Colendissime.

In varias proiecti rerum angustias, non modo propter eversam, protritamque Patriam, et communem nobis cum eadem sortem, verum etiam propter continuas, tum Unionis ab eius hostibus, tum Religionis a suis domesticis afflictiones, Admodum R. Patrem Pachomium Ordinis nostri Provincialem iam dudum promissum, nunc demum ad limina et lipsana Apostolica, atque ad S. Sedem devote sistimus. Qui cum antea ab omnibus Episcopis pariter atque Religiosis internuncium ad SS.mum Dominum agere fuerit destinatus, nunc vero a tribus Episcopis, eandem prosequatur Provinciam; ut ad Dominicos Sanctissimi pedes, humili cum osculo, et ad beatas eius aures, Sacraeque de Propaganda Fide Congregationis, cum desideriis nostris, de benignitate quidem Sanctissimi, et Eminentissimi eius Collegii, Vestrae autem Ill.mae Dominationis patrocinio, et autoritate commendatus, accedere valeat, obnixè peto. Virum

hunc Religiosum, ne plurimum commendem; ipsius dignitas, ne penitus sileam, ipsa mea propensio iubet. A puero in Religione educatus, eum se Matri praestitit suae, quem esse verum decuit filium. Quippe, qui eam pietate coluerit, doctrina ornaverit. Dignus qui V. etiam Ill.mae D.nis, ac S.R.E. gratiam mereatur. Cuius ille quondam in Collegio Graeco Romae Alumnus, eiusdem pietatis, nec non doctrinae inculcata, et laureata fixit monumenta. Et quia exiliter ei, uti modernis exhausti malis prospeximus, humillime nomine omnium, ad multa in nos Sedis Apostolicae benefacta, hoc etiam adiici, quatenus ipse istic, de liberali eiusdem Sedis Apostolicae Congregationisque Sacrae vivat manu. Etenim Religio in ipsa etiam Congregatione, proxima hyeme celebrata, licet statuerit, adhuc tamen animi pendebat, eundem R. Patrem ad SS.mum expedire, quod egestate premeretur. Et ni Deus ipse Dominus viam aperuisset, nescimus (f. 89v) quo tandem pacto nostra terminaremus intenta. Ex quo colligere licebit, cur etiam tam diuturno eius missionem tempore protelaverimus. Divina vel in eo disponente manu, quod in Patria manserit, ut esset, qui post fata Provincialis,²³⁹ Religioni fluctuanti, opitulatricem porrigeret manum.

Supplicaveram Sacrae Congregationi de Propaganda, pro R. Patre Ignatio Jelec Soc. Jesu, ut, transitu ad nos facto, ad gradum Metropolitanus Archiepiscopatus pertingere posset. Qua in re quia non annuit, omni praemissa veneratione, V. Ill.mae Dominationi, nec non Sacrae Congregationi fusius explicanda, cur id petierim, Admodum R.P. Provinciali commisi. Et si quid erit hac super re possibile, admissus ad nos, vel ad minores possit assumi honores, submisso exoro. Idem R.P. Provincialis, de quibusdam e Religione Carmelitarum discalceatorum Patribus V. Ill.mae propositurus est Dominationi. Et vero siquidem iam dudum SS. Congregatio, et SS.mae Memoriae Urbanus VIII decretum tulerit, posse aliquos ex memorato Ordine, ad bonam vivendi normam in Religione nostra instituendam, transire. Nunc autem cum hoc vel maxime opus sit, dignetur sibi cordi Sacra Congregatio sumere, et pro Divino suo statuere beneplacito. Scire enim necessum est, Unionis integritatem nostrae, totaliter in Religione fixam locatamque, ex qua tanquam fonte, vel limpido, vel torbido, omnia parilia sequi penitus indubitatum est. Hinc si viri graves, pii et docti adhibiti fuerint eius depurationi, nil nisi purissima omnia emanatura. Caeterum universa alia, quae vel in memoriali Episcoporum, casu quodam non subscripto, vel in meo, vel in Reli-

²³⁹ Benedictus Terleckyj (1657-1661). Cfr. de eius activitate ex. gr. « Narrationem » sub nr. 127-137.

gionis, vel in privatis a me Admodum R.P. Provinciali commissis, sunt exarata, et a dicto R. Patre Ill.mae D.ni V. proponuntur, ea qua solet comitate accipere, atque pro bono Russiae, Unionis, et Religionis fructu, divinaque gloria efficaci suo dignetur promovere conatu. Demum ipsum me obsequiaque mea, quantumvis indigna, Vestrae Ill.mae Dominationi (f. 85) plurimum commendata esse velim.

Chelmae, Maij 30, A. 1662.

Vestrae Ill.mae et R.mae D.nis obsequentissimus in Christo servus
Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen., Protoarchim. O.D.
B.M. (mp).

(f. 85v) Monsignor Vescovo di Chelma. — Raccomanda il P. Pachomio, inviato a Roma per rappresentare alla Santità di N. Signore, et alla S. Congregatione i bisogni della sua Religione, e dando un cenno delle sue lodi, supplica che non havendolo potuto provvedere per delle cose necessarie, per lo stato calamitoso in cui si trovano, si degni di sovvenirlo la S. Congregatione. Il medesimo rappresenterà l'istanza fatta altre volte dalla lor Religione, di ottener che parti fra Monaci il P. Ilich, Gesuita, per assumerlo poi alla Metropolia, et alcuni Carmelitani Scalzi, etc. etc. ...

152.

Chelma, 1. VI. 1662.

Episcopus Chelmensis Praefecto Congreg. de P.F. commendat negotia Unionis nec non canonizationem B. Josaphat, et retentionem collegii SS. Sergii et Bacchi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 86-87.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine Colendissime.

Domui Vestrae Eminentissimae, debito gratitudinis obstrictissimis vinculo unitis, ut nomen eius, sic ipsas Vestras Eminentissimas Celsitudines non modo submissee venerari, verum etiam ad earundem firmam Protectionem confugere, cum omni fiducia par est. Perbelle enim mihi constat, ab ipsis renovatae, et hucusque non interruptim durantis Ruthenae Unionis exordiis nusquam maiora, nisi per Vestram eximiam Domum, Unioni erecta beneficiorum monumenta. Gloriosus Martyr Josaphat, Beatorum Choro annumeratus; Ecclesia SS. Sergii et Bacchi Unitis dicata, et dotata; tot praeclara in rem nostram a SS.mae Memoriae Urbano VIII prolata et probata Decreta, nil aliud mihi, nisi singularem quandam animorum Vestrorum in nostrum bonum demonstrant inclinationem. Enimvero cum nunc etiam, tum a Cosacis et Schismaticis, tum a Nostris

et aliis premamur, Vestrae Eminentissimae Celsitudinis expertissimum cum Religione mea, cuius indignum gero Protoarchimandritam,²⁴⁰ imploro auxilium, qui nobis in iis, quae a supplice R. Patre Provinciali nostro V. Eminentissimae Celsitudini propalam fient, pro Dei nomine, et nostro emolumento opitulari dignetur.

Quandoquidem vero Bm. Stanislauum Kostkam, albo Divorum inferendum increbuit, meminerit Vestra Eminen. Celsitudo a SS.mo quondam Patruo, Urbano VIII, B. Mar. Josaphat suum peculiariter nuncupatum Sanctum. Proinde Vestrae Eminentissimae Celsitudini, cum aliis Confratribus, ac Religiosis meis cernuus accumbo, orans, ut si ad Beati Stanislai inter Sanctos connumerationem accessum fuerit, pro zelo suo haereditario, ea, qua pollet apud S. Romanam Ecclesiam ipsumque SS.mum D.N. autoritate, etiam B. Martyrem Josaphat, eidem Socium adiungi, Divisque annumerari perfiat.²⁴¹

Atque ut beneficiis Vestris Russia Nostra cumulatio evadat, pro Collegio SS. Sergii et Bacchi, ut nobis conservando, sic restaurando, coram Sacra Congregatione de Propaganda Fide Eminentia V. et intercedere, et promovere id ipsum velit (f. 86v) humillime oro. Ita enim sperandum, ut non modo nostro hic locus, verum etiam totius Russiae futurus sit emolumento. Cum ipsum etiam durum Schisma, per tot ancipites Unitorum non minus, quam suorum casus, brevi admodum temporis inclinatione emolendum putemus, unde necessum est, ut meo humili videtur sensui, locum illum pro palaestra Russiae conservari; ex qua tandem Ruthenae ruditatis, et Graeci schismatis victoriosi, Romanoque pasti lacte, prodire possent bellatores.²⁴²

Jura demum SS.mae Memoriae Urbani VIII nostra, quibus innixa Religio erigere sese caepit, et tempore Antonii Metropolitanæ ad sinistram

²⁴⁰ Cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954 pag. 13-14. Susza Jacobus electus fuit post obitum Benedicti Terleckyj (1661) in Capitulo Zyrovicensi (19-25. XII) 1661, quo in officio permansit usque ad an. 1665. Cfr. ibidem, pag. 14.

²⁴¹ Haec propositio non fuit exequuta et Beatus Josaphat usque ad an. 1867 expectare debuit suam gloriam in Ecclesia Universali. Cfr. S. *Josaphat-Hieromartyr. Documenta Beatificationis et Canonizationis*, vol. III, Romae 1967, quod respectiva documenta et instantias comprehendit annis 1637-1867.

²⁴² Hospitium revera cum ecclesia SS. Sergii et Bacchi pro Ruthenis conservatum fuit, nunquam tamen in illo erectum fuit Collegium Studiorum, ob adversitates temporum. Annis tantummodo 1897-1932 in hac aede collocatum fuit Collegium s.d. Ruthenum, benevolentia Leonis PP. XIII et munificentia Imperatoris Austriae Francisci Josephi erectum. Anno 1932 iterum Basilianis S. Josaphat restitutum fuit, in quo Curia Generalis Ordinis sedem suam fixit (1932-1960).

delationem debilitata, ne subruentur, imo stabilius assumant robur, cum omnibus Religiosis supplicans, ac R. Patrem Provinciale Patrocinio eiusdem humiliter commendans, Dominum Deum enixe precor, quatenus Vestram Eminentissimam Celsitudinem, ut Ecclesiae Sanctae, sic nostrae Protectioni, quam diutissime conservet.

Chelmae, Junii 1, 1662.

Vestrae Eminentissimae et R. mae Celsitudinis humillimus in Christo servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. cum S.R.E., Protoarchimandrita Ord. D.B.M. (mp).

(f. 87v) Monsignor Vescovo di Chelma, e Protoarchimandrita.

Commemorando i benefitij conferiti dalla S.M. d'Urbano 8, e dalla Casa Barberina all'Unione de Rutheni, impora l'assistenza di S. Eminenza nelle presenti turbolenze, che ha con scismatici, con Cosachi, et altri avversarij, supplicando in oltre che promovendosi la causa della canonizatione del B. Stanislao Koscha voglia intercedere appresso N.S. che vi s'aggiunga per compagno il B. Martire Giosafat, e che parimente voglia adoprarsi appresso la S.C. de Prop. Fide per la conservatione, e restauratione del Collegio de SS. Sergio e Bacco, quale servirà per sostegno dell'Unione Ruthena nelle presenti calamità, che la travagliano.

153.

Chelma, 1. VI. 1662.

Jacobus, Chelmensis Episcopus, Cardinalibus P.F. de modo agendi Archiepiscopi Polocensis, de dissidiis, de promotione eius ad Metropoliā, et commendat P. Pachomium, internuntium romanum Religionis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 94-95.

Eminentissimi et R.mi Principes, Domini, Domini Colendissimi.

Dum toties expeditionem R. Patris recens electi Provincialis paramus,²⁴³ etiam responsum ad litteras VV.rum Emin.rum, in quibus de mutua nos paterne hortamini concordia, protelari debuit. Uti igitur ille multis de causis, Ill.mo Secretario strictim relatis, veniam Vestrarum Eminentiarum meretur ita quoque ego, quia a datis VV.rum Eminentiarum ad me litteris, R.P. una cum Religione expediens, et rerum difficultate va-

²⁴³ P. Pachomii Ohilevyč, electi in Provinciale Ordinis ad latus Jacobi Susza, ibidem in Protoarchimandritam electi. Cfr. supra notam 240. Expeditio haec locum habuit aestate 1662 am. et eius commoratio romana iam inde a mense Octobri eiusdem anni notatur. Cfr. Indicem nominum et rerum.



ALEXANDER PP. VII (CHIGI)
(1655 -1667)

riarum pressus expedire non valeam, hucusque dilati cernuus veniam peto responsi. Atque imprimis sciant Eminentissimae Celsitudines Vestrae, coram quibus, tanquam vicaria coram Dei Maiestate, mutis hisce loquor litteris: me, licet coram variis perstrictum, despectum, oppressum, calamo, ore, et re, a Domino Polocensi, nihil ansae ulli discordiae eidem praebuisse, nisi quandoque etiam quaesitum, cum apud nostros, tum apud Reipublicae Magnates, de eo ad cacumen Ecclesiae Nostrae, et Religionis Regimen, non esse adeo idoneum, ut prodesset, confessum fuisse.

Et quia sibi refragantes hac in re compererit multos, praesertim quod nota eius immodestia, et dudum observati mores, aliunde fuerint, imo vero quod ibi, ubi nec verbo, mente in eum, quoquomodo, a quopiam, peccatum fuit, peccatum suspicatus fuerit; ideo omnia fanda atque infanda in varios effudit, attentavit, ut potestatem suam, quam dicit, et agit, stabiliret Metropolitanam. Ad haec cum perbelle mihi constet, Curiam Regiam propter Schismaticos Unitis Archiepiscopatum suspendere Metropolitanum, ille idque in nos palam convertere perseverat.

Equidem quoad rem Unionis, vel ab Ill.mo pro tempore Nuncio, vel a quopiam alio e nostris, vel a... requisitus, vel ipsa necessitate exigente, ut labore meo, sic affectu, pro officio meo, nunquam communitati defui, nec deero; paratus ut peritus tam sancto immori negotio.

Et si quid erit (ut etiam modernis Comitibus Commissio de nostris et Schismaticis in septembri designata est rebus), meum erit, fatebor enim, meum onus erit Matri (f. 99v) Ecclesiae, omnibusque Confratribus, omni quo par est succurrere nisu. Et vero, ut iam silere de promotione, aut demotione, in statum, vel a statu Metropoliae, R.mi Polocen., firma mente constitui, ita si vestris Eminentissimis Celsitudinibus cordi est, ut penitus non duntaxat tuendae, sed etiam regendae nostrae Religionis, ut electus Protoarchimandrita supersedeam, ad unum oculi Vestrarum Eminentiarum nictum promptissimus remaneo.

Demum quicquid feci, bono Unionis et Religionis meae feci, sed quia infirmis, et in mala vertentibus oculis haec ipsa spectantibus feci, vel ideo infelix feci. Nec Religiosi bonum Religionis amantes, non autem de Metropolia contententes, quidquam de se praebuere scandali: quia R.mus Dominus Polocen. bonum eorum indebite turbavit, turbatque; ut per praesentem Vestris Eminentissimis Celsitudinibus propalabitur internuncium. Omnes illi, amore omni fovendi, Matri se, hoc est S. Romanae Ecclesiae, cum omni demissione subiiciunt, ut illa quicquid velit, de se statuere velit. Quos tamen Unionis Lumina et Columnas vel quivis vocaverit. Illi populi tam magni Ruthenici, veri procul dubio pastores; ab illis clerus noster, omnium rerum derivavit politiem; ex illis creamur, et sumus Episcopi. Et tamen R.mus Polocensis oblitus est se esse simi-

lem illis religiosum, cum se faceret gravem illorum Dominum. Proinde nil mirum sit, religiosos iniuria pressos, libertates suas modeste tueri. Atque adeo in confesso sit Vestris Eminentissimis, nisi aliquae hactenus ortae, ex defensione rerum nostrarum fuissent turbae, graviora ex reticentia nostra, et Domini Polocen. sibi arrogato Regimine secuta fuissent. Ut vel inde hoc ex ipsomet turbarum exortum malum, quamvis nobis pergrave videatur, tamen bonum, quod maiori obviaverit malo.

Caeterum ut universa ipsi, omni cum moderatione, condonamus, ita ubi convenit, omni eundem veneratione prosequimur. Sed de his hactenus.

(f. 95) Proposueram anno superiore Eminentissimis Vestris Celsitudinibus de R. Patre Jelec Ignatio, e Societate Jesu, quaedam petita mea; quae quidem non placuit probare Vestris Eminentissimis. Nihilominus, quandam hac super re R. Patri Provinciali submissee proponenda commisi; sed haec, quo visum fuerit modo, V. Eminentissimae Celsitudines accipere dignentur.

Insuper Rm. Patrem Provinciale, virum et doctrinae, et pietatis probatissimae, Vestrarum Eminentiarum gratiae, protectioni, et ut paupere munitum itineris subsidio, pia liberalitati, tum et negotia non duntaxat aliorum, meo, sed etiam Religionis nomine, illi commissa, ipsamque nostram Congregationem recens peractam, seu Capitulum generale, supplex et cernuus, Eminentissimo V. commendo et subdo iudicio. Ipse vero evanida mea, sed ad nutum in omnibus parata, S. Ecclesiae, Vestrisque Eminentissimis deferens obsequia, Divinam humiliter oro Maiestatem, ut Vestras Eminentissimas Celsitudines gloriae suae, Ecclesiae Sanctae, nostrum omnium ab hostibus firmissimae protectioni, diu felices, salvos, incolumesque tueatur.

Chelmae, Iunii 1, 1662.

Vestrarum Eminentissimarum Celsitudinum humillimus servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. Unitus S.R.E.

(f. 96) Mons. Vescovo di Chelma. 10 Giugno, 1662.

Si scusa primieramente della tardanza in rispondere all'EE. Loro, e poi dice che se bene l'Arcivescovo di Plosco se gli è mostrato così avverso, egli non ha dato causa veruna di discordia, se non ch'havendo parlato di lui ha detto di non stimarlo molto idoneo per il governo della Religione. Che il medesimo ha laurati molti che ha sospettato essergli contrarij nel consegnarli la potestà Metropolitana. Che nel resto tutto quel ch'egli ha fatto, l'ha fatto per bene dell'Unione, sta pronto di astenersi dall'esercitio di Protoarchimandrita a ogni cenno della S. Congregatione, e che l'opposizioni fatte da i Religiosi son tutte state indirizzate

alla difesa delle cose della Religione, che venivano disturbate, et oppresse dall'Arcivescovo di Plosco.²⁴⁴ Raccomanda finalmente il P. Provinciale a nome proprio e di tutta la Religione, il quale rappresenterà più a pieno gl'affari della medesima.

154.

Chelma, 2. VI. 1662.

Episcopus Chelmensis commendat P. Pachomium Romam euntem in negotiis Religionis et Ecclesiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 88.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine Colendissime.²⁴⁵

Non ignoro Vestram Eminentissimam Celsitudinem, Urbi, orbis universi Capiti, suo gravissimo et praeesse, et prodesse patrocinio; igitur tanquam ad certum asylum, ad Tuum Eminent.me Princeps recurro patrocinium. Et quem ad pedes Apostolicos, Sacramque Congregationem Episcopi nonnulli Russiae cum Religione Basiliana R. Pachomium Ohilewicz, eius Provinciale, cum negotiis Russiam concernentibus unitam sistimus, Tuae quoque Eminentiae supplex praesento. Dignare Tuis, Eminentissime Princeps, hunc virum vere gratia et protectione V. Eminentiae dignum, cum omnibus nostris desideriis dignare suis oculis. Et ut plurimum Eminentia Vestra apud SS.mum D.N. Sacrumque Patrum Purgatorum Collegium potest, ita vota nostra tueri et prosequi velit, ut liquido constet, nos Vestrae Eminentiae munitos praesidio, tanquam a gratiarum limpidissimo fonte, Sede inquam Apostolica, gratiis munitos multos recepisse. Haec Vestrae Eminentissimae Celsitudinis beneficentia perpetuam in nobis excitabit gratitudinem, intimam animorum conciliabit propensionem. Quod dum corde, ore, et calamo, a Vestra Cel-

²⁴⁴ Archiepiscopus Polocensis, Gabriel Kolenda, Administrator Metropolitae (1655-1665) dein et ipse Metropolita (1665-1674). Cfr. de eodem eius epistolas in *Epistolae Metropolitae Kioviensium Catholicorum*, vol. II, Romae 1958, ubi inveniuntur eius epistolae et brevis biographia, nec non quae habentur in M.M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum e Metropolita Josepho Velamin Rutzkyj instauratorum*, Romae 1949, et *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954.

²⁴⁵ Ut videtur Cardinali S.C.de Prop. Fide, Antonio Barberini, iuniori, Praefecto.

situdine Eminentissima humiliter imploro, me meaque submissa officia, studia, et obsequia integre consecro.

Chelmae, Iunii 2, 1662.

Vestrae Eminentissimae et R.mae Celsitudinis humillimus servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. Unitus, Protoarchimandrita Ord. D.B.M. (mp).

(f. 89v) Mons. Vescovo di Chelma.

Raccomanda alla protezione di S.E. il P. Pachomio, mandato a Roma da i Rutheni uniti per trattare i loro negotii.

155.

Chelma, 2. VI. 1662.

Episcopus Chelmensis commendat P. Pachomium et negotia Ordinis et petit protectionem.

APF, *Scrutt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 90.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine Colendissime.²⁴⁶

Quemadmodum Eminentissimi Principis Antonii, praeclarissimi de Propaganda Fide Collegii Praefecti, et Unionis, et meo, et Religionis nomine, in negotiis nostris ad S.mum D.N. Sacramque Congregationem, P. Pachomio Ohilewicz, Ord. nostri Provinciali commissis, cum omni mentis demissione, sat probatam imploravi opem, opitulatrici supplicavi auctoritati, ita etiam ad Vestrae Eminentissimae Celsitudinis, ut aliis perbelle tutum, sic nobis multum desideratum, iisdem de causis appello praesidium. In comperto enim habemus, ea in nos, qua a SS.mo, qua ab Eminentissimo, Patruis olim vestris dignissimis, qua etiam a vobis ipsis, Eminentissimi Principes, nostra memoria effusa benefacta, quae nunquam nos meruisse propalam fatendum est. Eo igitur libentius et ferventius, non modo negotia praelibata, verum etiam ipsum R. Patrem Provinciale, et Collegium SS. Sergii et Bacchi, tutelae, patrocinio, protectioni apud SS.mum D.N. et S. Congregationem V. Eminentissimae Celsitudinis commendo. Ita ut singularem aliquem, Vestrae Protectionis amplissimae, hac in re fructum experiri nobis liceat. Quod iterum iterumque a Vestra Eminentissima Celsitudine, ea qua par est submissione

²⁴⁶ Agitur de quodam e Cardinalibus Barberini, tunc viventibus: vel Francisco, tit. Ostien. et Decano, qui obiit anno tantummodo 1679 in Curia Romana; vel Carolo, promotus Cardinali die 23.VII.1653, qui fuit dein Praefectus Congr. de Prop. Fide (1698-1704), qui obiit in Curia die 2.X.1704.

expetens, debitum purpurae eique... figo osculum, humillimaque mea defero obsequia.

Chelmae, Junii 2, 1662.

Vestrae Eminentissimae et R. mae Celsitudinis humillimus servus in Christo et exorator

Jacobus Susza, Ep. Chelmen. unitus, Ord. D.B.M. (mp).

(f. 91v) Monsig. Vescovo di Chelma.

Implora l'aiuto e protezione di S.E. per i negotij che ha da esporre il P. Pacomio, sperando che essa ne sarà liberale, per la memoria de i benefitij che han fatto a i Rutheni Papa Urbano e Cardinal S. Honofrii.

156.

Chelma, 8. VI. 1662.

Episcopus Chelmensis, Jacobus Susza commendat Summo Pontifici P. Pachomium et negotia Ordinis Basiliani.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 92.

Sanctissime Domine, Beatissime Pater.

Quem antea expedire statuerat, anno superiore iam direxerat, obitu vero succedente Patris Benedicti Terlecki, Provincialis, detinuerat, eum nunc Sanctissimis Beatitatis Vestrae Pedibus Religio cum nonnullis Russiae Episcopis, et mecum, P. Pachomium Ohilewicz, electum recens Provinciam, devotissime praesentat advolvitque. Atque ut S. Vestra suis eum Divinae Maiestatis Vicariis tueri et fovere oculis, nos vero omnes, et nostra, Paterna Caelestiumque aemulatrice amplecti benignitate dignetur, acclinis et cernuus una cum omnibus exoro. Tarditatem nostram Sanctitas Vestra vel ipsa excusatam volet, dum eam tenuitate nostra conditam, nec non gravaminum difficultate toties praepeditam, tardiorumque effectam, ex Internuncio colliget. Interim, uti semper hactenus, ita successivo temporum tempestatumque Schismaticarum fluxu in nos et refluxu, Beatitudinis Vestrae circa Naviculam Unionis nostrae caelestem directionem, et Divinam Protectionem experiamur, ore et corde omnium supplici, a V. Beatitudine submisso expeto. Quam ut divinum Petri Caput, Deus ipse et Divus S. Ecclesiae et nobis diu tueatur atque conservet Petrus, eundem Dominum et eius Vicarium, fixo Beatissimis Vestrae Sanctitatis pedibus osculo, animitus precor.

Chelmae, Junii 8, 1662.

Sanctitatis Vestrae indignissimus servus

Jacobus Susza, Episcopus Chel. Unitus, Ord. D.B.M. Protoarchimandr. (mp).

(f. 93v) Giacomo Susza, Vesc. di Chelma, Unito.

Dice che la Religione de Basiliiani Rutheni Uniti manda il P. Pachomio, nuovo Provinciale, a i piedi di S. Santità, per impetrare la sua benignissima protettione, nelle turbolenze che ha con scismatici.

157.

Leopoli, 10. X. 1662.

Aep. Larissenus (Nunt. Varsavien.) Card. A. Barberini, de morte Ep. Rutheni Leopoliensis non-uniti.

APF, *Scritt. rij. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 29.

Em.mo e R.mo Signor mio, Signor e Padrone Colendissimo.

Essendo morto il Vescovo Ruteno scismatico di questa città,²⁴⁷ e spettando all'Arcivescovo latino la collatione di questa dignità, ho operato, che per hora ne sospenda l'esecutione per tentare, se fosse possibile di promuovere a simil carica soggetto cattolico; al qual fine ne ho anche passato efficacissimi officii con la maestà del Re, e ne ho ritratto che per quanto comporteranno il presente stato dell'Ukraina e le gelosie dei Cosacchi et altri Ruteni, darà ogn'assistenza per l'adempimento di resolutione così vantaggiosa al servizio di Dio, e quando pur non riuscisse superar le difficoltà, che senza dubbio doveranno frapportarsi, concorrerà che più tosto tal'elettione si vada differendo, che permetter la continuatione di pregiudizio di tanto rilievo alla Chiesa Cattolica; il quale tanto più si rende considerabile, quanto che questa è delle più numerose diocesi, ch'habbia la nation Rutena, contenendo 5 mila parrochi, e 14 mila preti. Ne fo humilmente parte a Vostra Eminenza, acciò resti informata di notitia tanto considerabile, con assicurarla insieme, che da me non si mancherà d'ogni maggior applicatione per sodisfar a quanto sono obbligato, e per fine li faccio humilissimo inchino.

Leopoli, 10 Ottobre, 1662.

Di Vostra Eminenza R.ma humilissimo, devotissimo, obligatissimo
Antonio, Arcivescovo di Larissa.

(f. 30v) Die 13 Novembris 1662. Scribatur Nuncio, commendatam fuisse ipsius diligentiam, et ut prosequatur inceptum.

²⁴⁷ Agitur de obitu Arsenii Zeliborskyj, Episcopi Leopoliensis non uniti (1641-1658). Nuntius scribit de hac re tantummodo die 10.X.1662. Cur haec tarditas? Forsan agitur de simplici errore historiographorum, qui obitum episcopi posuerunt iam anno 1658, ut ex.gr. Pelesz, *Geschichte der Union...*, Wien 1880, vol. II, pag. 337 etc. Revera Iv. Vlasovskij in suo opere: *Narys istoriji ukrainskoji pravoslavnoji tserkvy*, vol. II, New York 1956, ponit annum 1662 ut ultimum Arsenii et primum eius successoris Athanasii Zeli-

158.

Chelmae, ..., 1662.

Jacobus Susza exponit varia negotia Ecclesiae Unitae, Metropoliae, Ordinis Basiliani et suae eparchiae petitque provisiones opportunas et indulta.

APF, *Scr. rif. n. Congreg., gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 145-147v.

Memoriale Ill.mo Secretario Sac. Congregationis de Propaganda Fide,
ab Episcopo Chelmensi Unito.

Cum vacet Metropolia, urgente necessitate, quis congressus Episcopales congregare debeat, an Administrator, an Episcopus Vladimiriensis, sic dictus Protothronius, cui antiquitus iura serviunt, esse primum vacante Metropolia.

Multa sunt inter nostros Unitos corrigenda, quibus, quia mederi subdifficile tum ob alias causas, tum vero quod vacet Metropolia, proinde nonne videretur S. Sedi, ut convocet licet non Synodum, sed Congressum privatum nostrum, Episcoporum pariter et Archimandritarum, et Superiorum Religionis, et aliarum personarum graviorum, Ill. mus Nuncius Apostolicus. Cui demandetur cura nostris rebus medendi, ad quem ut Episcopi, sic alii omnes, quorum interesset, omnes defectus, ante ipsum congressum secreta deferre possent. Et ille iam scite leniret, et quoquomodo posset, corrigeret. Hic autem Congressus posset fieri post visitam omnium, de quo in memoriali a Religione. Quia praecipue iam tum omnes defectus, ex ipsa visita, scirentur.

R.mi Episcopi nostri vel non portant habitum religiosum,²⁴⁸ vel solum aliqua ex parte, idque non semper, praecipue vero in Dioecesibus suis, aliqui eum penitus non curant. Caeterum accommodant se ad Latinorum Praelatorum habitum; vel certe quid tertium excogitant. Monendi ne Schismaticis, sat exacerbatis, aversionem faciant, et habitu antiquo utantur.

Cum antea viri probatissimi Metropolitanus, Hipatius Pociy, Jose-

boskyj (1662-1666). Congreg. de Prop. Fide negotium tractavit die 13.XI.1662, et iussit Nuntium in suis conaminibus prosequi. Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 290 nr. 511.

²⁴⁸ Quaestio de habitu religioso episcoporum posita fuit iam ann. 1643-44 ex parte Hierarchiae Polonae Latini Ritus, quae hanc rem promovebat ratione suae praeceminentiae, ut se distingueret ab Episcopis Unitis; e converso, Episcopi uniti sane ope habitus episcopalis ad instar Latinorum suam auctoritatem in oculis populi elevare intendebant. Quaestio habitus tunc temporis multum valebat. Chelmensis vero hierarcha ex rationibus pure asceticis et spiritualibus suam posuit accusationem, ut zelosus et pius Religiosus.

phus Rutski, Raphael Korsack, imo ipse Antonius Sielawa, per Sedis Apostolicae licentiam, duo aliqua beneficia tenuerint, Nostrates moderni, sine ulla licentia, quatuor possident; specialiter inhibeat Sedes Apostolica, ne ullus audeat agglomerare beneficia.

Mirum sane, modernos nostros Praelatos nullo zelo duci ad sedes et monasteria sua exornanda; etenim non modo aliquid ex redivis suis pro Dei Gloria non expendunt, sed etiam antiqua ornamenta perdunt, argentum (f. 145) Ecclesiae in privatos usus convertunt; consanguineis et amicis suis bene faciunt, immobilia bona pro illis coëmunt, Religiosos premunt, Monasteriorum proventus etiam in suos solum usus, hospitem convivio insumunt, et variis modis dissipant. Alii gregi suo non invigilantes, per incuriam suam, Schisma dilatari permittunt. Quidam ab annis septem Episcopus, nescio quid praetendens, Sedem suam nondum est ingressus, bonis tamen perfruitur. Provideat S. Rom. E. ne talia cum damno Unionis, scandalo Schismatis fiant.

Jeunia Religionis per quosdam Superiores et Metropolitanum praeteritum adeo soluta, ut nullibi locorum stricte observentur. Pluribus vero in locis penitus obsoleta, proponendum S. Congregationi, ut provideatur hac in re bono Religionis. Saltem ut aliqua ex parte observentur.

In Rituum mutatione Graecorum antiquorum, et ad Romanum Ritu accomodationi, in Sacris celebrandis, multa nostri Religiosi uniti innovaverunt, in quo cum et ipsi inter se discrepent, et alios ritus, quos nulla necessitas est mutandi, mutant, alios penitus negligant, abiiciant, vel invertant. Animadversione S.R.E. opus est, ne scandalo sint disunitis.

Saepissime Romani Catholici, praecipue egregie venientes, Ecclesiam Cathedrali unitam propter imaginem miraculosam, Chelmae, accedunt, confessionesque, et communionem desiderant. Uniti vero, si quis e Religiosis, aut clero Romano sacerdos, casu fortuito celebrandi causa, eodem advenit, rogant, ut et confessiones excipiant, et sacramentum Communionem. De reliquo ab iisdem etiam orant, ut hostias, quandoque pro necessitate venientium in pyxide altaris asservandas, consecret quod etiam faciunt. Proinde supplico, et Religiosorum meorum, et meo nomine, ut confessiones advenientium possent audire illi, qui a me hoc munere digni videbuntur, cum hoc etiam Zyroviciensi sacro loco sit concessum.

Et si possibile est, saltem in urgentissimo casu, et tum quando Romani sacerdotes et hostiae consecratae desunt, uni saltem nostrum detur facultas, sub eandem Missam (f. 146), eadem forma Slavonica, hostias consecrare sub azimo; siquidem scio id practicum fuisse Viennae Austriae, ante annos circiter 30, de consilio PP. Societatis J. Theologorum, et licentia Nuncii pro tunc Apostolici, a nostris Religiosis Viennae, suo ritu celebrantibus. Quas hostias tempore Sacri sui, studiosis sodalibus eius

congregationis, destribuebant. Ego tamen in Castris existens Polonis cum Rege Serenissimo, cum id facere saepius rogatus fuerim, nunquam ausus sum.

Plurimae fiunt oppressiones per Clerum Latinum Chelmen. clero unito Chelmensi, et saecularibus, quas proponet R.P. Provincialis, in quibus omni cum submissione, tanquam in pupillorum iniuria, remedium rogo.

Decimae esto sint decreto curiae Romanae Unitis adiudicatae, de Unitis, nihilominus violenter nobis clerus latinus Chelmensis eripit, imo de pauperum Sacerdotum labore proprio decimat, aliasque varii generis iniurias fecit, de quibus etiam coram admodum R.P. Provincialis. Dignetur Sac. Congregatio committere serio Nuncio Apostolico ne opprimamur. Quia inde terribilia non modo Unitorum, sed etiam Schismaticorum scandala fiunt, et aversiones.

Indulgentias annuas, pro variis Ecclesiis dioecesis meae, quas in separato Admodum R.P. Provinciali, per defunctum olim Methodium Episcopum scripto regestu commisi, obnixè a SS.mo D. rogo.

Confraternitas Chelmae Civium, sub titulo Nativitatis B.V. pro devotione populi erecta, ad quam maiori animarum fructu, et propagatione Unionis indulgentias SS.mus D. dignetur concedere, ad quam utriusque Ritus fidelibus liceat inscribi. *Ad augendam* fidelium devotionem, atque ad Maiorem Virginis B.mae gloriam (cuius imago Chelmen., in castris Poloniae, ad latus Serenissimi fuerat, sub Berestecko;²⁴⁹ et gloriosa obtenta est de Cosacis et Scythis victoria) instituo processionem pro festo Pentecostes, cum imagine dicta Chelmae, in memoriam praecipue victoriae, ut alibi solet alio fine, cum aliis imaginibus miraculosis. Pro qua processione, dignetur SS.mus D. applicare indulgentias, omnibus utriusque Ritus fidelibus servientes.

Est moris Chelmae devotionem B.V., Acahyston dictam, qualibet die Dominica absolvere, quae ut maiori a populo peragatur cum affectu, habeat etiam per SS.mi Domini benignitatem, suas pro utriusque Ritus fidelibus indulgentias.

(f. 146v) Religiosi nostri in Collegio Graeco Romae studentes, adigan- tur Graecae omnimode incumbere linguae, cuius peritia propter fructus posset, si ita Deo placuerit, ipsi etiam Graeciae opitulari. Similiter de collegiis, ubi student, non excedant, ante finitam Theologiam, nisi sanitas obstiterit. Et quicumque, undecunque studiis finitis, in Patriam vel ad

²⁴⁹ Famosa pugna inter cosacos et polonos, in qua exercitus polonus victoriam obtinuit, quae finivit pace s.d. Bialocerkvensi, quae cosacis iterum minus favebat, sed Ecclesiae Unitae quoddam respirium paravit.

Religionem regressi fuerint, pro qualitate aptitudinis, ut circa animarum salutem, sic in scholis erudiendo iuventutem, omnino laborent. Nec ulla ratione sive per favores consanguineorum, sive magnatum, sive aliis artibus, ad honores promoveantur, nisi prius laboraverint. Immo, contra tales statuatur SS. mus decretum inhabilitatis ad honores; et liberum sit ad Ill. mum Nuncium eos ad citare Religioni, beneficioque per eundem privare, ferantur etiam censurae, ut talia exstirpentur.

Contra Religiosum Gregorium Bienkowski, qui multa cum infamia Religionis, et nocumento loci Romae vixit, recens autem ante Pascha ab Ill. mo D. Nuncio Poloniae, Varsaviae, ad resolutionem S. Congregationis, in claustro PP. Dominicanorum, me instante, detentus, feratur etiam simile decretum, ne unquam at ullum promoveatur gradum, et promotus, ad cuiusvis instantiam, coram Nuncio Apostolico demoveatur. Qui non solum a Domino Polocen. punitus non fuerat, sed etiam ad duas Archimandrias, Mscislavien. et Smolescensem promotus, et nunc quando detentus fuit, eo fine Varsaviam venerat, ut Patri Bialozor Vilnensem, sibi Grodnensem Archimandrias obtineret.

Protector Russiae quondam fuerat, ad quem tempore Rutscii Metropolitani recurrebatur, nonne etiam nunc placebit cum Graeciae, vel idem Eminentissimus Poloniae Protector specialis determinetur, esse etiam Russiae Protector. De quo humillime supplico.

Reliquias sacras pro Cathedra Chelmensi, monasterio Zyroviciensi, Monasterio meo Zydicinensi, et pro aliis locis a SS. mo D. Nostro petimus omnes.

Pro Gregorio Siemaka seculari, Notario Civitatis Vladimiriensis, bigamo reali, ad statum sacerdotii idoneo, humillime dispensationem a SS. mo D. peto. In Dioecesi Luceoriensi Schismatica administrationem quoad Unitos in spiritualibus tenet R. mus Episcopus noster Praemyslien; Archipresbiter Dubnensis, in sacerdotio existens, aliam duxit uxorem, alias vir qualitativus, et a tribus annis iam a divinis suspensus, lachrymabundus dispensationem petit, pro quo etiam omni, qua par est contentione, supplico dispensari.

Similiter pro Presbitero Andrea Dipolicki, Szepelensi parochi bigamo in sacerdotio, ex Dioecesi Vladimiriensis, in partibus versus Ukrainam sitis, pro quo quidam (f. 147) egregius Catholicus nobilis et capitaneus, omni cum veneratione, per me Sedi S. Apostolicae supplicat; de quibus latius R.P. Provincialis.

Cum tot turbationes nostrae per schismaticos Unioni intententur, dignetur Sacra Congregatio modum aliquem recogitare, ut salva fide Catholica possint nobis reconciliari Schismatici, et nos illis, ita ut et Calendarium correctum possimus assumere.

Licentia quoque ad eos scribendi, et ad Unionem, data oportunitate, invitandi, mihi concedatur. Si forte aliquid boni D. Deus in illis operabitur.

Commissio inter nos et schismaticos, a Cosacis in fine modernorum obtenta Comitiorum, 5 Septembris futura, de videndis iuribus, recipiendis Unitorum bonis et Ecclesiis, et consequenter de Unionis abolitione: Dignetur SS.mus D. Sacraque Congregatio de Propaganda Fide huic rei obviare. Etsi enim iura nonnulla habeamus, timendum tamen, ne succedat aliquod malum. In mea vero Dioecesi ante ullam Commissionem, duobus abhinc et amplius annis, Lublini, et Lubomliae, et in toto Lubomliensi Capitaneatu acceptae 13 ecclesiae Parochiales a Schismaticis, per Wyhovium Palatinum Schismaticum Chioviensem, qui Dux fuerat Cosacorum,²⁵⁰ et per tot sillicitationes meas in Aula, nihil effeci.

Initio Cosatici belli defunctus est R.mus Methodius Terlecki, Episcopus noster Chelmen., corpus eius, dum a successore nominato non sepelitur, et ipse moritur. Tandem sub meum exilium Canonici Chelmenses illud, ex Ecclesia nostra cathedrali, a Schismaticis accipiunt, et Crasnostaviae, 4 a Chelma leucis, sepeliunt; supplico SS.mo Domino Nostro, ut possim illud Crasnostavia, ad eius Cathedram, Chelmam transferre.

Si de benignitate sua, et erga nos Ruthenos paterno affectu, Collegium Ruthenorum ad SS.MM. Sergii et Bacchi ecclesiam, S.R.E. erexerit, sit respectus super Residentem Russiae, qui vel ipse Rector sit, vel ibidem provisionem pro se integram habeat; hoc enim multum, et gentis nostrae confidentiae, et Ruthenae proficuum foret Ecclesiae.²⁵¹

Magni interest Unitos suas apud magnates Reip. Polon. habere commendationes, quoad integritatem et promotionem rerum Unionis. Ideo supplico Sacrae Congregationi, dignetur hoc ipsum R.mis Religionum Generalibus commendare, praecipue vero Patrum Societatis, Carmelitarum, Dominicanorum, Franciscanorum, cum istae Religiones vel maxime vi-

²⁵⁰ Joannes Vyhovskij, dux cosacorum ukrainensium, antea consiliarius et cancellarius ducis Bohdan Chmelnyckij, qui simul omnia negotia cum nationibus exteris conducebat. Post obitum ducis Chmelnyckij et abdicationem eius filii Georgii, ipse electus fuit dux cosacorum (1657-1659). Scopus principalis eius regiminis fuit independentia status cosacici ab influxu Moscoviae. Inde eius foedera cum suecis et polonis ac tartaris. Ipse erat anima et auctor sic dictorum Pactorum Hadiacensium an. 1658-1659. Anno 1659, diebus iulii (octava) exercitum moscoviticum ad oppidum Konotop devicit et fugavit. Sed mox, ob oppositionem cosacorum, officium deposuit, et palatinus Kioviensis devenit, sed a polonis de coniuratione accusatus, ab ipsis occisus est die 19.III.1664, prope localitatem Hermanivka. Cfr. *Ukrajinska Zahalna Encyklopedia*, vol. I, pag; 536, Leopoli.

²⁵¹ Collegium non fuit erectum; cfr. notas praecedentes et Indicem nominum et rerum.

geant in Regno Pol. et M.D. Lithuaniae, quatenus illi ipsi, ad suorum Ordinum Provinciales perscribant, et mandent iuvare et permittere nostras res confessariis tum apud Sereniss. tum apud Senatores Episcopos et Saeculares, tum apud alios varios. Quod non exiguo Unionis et Religionis nostrae fiet emolumento.

Jacobus, Episcopus Chelmensis, Protoarchimandrita Or. S.B.M. (mp).

159.

..., 1662.

Eadem negotia, praesertim vero Ordinis Basiliani exponit Secretario P.F. Episcopus Chelmensis, Jacobus Susza, tunc Protoarchimandrita Ordinis.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 160-161v.

Memoriale Ill.mo D.no Secretario a Religione.

Regimini Religiosorum ne penitus se intrudat Ill.mus D. Archiepiscopus Polocen. Et quae difficultas est in consecrandis Religiosis, et promovendis ad Ordines, idemque D. Archiepiscopus iam denegavit, et certo denegabit. Supplicat Religio Sac. Congr. de Propaganda Fide, ut pro nunc R.mus Protoarchimandrita Religiosos ad Ordines promoveat, et ubi fuerit opus investiat, v.g. ad aliquas Archimandrias.

Petit Religio, ut pro illis Religiosis, quicumque specialiter in conversione animarum ad Unionem, in studiis promovendis laboraverint, imo quicumque etiam e Saecularibus et extraneis pro bono Unionis oraverint, eamque promoverint, ab Ill.mo Domino aliquae indulgentiae concedantur. Sicut quondam id concessum Ill.mo Pociey.

Visitatio Episcoporum, Archimandritarum, et Religiosorum, si ita videtur Sedi Apostolicae, fiat, sed per Nuncium Apostolicum, vel eius Praelatos, perque Religiosos, praecipue Carmelitas et Societatis Jesu. Non vero per Clerum Latinum Regni, aut Littuaniae, ne aliquod Schismaticorum scandalum sequatur, aut forte ne conniveant, aut opprimant, aut alicui parti nostrum faveant, vel contra. Ita multis malis occurri posse videtur.

Solent fieri processiones cum miraculosis B.V. Imaginibus, ab immemorabili tempore, uti Vilnae, Minsci, et alibi; pro maiori ergo fructu illarum, dignetur SS.mus conferre indulgentias, eas processiones sequentibus.

Est moris in Religione nostra portare scapulare insignitum cruce, daturque ab antiquissimo tempore in ipsa professione; concedere dignetur SS.mus indulgentias Episcopis, Religiosis, imo etiam Saecularibus illud quotidie portantibus, et dicentibus aliquas orationes ex Officio nostro,

de SS.ma Cruce, vel quid simile, de quo coram Admodum R. Pater Provincialis. Et quia sunt introductae in variis locis Confraternitates saecularium, sub titulis variis B. Virginis, quas nostri regunt Religiosi, etiam pro his concedantur de liberalitate SS.mi indulgentiae, ad maiorem animarum fructum.

Indulgentiae quondam a ss.mae memoriae Paulo V, ad instantiam Ill.mi olim (f. 160v) Metropolitanæ Rutschii Iosephi, Religiosis et Saecularibus quibusvis collatae, etiam nunc a SS.mo renoventur, et de liberalitate eiusdem tribuantur.²⁵² Similiter admissio ad privilegia, indulgentias Religionum, pro annuis festivitibus ecclesiarum in monasteriis erectarum obnixè a SS.mo expetit Religio, v.g. Vilnae pro festo SS.mae Trinitatis, et sic de caeteris.

Magnam habentes commendationem a multis, et probe perspectum erga nos affectum Admodum R. Patris Ignatii Ielec, Soc. J., enixe a Sacra Congregatione pariterque SS.mo D. nostro petimus, ut si possibile est, ad nos transeat, et successive, per gradus, ad Metropoliam promoveatur. Applaudunt huic rei Senatores, Cosaci personae R. Patris Ignacii favent. Schismatici multum inde, et non obscure colligimus, aedificarentur. Ipse vero substantia sua multum Ritui nostro et Religioni prodesset.

Ad instantiam olim Iosephi Rutschii, Metropolitanæ, Urbanus p. mem. VIII statuit, ut quatuor ex Ordine PP. Carmelitarum Discalceatorum habitum nostrum et Ritum assumerent, et reformationem Religionis nostrae procurarent.²⁵³ Quae cum nostro praecipue desideretur, resumit Religio S. Basilii ad S.R. Eccl. Unitorum eam instantiam, idemque fieri humillime petit. Siquidem super hoc S. Congregationis Decretum, Urbanus VIII approbaverit. Potissimum cum quidam doctrinae solidae, et vitae inculpatae viri eiusdem Ordinis, palam nobis id insinuaverint, de quo latius coram Admodum R.P. Provincialis.

Joannes Dubovicz, Vilnensis Juvenis, in Collegio SS. Sergii et Bacchi quondam defunctus, eidem Collegio 20000 fl. Polonicorum legavit, quae RR.PP. Carmelitae Discalceati tenent.²⁵⁴ Et quia eousque causa manet indecisa, SS. Congregatio de Propaganda fide, uti huius loci gerit Patrocinium, ita in se (si ita libuerit) eliberandae eius summae assumere curam dignetur, atque ex ea eidem Collegio Rutheno providere.

²⁵² Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, Romae 1953, temporibus Pauli PP. V, et Urbani PP. VIII.

²⁵³ Cfr. *Acta S.C.de Prop. Fide*, vol. I, pag. 21, nr. 21. Agitur de decreto S.C.de Prop. Fide, probato ab Urbano VIII, sub dat. 31.V.1624.

²⁵⁴ Cfr. de hoc negotio *Litterae S.C.de Prop. Fide*, vol. I, sub dat. 29.IX.1640, pag. 156-7, nr. 247-8, et *Acta S.C.de Prop. Fide*, vol. I, pag. 175, nr. 304. Res tunc nullum habuit effectum.

Scitum est, Religiosos nostros aliquos, ut idem Collegium a nobis abalienaretur, meruisse. Quod, quia Metropolitanae regimini hucusque subiacuit, nimirum, si nullam eius curam et Religiosorum egerit, nunc autem omni qua par est demissione, Sacram Congregationem deprecatur Religio, ut filiorum eius rugis, et naevis, malisque parcere dignetur. Quippe quae omnia bona parata est agere. Rogatque, ut eiusdem loci conservationem, protectionem, reparationem paternam velit assumere.

Archimandria Vilnensis in perturbatione nunc remanet magna, propter (f. 161) aliquos in aula Regia competitores, et nundinatores, quorum causa Religio privilegia liberae electionis ad exitum deducere nequit. Etsi nunc in Congregatione dignam eo personam loco elegerit, petitque submitte, ut quandoquidem piae memoriae Benedictus Terlecki, per electionem Archimandrita Vilnen., et Provincialis Ordinis, cum discrimine plane vitae suae imaginem B.V. antiquam, et miraculosam, Archivum Religionis, et Unionis, cum iuribus, et instrumentis, foundationibusque, Vilna a Moschis occupata, evexerit, ita turbatoribus, ne quidquam praepediant, per Sanctissimum Dominum in Aula, et ubi competierit, inhibeatur. Ac demum per electionem in personam dictam, eundem Religio adeat locum, quatenus omnia eidem loco et personae restituantur, et animarum saluti allaboretur.

Petit itidem Religio, ut S. Congregatio de Propaganda Fide de abo-
lendis Archimandritis consulere velit, praecipue ubi nunquam antea fuerunt; et de reliquis, in praeterlapsis Congregationibus, tum etiam in moderna transactis, ac de ipsa denique praesenti Congregatione, ut auctoritate Apostolica comprobetur. Quae omnia reformationi Religionis, saluti animarum, Divinae gloriae maximo, ut speramus in Domino, futura sunt emolumento.

Deinde supplicant humillime religiosi, ut quatuor Theologis in Zyroviciensi ecclesia potestas, privilegia et insignia dentur paenitentiariorum Apostolicorum, uti etiam datum est Czestochoviae. Quia summus hic ad Imaginem B.V. Miraculosissimam solet esse concursus, Regesque Serenissimi accedunt. Et quia pervetus, et velitatissima ibidem est consuetudo, omnibus accedentibus eodem B. Virginis imaginem ad osculum porrigere, dignetur Sanctissimus Dominus huic fidelium venerationi aliquas indulgentias applicare.

Monasterium Suprasliense Religioni incorporatum tenetur nunc ab Ill.mo Polocen. Quod ipsi tum DD. Collatores, tum Ill.mus Nuncius, nunc Eminentissimus Cardin. Vidonus, contulere, uti exuli, tenendum. Nunc quia habet Metropoliae bona, Monasterium Berezvecense, aliqua etiam Archiepiscopatus Polocensis bona ab hoste libera, licet alia possideantur, et monasterium Suprasliense per sua gravamina, de quibus R.P.

Provincialis, multum presserit, ita ut Religiosi supplicare velint Collatoribus de alio Archimandrita providendo; nonne videbitur S. Congregationi ut illo cedat, praesertim cum adierit Archiepiscopatum Polocensem? Berezevecense etiam Monasterium a fundatoribus, cum solo titulo Hegumenatus seu Prioratus idque non advitalicii expresse, erectum, idem D. Polocen. (f. 161v) in titulum Archimandriae advitalis convertit. Provideatur a S. Congregatione intentioni fundatoris super hoc prioratu et ipse monasterio cedat.

De Religione demum, quam vir plane Dei, Josephus Rutschius, congregavit, reformavit, et sub uno capite religioso habere voluit, quomodo postea per Antonium Sielawam (qui sibi pene vi extorsit Proto-Archimandriam) sit subruta, atque alios illius adhaerentes, difficile est paucos enarrare.²⁵⁵ Deinde toto hoc fere triennio hac super re Eminentissimum Cardinalem Vidonum, et modernum Ill.mum Nuncium informavimus, imo Sac. Congreg. perscripsimus. Nunc autem coram et praesens, mala eius et bona, Admodum R.P. Provincialis proponet.

Cui, ut peritissimo rerum nostrae Religionis, et fidei inculpatae, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, tanquam in causa iusta, favere dignetur, humillime exorat communitas.

Jacobus, Episcopus Chelm., Protoarch. Or. D.B. (mp).

160.

..., 1663.

Episcopus Chelmensis exponit negotia communia totius Ecclesiae Unitae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 54-57.

Memoriale Ill.mo Secretario Congregationis Sacrae de Propaganda Fide, in rebus communibus totius Ecclesiae Unitae.

Siquidem B. Kostkam Soc. Jesu inter Sanctos brevi referendum increbuit, S.R.E., si ita in Domino visum fuerit, praestare velit suum in Unionem affectum, quae nunc praecipue a Schismaticis premitur, ut B. Josaphat, quem pro Sede plane Apostolica, et S.R.E. sanguinem fudisse constat, B. Stanislao adiungat Kostcae canonisandum.²⁵⁶ Quippe Uniti, multis casibus pressi, nullo modo tantis sufficere sumptibus possunt.

²⁵⁵ Cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949;

²⁵⁶ Res nullum habuit effectum et Beatus Josaphat tantummodo anno 1867 Sanctorum canoni adscriptus fuit. Cfr. S. *Josaphat-Hieromartyr. Documenta Beatificationis et Canonizationis*, vol. III (1637-1867), Romae 1967.

Quia in haec usque tempora B. Martyris Josaphat corpus, quasi pietatis alicuius causa, solebat a nonnullis diminui, et fidelibus distribui, inhibeatur totaliter sub censuris ecclesiasticis, ne ullus in posterum vel minimum de corpore eius sacro sumere, aut aliis tradere praesumat.²⁵⁷

In Bulla Unionis, olim a Clemente felicis recordationis VIII, Ruthenis a Schismate redeuntibus data,²⁵⁸ non sunt speciatim sed generatim expressae libertates Metropolitae, Episcoporum, Sacerdotum, et totius Status Ecclesiastici, cum S. Romana Ecclesiae Uniti; rogandus ideo Sanctissimus D.N., ut per expressum omnes praerogativas, libertates, immunitates ecclesiasticas toti clero nostro per Breve suum tribuat. Et tam Ecclesiasticis, quam Saecularibus intimare dignetur, ne ullus utriusque Status, nostrum clerum, aut iudicio aut vi aliqua, opprimere, aut aliquo colore iuris regere, ecclesias, bona, legationesque earum abalienare, in usum proprium, aliorumque, aut etiam ecclesiasticum, quovis titulo convertere audeat, et super huiusmodi iuris remedia prospicere velit, ne clerus unitus quovis modo opprimatur.

Si visum fuerit S.R.E. privilegia libertatum, a tot Serenissimis Poloniae Regibus Ruthenis unitis collata, velit idem SS.mus Dominus approbare, et ratificare, ut facilius et fortius easdem libertates Uniti tueri possint.

(f. 54v) Caeterum ideo hasce singillatim a SS.mo libertates petimus, et datas a Regibus Serenissimis confirmari desideramus, quia, praeter Saeculares, multas Clerus Romanus, Clero Rutheno, ipsisque saecularibus Ruthenis, saepe saepius inferunt iniurias. Sacerdotes gravissime nullo metu Canonis excutiunt, fundos, bonaque ecclesiastica, et varia mobilia avertunt. De ipsis Ecclesiis Ruthenis, sibi census alicubi dari, abusu quodam et violentia cogunt. Decimas, Mensalia, et similia de Ruthenis, plurimis in locis, nulliter percipiunt. Imo, ubi foundationes super talibus Ruthenis competunt, sola freti potentia, adimunt.

Insuper de ipsorummet sacerdotum Ruthenorum agris, labore proprio consitis, violenter quandoque decimant. Unde ad pugnas nonnumquam, et varia scandala utriusque devenitur. Schismatici vero talibus et similibus plurimum ab Unione reverberantur. Vellent etiam nonnulli ius sibi adscribere super Episcopos unitos. Quod, cum immediate Sedi

²⁵⁷ Haec intimatio postea facta fuit, et forsan in causa fuit quod corpus eius ad nostra usque tempora permansit, et nunc in Basilica S. Petri Romae, in altari S. Basilli iacet inde ab anno 1963. Cfr. ibidem.

²⁵⁸ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, modo speciali Bullam « Magnus Dominus », de dat. 23.XII.1595 (nr. 132) et Constitutionem « Decet Romanum Pontificem » (nr. 152).

Apostolicae subsimus, non modo nobis, sed etiam eidem Sedi iniuriosum esse videtur. Denique singulas percensere iniurias, longissimum esset: quas quidem in dies patimur. Et eo graviore eas aestimamus, quod a Catholicis proveniant. Atque in his remedium iustitiae nullum, praecipue Chelmae. De quibus latius Admodum R.P. Religionis nostrae Provincialis.

Esto inaudiverimus, libertates Constitutionibus Regni, Schismaticis sub hoc tempus rebellionis concessas, Rempubicam velle nobis tribuere, quod ingrati illi nova identidem moliantur bella; nihilominus gratissimum tum Reip. tum nobis foret, si Sanctissimus Dominus Noster, suoapte motu, et apud Serenissimum Regem, et apud Rempub. auctoritatem suam interponeret, quia eadem omnia nobis Unitis conferantur.

Quo ipso etiam Schmaticos, aemulatione ductos, facile credimus, animos ad Unionem apposituros.

In Tribunali Regni Lublinensi, Domini Iudices Praelati, de Episcopatibus latinis in Russia, statuerunt sibi dari pensionem, ab omnibus Ruthenis Praelatis Episcopis, pariter et Archimandritis, aliisque Superioribus, ita ut si quis eorum litem habeat, Dominis Praelatis Iudicibus debeat, aut 200 florenos, aut centum, aut 50, plus minusve, solvere. Prout aliquis ex Praelatis (f. 55) Ruthenis ditiori gaudet conditione. Idque ex eo quod quasi nec Capitula horum Episcopatum latinorum stipendium suis Praelatis, in Tribunali commorantibus, solvant, nec mulctas pecuniarias, ut moris est ibidem laicis Iudicibus, percipiant; Ast contingit quandoque, ut aliquis pluribus annis cum nemine litiget, et tamen Domini Praelati illius anni Iudices, in quem Causa incidit, pro omnibus solutionem exigant annis. Et nisi ad ultimum dodrantem solveris, Causa iniudicata manebit. Rogandus SS.mus DD.Nr., ut hac super re ad Dominos Archiepiscopos Gneznen. et Leopoliens., atque ad Episcopos totius Regni scribere dignetur, ut onere hoc liberati Uniti, vel eo ipso Schmaticis superiores evadant.

Cum vero res Ecclesiae unitae et Religionis D. Basilii, in S. Unione existentis, hac tempestate eo devenerint, ut Pastores Praelatosque omnium Sedium ac Monasteriorum, nec non complures egregios in Vineam Domini operarios amiserit, quod ex submisso patebit registro, S.R.E. uti Mater loca vacantia in variis Collegiis SS.mi Domini, nobis per Antecessores eius collata, uti Viennae, Graecis, Praegae, Olomucii in Germania, ubivis pro duobus nostris Religiosis; similiter Bronsbergae, et Vilnae in Patria pro quatuor divisim, ne velit a nobis alienare. Quia licet nunc non habeamus, quos mittamus studiosos, propter tot ab hostibus ablata Monasteria, et Noviciatum quasi aboletum, ipsis periculis iuventutem in Religionem admittere prohibentibus. Verumtamen meliora speramus. Ora-

musque nunc, ut si qui apti fuerint, etiam ad minora studia, Religiosi, praesertim in Patria, imo vero etiam Saeculares, quos Religiosos speramus futuros, ad eiusmodi Collegia et Alumnatus SS.mi D. Nostri admittantur.

Collegium SS.MM.rum Sergii et Bacchi Romanum, ut nobis conservetur enixe supplicamus. Ne sub haec pericula nostra, hoc etiam privemur solatio, et inimici nostri nobis insultent. Ad quem locum, etiam Deo adiutore, boni providebuntur Religiosi. Et quia inaudimus eum locum nunc reparatione indigere, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide benignam imploramus opem, ut inter alios nobis praestitos favores, etiam hunc, ex affectu suo erga oppressos a Schismate Ruthenos, dignetur praestare, ut reparetur.

(f. 55v) Piae memoriae Metropolitanus Russiae Iosephus Rutski, bona quaedam Szeszoly Metropolitae ²⁵⁹ vendidit 50000 Florenorum Polon. et pro commoditate sua, alia voluit coemere, sed lege post in Repub. succedente, quae tales coemptions Ecclesiasticis prohibet, summam ipsam in bonis Magnatum deposuit, ut provisio ecclesiastica inde sumeretur. Qua usus est ipse et successores eius: Raphael Korsach, Antonius Sielawa. Nunc ne aliquis Ecclesiasticorum, aut Saecularium, eam levet, aut in suum convertat usum, providere et prohibere dignetur Sanctissimus Dominus Noster. Provisio eius, si ita SS.mo videbitur, reparationi ecclesiarum, a Moscis desolataram, aut Monasteriorum, praecipue nunc Sede vacante Metropolitana, cedat.

Ill.mus Metropolita Antonius,²⁶⁰ non ita pridem vita functus, tenuit Metropoliam, Archiepiscopatum Polocensem, et partem Archimandriae Zydicienen., ut persolveret debitorum Antecessoris sui Raphaëlis Korsack 24000 Floren. Polon., quae etiam persolvit. Hic de sua frugalitate collegit, legavitque ad pios usus plusquam 100.000 Flor. Polon. De quibus omnibus Admodum R.P. Provincialis, uti quondam a Confessionibus et Secretis defuncti Metropolitanae existens, optime novit. Quas pecunias in variorum locatas Dominorum bonis, coram subselliis Tribunalis M.D. Litt., sanus et praesens more Patriae contestatus est, ut ex illis census ecclesiastici pro variis locis perciperentur. Et quia periculum est, ne hae summae in usum privatum quorundam abeant, uti etiam ne a loco, in quo sepeliri se testamento voluit corpus eius, abalienetur.

Procurata sunt rescripta Principis a nonnullis, propter thesauros ec-

²⁵⁹ Forsan ex summa deposita ad Seminarium erigendum, in Synodo Provinciali an. 1626, Kobrynensi, ut sustentationem securam haberet futuris temporibus.

²⁶⁰ Antonius Sielava, Archiepiscopus Polocensis (1624-1655) et Metropolita Kioviensis (1641-1655).

clesiarum a Religiosis accipiendos, quasi periculorum causa, ne pereant; et est maius periculum, ne ipsi potius disperdant, ac proinde etiam huic occurrendum.

Nonne videbitur S.R.E. invitare Schismaticos ad Unionem tam Ecclesiasticos, quam laicos Nobiles, et Confraternitates Civitatum praecipuarum, exercitusque Cosacorum Capitaneos litteris? Similiter Ducem Moschoviae, Patriarcham Constantinopolitanum, et Moschovitarum, ac demum eos, quos in Domino videbitur. Forsan haec SS.mi D.N. pietas dura saxa (f. 56) emollire poterit.

SS.mae recordationis Urbanus VIII dederat 3000 scutorum, Episcopus Vilmensis Wollowicz, Unionis amantissimus, 10000 floren. Polon., nostri Episcopi, et e Clero varii composuerunt plusquam 20000. Coëmptaque sunt bona pro Seminario Minscensi ferme 50000 Flor. Seminarium tamen nunquam stabile fuit isto tempore. Piae Memoriae Rutschi, proventibus bonorum coemptorum, iuventus Ruthena, in quodam loco erudiretur. Tempore vero praeteriti Metropolitanus, posteaquam pie defunctus Benedictus Terlecki, Ordinis D. Basilii Provincialis, quondam Collegii de Propaganda Fide Alumnus, sua sponte Minsci iuventutem erudire caepisset, et iustum fructum fecisset, bonae memoriae Metropolitanus bonis illis quendam cedere iussit, et Benedicto Terleckio tradere. Hinc effloruit Seminarium. Iuventus non modo saecularis, sed etiam religiosa studuit. Ex qua etiam nunc alii Religiosi Romae studia tractaverunt et tractant, Bromsbergae alii. Alii vero post studia, ad religiosos iam, a Superioribus assumpti labores. Succedente bello Moschovitico, eversa et aboleta sunt omnia. Sed ne eadem Seminarii bona, per privilegia Regalia, in manus privatorum deveniant, imo ut iterum ad suum florem Seminarium, scholaeque redeant, providere velit Sanctissimus. Pari ratione, ne ullus ibi, ubi nostri Religiosi Scholas docent, vel docturi sunt, impedire audeat, praecipue Minsci, quo et Seminarium spectat, ne PP.SS. Jesu impedire velint, rogandus SS.mus.

Nonnulla scandala interveniunt, quod clerus alicubi latinus, quandoque Ruthenos, quandoque Ruthenas, matrimonium ineuntes cum Latinis, ad Ritus Romanum cogant; proinde SS.mus id de nobis declarare velit, quod Tridentinum mandat, ut quam Parochiam faemina sequitur, eandem et mas pro benedictione matrimonii adeat. Similiter ergo si Ruthena fuerit sponsa, Latinus sponsus nostros semper, et viceversa si sponsa Latina, Ruthenus sponsus, Latinos adeant. Sicut hoc in tota Littuania observatur, et in pluribus Regni partibus. Verum in aliquibus contingunt nonnunquam contraria, et suboriuntur scandala.

Modernis temporibus quidam e Schismaticis gyrovagi Monachi, ad Catholicam conversi fidem, reconsecrati sunt publice in Ordinibus. Inhi-

beaturn id quia summopere exacerbantur Schismatici: aliud esset si a quopiam penitus (f. 56v) incerto consecrati fuissent Episcopo.

Contingit quandoque ut RR.PP. Soc. Jesu, aut alii, vel Laicos e schismaticis Ruthenis, vel Monachos, ad catholicam convertant fidem, dissuadentque ad Unitos accedere, sed ad Ritum satius Latinum transire, persuadant. Quo Schismaticis odium in Unitos Catholicos, etiam per Catholicos ingeneratur. Et vero si aliqui Schismaticorum ad Ritum transeant Latinum, id pauci est fructus. Communiter enim probatum, saeculares conversos, frigidissimos esse Catholicos, singulares vero Unitorum persecutores; quippe qui etiam multas fundationes Unitorum ademerint, et abalienaverint. Monachos vero e schismate conversos fere nunquam boni quidquam in Catholico Ritu Romano constat praestitisse; Immo nonnullos scandalose vixisse, ac demum ad pristinum statum rediisse. Quia ipsi ferme semper, non stricte intentione salutis, sed amore melius habendi, ad Ritum Latinum solent commigrare. Deinde, eo ipso damnurn in aliorum Schismaticorum animabus longe fit maius, quod in odio suo adversus Unitos... dicantque, vel eo ipso malam nostram, nec eandem cum Romanis esse fidem, cum ipsi Romani ad nos accedere non suadeant. Vel certe in eo sensu radicanur suo, ut etiam passim clamitant non solum Latinos, verum etiam Ruthenos Unitos intendere penitus Ritum Graecum abolire. Atque ita res suas mordicus, imo violentissime, uti hac bellorum eluvie probavimus, defendunt. Proinde SS.mus D.N. hac super re, quod in Domino videbitur, pro meliori nostro statuatur.

In iniuriis totius Ritus nostri non posset esse quoquam melius, quam si statueretur ubique generalis commissio, et commissariis daretur potestas omnia medendi efficaciter, et puniendi, et per omne aevum statuendi quod forte; et ita omnia mala sopirentur.

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belzen.,
Protoarchim. Ord. D.B.M. (mmpp).

(f. 57) Rutheni: Memoriale de Vescovi Rutheni Uniti per le cose communi dell'Unione. Memoriale Ill.mo D.no Secretario ab Episcopis Ruthenis.

161.

..., 1663.

Elenchus instantiarum Episcopi Chelmensis in rebus Ecclesiae unitae, missus per P. Ohilewicz.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 162-163.

Diverse istanze del Vescovo di Kelma per i Rutheni Uniti. ²⁶¹

1º. Acciocchè l'Arcivescovo di Plosco non si intruduca affatto nel governo della Religione, ne la riduca senza sacerdoti, mentre non vuol ordinare veruno, la medesima supplica che il Vescovo di Kelma, come eletto nel capitolo Protoarchimandrita, possa ordinarli, e conferire anche l'Archimandrie.

2º. Che si faccia la Visita de gli Archimandriti, Abbati, et altri Religiosi, ma non si commetta ad alcuno del Clero Latino, ma si bene al Nuntio, overo a i PP. Gesuiti, o Carmelitani Scalzi.

3º. Che si concedano Indulgenze a tutti quelli, che s'affaticaranno per promuovere l'Unione a chi interviene alle processioni, che si fanno con l'immagini miracolose in honore della Madonna in Vilna, e Minsco. A quelli chi porteranno lo scapulario dell'Ordine Basiliano signato con la croce a i consorti delle Compagnie, che son governate dalla loro Religione, e che si rinovino l'Indulgenze concesse da Paolo V, ad istanza del Metropolita Giuseppe Rutski, et altre per le feste proprie de Monasterij.

4º. Che si conceda al P. Ignatio Jeleck, Giesuita, di passare fra Monaci prima facilmente promuovere alla metropolia, promettendosene gran giovamento, et utilità per l'Unione, desiderato da questi Senatori e dai Cosachi che ne rimarrebbero edificati.

5º. Havendo Urbano 8, ad istanza del Metropolita Giuseppe, decretato che 4 Carmelitani Scalzi entrassero fra i Monaci per introdurvi la riforma, supplicano che hora si mandi a effetto, atteso, che sono grandemente desiderati, e ve n'è bisogno.

(f. 162) Che havendo un tal Gio. Dubovich, giovane Vिल्nense, fatto nella sua morte, seguita nel Convento de' SS.ti Sergio, e Bacco di Roma, un legato di 20 mila fiorini al medesimo Collegio, si degni la S. Congregazione di farlo ricuperare da i PP. Carmelitani Scalzi, in mano de quali stanno.

6º. Perchè sappiamo che alcuni Religiosi hanno meritato che la S. Congregazione privasse del medesimo Collegio, supplicano contuttocio che non s'eseguisca, ma che si condonino liberalmente i loro mancamenti.

7º. Per causa di molti competitori nella Corte Regia, la Religione non può dare il possesso dell'Archimandritato di Wilna, a chi... è stato conferito dalla loro Congregazione, onde supplicano, che fino a tanto che l'elettione habbia effetto, ne resti padrona la Religione, per ceder poi il luogo, et i beni al medesimo provisto. E perchè il Terleschi, quando

²⁶¹ Cfr. per extensum sub nr. 157. Hic agitur de quodam brevi restrictu in usum Curiae.

fu Archimandrita di quella Chiesa, asportò di là un'immagine della Madonna miracolosa, l'Archivio della Religione con gl'istrumenti e tutte l'altre scritture, acciò che non rimanessero preda de Moschi, supplicano che a i detti competitori, e disturbatori non sia lecito d'innovare alcuna.

8º. Che la S. Congregazione abolisca gli Archimandriti, particolarmente, dove non son più stati.

9º. Che nella Chiesa di Zirovicio possano dimorarvi quattro Teologi con il privilegio di Penitentieri Apostolici, conforme vi sono nella chiesa di Czestocovia, atteso che vi è grandissimo concorso di Popolo, e vi vanno anche quelle Maestà per la veneratione d'un'immagine della Madonna, la quale solendosi porgere a baciare a i fedeli, si desidera per questo qualche Indulgenza.

(f. 163) 10º. All'Arcivescovo di Plosco fu conferito dal Nuntio, e dai Collatori il Monasterio Suprasliense, in riguardo, che si trovava all'ora esule, e privo de i beni del suo Arcivescovato. Havendo ora ricuprata buona parte di detti beni, e godendo anche quelli della Metropolia, non par dovere, che ritenga più l'accennato Monasterio, gravato e danneggiato da lui malamente. Onde supplicano di ordinare, che lo restituisca alla Religione e faccia anche l'istesso de Monasterio Beresvecense, ch'essendo stato eretto da suoi fondatori con titolo di Priorato, è stato da lui convertito in Archimandria, e se n'è fatto Archimandrita perpetuo.

(f. 163v) Memoriale della Religione per le cose della Metropolia.

162.

Chelma, ..., 1663.

Instantia supplementaris Episcopi Chelmensis de decimis in Eparchia Chelmensi, a clero latino praetensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg., gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 107-108.

Ill.me et Rev.me Domine.²⁶²

In litteris meis oblitus sum supplicare Ill.mae Dominationi de oppressione mea, quam patior a Capitulo Venerabili Chelmae Latino, quoad decimas quas a tempore, non ita diuturno, in vita adhuc Praedecessoris mei R.mi Terlecki, violenter ex Ruthenis nostris unitis Chelmae ovibus meis propriis decimare caeperunt, et passim alibi, idem fecerunt et faciunt, contra decreta Sacrae Curiae Romanae. Silente me per decem et

²⁶² Ut videtur Secretario S.C. de Prop. Fide, Mario Alberici (1658-1664).

amplius annos propter continuas Schismaticorum oppressiones, tandem etiam volebant decimare ex meis propriis agris seu potius Ecclesiae meae et subditis eius; iniuria pressus recurri ad Illm. Nuncium, per me sententia lata et respective cum decreto Curiae Romanae, quae decimari de Ruthenis Unitis clero Rutheno unito adiudicavit. Venerab. Capit. Romam appellavit. Iterum, relicta appellatione, inhibitionem extulerunt per supplicationem Em.mo Cardinali Chisio, ne iudicaretur in Tribunali Ill.mi Nuncii, falso rem palliando, quasi sententiam ultimam definitivamque ferret, cum solum iuxta mandatum Curiae Romanae, in decreto eiusdem manutene nos vellet. Itaque non ingerendo se Tribunal Ill.mi Nuncii in hoc negotium cum toto causae effectu, remisit Romam et designavit tempus partibus a Iulii 27 praeteriti anni intra 5 menses. Et qua ego totius Unionis publico, et felici negotio (siquidem concordia summa inter nos facta est, in congressu nostro, circa quem ipse laboravi) distentus fui hucusque, nunc autem ab Ill.mo Nuncio monitus, etiam viae Romanae accinctus redire tantisper Chelmam debeo, propter (f. 107v) faciendam Informationem latinam, et Polonicam Iurium Unionis, ne aliquid in absentia mea noceant Schismatici, saltem ex eo, si nostri ignorarent de suis iuribus. Latina informatio penes Ill.mum Nuncium manebit, polonica penes nostros.²⁶³ Iuraque ipsa commendabo Ill.mo Archiepiscopo Polocen. Proinde, ne quid patiar damni in causa Decimarum, summo pere Vestram Ill.mam Dominationem oro, ut suspendant hanc causam ad adventum meum. Equidem perscripsi totum id variis ante occasionibus Admodum R. Patri Nostro Provinciali, misi et litteras DD. Episcoporum, ante 6 circiter septimanas, ad Vestram Ill.mam Dominationem, per eundem Patrem praesentandas, et nonnulla instrumenta in hoc negotio; sed quia aliqua perierunt, aliqua timeo ne pereant, rogo ne in principali causa detrimentum patiar.

Addo etiam hic Ill.mae Dominationi Vestrae, quod Religiosi nostri, e Brunsbergensi alumnatu, in Prussia, alter Theologiae, alter Philosophiae studiosi, coacti cedere, ob non praestitum iuramentum, alumnis per Bullam Sanctissimi impositum.²⁶⁴ Sed quia in resolutionibus Bullae est, non teneri illos, qui ante promulgationem Bullae in alumnatu iam fuerunt. Et hoc etiam aliis alumnis beneficium Bronsbergae praestitum, nostris non, qui iam duobus ante manserunt annis. Itaque unus e nostris Religiosis, qui aliquo mansit tempore, non pro Alumno sed pro convictore,

²⁶³ Cfr. infra s.d. « Informationem », sub nr. 183.

²⁶⁴ Haec praescriptio invenitur inter Brevia Alexandri PP. VII. Cfr. *Collectanea S.C. Propaganda Fide*, vol. I, Romae 1907, pag 45-46, nr. 142, 143.

suo sumptu et pecunia persolvit pro victu. Alter autem pro eo etiam quod mansit in convictu, et adhuc non solvit, res suas quasi in pignore locavit, quae non extraduntur (f. 108) ex alumnatu, donec solverit. Dignetur Vestram Ill.mam D. hoc a Sacra impetrare Congregatione, ne ista solutione gravetur, resque suas recipere, sine dato pretio, valeat.

Hac super re enim habeo commissa, ut Romae S. Congregationi proponam humiliter: Siquidem nostri Religiosi nunquam ante iurabant et absque iuramento tenentur ad labores, quos mandaverint Superiores Religionis.

Jacobus, Episcopus Chelm. unitus (mp).

163.

Vachovia, 21. I. 1663.

Instantia Episcopi Chelmensis latini de decimis Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 103.

Sanctissime ac B.me Pater, Domine, D.ne Clementissime.

Omissis etc. ...

Depono item ad eosdem Sacros Sanctitatis Vestrae pedes meam, et totius cleri Dioecesis meae querelam in et contra Vladicas, et totum Clerum Ritus Greci S.R.E. unitum, in eadem Dioecesi mea existentem, qui conatur per impetrationem a Sanctitate Vestra obtinen. Decimas, et obventiones aliosque Proventus Clero meo latino avellere, et sibi applicare. Dignetur igitur Sanctitas Vestra me, Clerumque meum paterna sua clementia fovere, et circa jura antiqua, usus, et consuetudines integre conservare, et ego cum toto latino Dioecesis meae Clero pro felicitate, et incolumitate Sanctitatis Vestrae Deum deprecari non cessabo, ad cuius sacros iterum humilis, et supplex provolvor pedes.

Vachoviae, 21 Januarij, 1663.

Humilis, dev.mus et obed.mus Servus, et Exorator

Thom. de Lezenice, Episcopus Chelmensis ²⁶⁵

164.

(Chelma, 21. I. 1663).

Summarium et elenchus accusationum contra Ecclesiam unitam.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg.* (Fondo Vienna), vol. 18, 112-113.

²⁶⁵ Thomas Lezenski, Episcopus Chelmensis (1657-1666).

Sommario:

Il Vescovo e Capitolo Latino di Chelma espongono, che sebene dalla S.M. di Clemente 8° furono ammessi all'Unione della Chiesa Cattolica li Rhuteni con permissione di ritenere il Rito Greco, et osservare molti Dogmi espressi nella Costituzione 34 nel Bollario, nondimeno doppo l'Unione hanno sempre professati, e professano diverse propositioni aliene dalla fede Cattolica, contenute nel foglio, che si esibisce, che perciò fanno istanza di commeterne l'informazione all'Arcivescovo di Leopoli,²⁶⁶ o altro Vescovo Latino di Polonia, affinche l'EE.VV. possano prender quelle risoluzioni, che stimaranno più opportune.

LE PROPOSITIONI SONO LE SEGUENTI: ²⁶⁷

1. Dicono di esser tenuti a credere la Processione dello Spirito Santo dal Padre e dal Figliolo, ma non a professarla, che perciò seguitando gl'errori degl'Orientali insegnano, che procede solo dal Patre, in confirmatione di che formano il segno della Croce non dalla sinistra, ma dalla destra, sicome fanno li Rhuteni Scismatici.

2. Quanto al Purgatorio seguitano l'errore comune de Greci, che non si dia alcuna pena a i Defunti, ne potersi liberare coll'elemosine.

3. Trattano con pochissima riverenza l'Eucharistia, e conservandola tutto l'anno, non si curano, che si guasti.

4. Consacrano, o insegnano di poter consacrare senza vino, ponendo in luogo di questo diversi sughi de frutti.

5. Si burlano, che si facciano le vigilie de Santi, et insegnano, che non si osservino.

6. L'istesso dicono del Kalendario nuovo, e stimano cosa giusta e religiosa di violar le feste de Latini, ancorche di prima Classe.

7. Negano l'adoratione delle Imagini (f. 112v).

8. Circa il Sacramento del matrimonio benedicono li contraenti, benché siano congiunti in 2° grado di parentela.

²⁶⁶ Archiepiscopus Leopoliensis latinus, Joannes Tarnowski (1654-1669).

²⁶⁷ Cfr. epistolam praecedentem, nr. 163. Tamen obiectiones hae proveniebant non ex sola dioecesi Chelmensi, sed ex toto Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, quia multi idem sentiebant et contra Unitos clamitabant. Forsan existebant quidam casus particulares, irrepti propter ignorantiam et cleri et populi, sed tales affirmationes, hoc modo absoluto et tamen generico prolatae, certo certius exaggeratae erant, et potius vindictae quam veritati inserviebant. Ceterum non sunt novae et fere per saecula repetebantur nec non clare demonstrant difficultates conviventiae interritualis in Regno et Poloniae usque ad medietatem saec. XX.

9. Ammettono il divorzio per leggierissime cause, e molte volte senza veruna, contraendo con altri, vivente il primo marito, o la prima moglie.

10. Impediscono a i sacerdoti latini la benedittione delle nozze non solo quando un Latino si accasa con una Rhutena, ma quando sono tutti due Latini, con pregiudicio de Parochi, e disprezzo del Rito. Quanto a questo, li Rhuteni han fatto la medesima doglianza de Latini, e la Congregatione ha ordinato, che gl'uno non s'ingerisca nella giurisdittione degl'altri.

11. Non ammettono che il Sacramento del Battesimo, e della Cresima, gl'altri li stimano sacramentali.

12. Per materia dell'Estrema Untione si servono molto del Butiro.

13. Chi è stato scomunicato dagl'Officiali latini viene da loro assoluto et ammesso nelle loro Chiese.

14. Negano, che S. Pietro sia stato in Roma, ma che morisse in Antiochia, e che habbia havuta ugual potestà con gl'altri Apostoli.

15. Non hanno per peccato la Simonia, e perciò non ordinano sacerdoti, se non pagano una somma arbitraria di denaro.

16. Che il volto santo, i chiodi della S. Croce, e la Corona di Spine non sono in Roma, ma in Grecia, e che quelle, che si mostrano sono supposte.

17. Credono peccato gravissimo il non mangiar carne il Sabato.

18. Hanno molte superstitioni.

19. Danno il Primato alla Chiesa Greca.

20. Non fanno commemoratione del Sommo Pontefice, ma solo del Re.

(f. 113) Vi sono poi alcuni punti, proposti da Rutheni in Lublino, l'anno 1645.

Che nessun Rhuteno Greco è obligato di recitar il Simbolo coll'aggiunta della Processione dello Spirito Santo dal figliolo, ma non debba biasimarla ne Latini, ne dire, che insegnando questi la Processione dello Spirito Santo dal Figliolo siano heretici, ne ciò debba insegnarsi diretta o indirettamente.

Che lo Spirito Santo è spirato dal figliolo, e procedere dal Padre per il figliolo.

Che sebene essi non aggiungono la Processione dello Spirito Santo dal figliolo, non sono heretici.

Che si dà un 3^o luogo, dove sono tenute l'anime de defonti per sodisfattione delle colpe; non esser però tenuti di credere che vi sia il fuoco, ma sia in libertà di ciascheduno il crederlo.

Che l'anime de Santi sono in Cielo, e doversi invocare il loro Patrocinio da fedeli.

Che essi Rhuteni dipendono immediatamente dal Patriarca di Costantinopoli, purchè egli sia christiano, e legittimamente consacrato, e se

sarà unico Pastore di quella Chiesa, e sia tenuto di mandar la sua professione di fede al Re di Polonia, al Metropolita, et a tutti gl'altri Vescovi della Russia. ²⁶⁸

165.

..., 22. II. 1663.

Ep. Procop. Chmelovskyj Secretario P.F. petit dispensationem pro presbytero unito.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 363.

Ill.me et R.me D.ne.

Procopius Chmielowski, episcopus Praemisiensis Ritus Graeci, unitus Ruthenus, post porrectas iam litteras per D.num cardinalem Rospigliosum ad SS.num D.num Nostrum, sequens negotium humillime exponit Ill.mae Dominationi, quod Andreas Raczinski, archipresbyter Dubnensis in dioecesi Ostrogoviensi,²⁶⁹ administrationis oratoris, post obitum primae uxoris contraxit matrimonium cum secunda, cui nunc convivit, suspensus ab officio a tribus annis. Et quia dictus Andreas est in controversiis cum schismaticis versatissimus et zelosissimus, et in eisdem partibus, praecipue Volinae (ubi schisma maxime praevallet, et praedictus episcopatus totus, salva titulari administratione oratoris, in violenta Schismaticorum manet possessione), eo quod unus cum suo decanatu unitus sit, est apprime necessarius. Et quia in dimittenda uxore summa insurgit difficultas, eo quod nobili genere natam in matrimonium duxerit, ne alioqui illi familiae infamiae nota inferatur, idcirco instantè iam supplicavit Sanctitati Suae, ut cum illo dispensando ratum iudicet iam contractum matrimonium, ne in schisma labatur et Schismaticis uniatur, qui per suos susurrone ad se trahentes ipsi facillimam veniam pollicentur. Quod cum maximo damno dioecesis oratoris erit, cum et istum unicum decanatum, et plurimas animas saecularium secum (eo quod potens sit) in eamdem sententiam trahet. Ex quo evidenter sequeretur oratorem deperdere ac privari administratione et accessu ad recuperandum episcopatum a schismaticis, quando nullum habebit illic, super quem pastoralement exerceat curam. Cum itaque tota expeditio ne-

²⁶⁸ Haec affirmatio notatur in quibusdam programmatibus pacificationis religiosae et unionis, quae programmata sat frequentia erant hoc tempore: ex gr. ann. 1624; 1638; 1645; 1663-65; 1671; 1680 etc.

²⁶⁹ Cfr. supra, nr. 145, sub dat. 15.I.1662; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 299-300, nr. 512, in qua congregatione responsum fuit: « nullo modo expediat novum hoc exemplum ».

gotii fuerit iam a SS.mo D.no Nostro remissa ad Em.mum Card. Datarium, et per Ill.mam Dominationem, Sacramque Congregationem nostra negotia in hac materia et in omnibus caeteris soleant expediri, supplices recurrimus ad Ill.mam Dominationem, ut interposita tam sua quam Sacrae Congregationis autoritate, expeditionem dispensationis ab Em.mo Card. Datario obtineat; res enim agitur non de persona, sed de Ecclesia Dei. Quam Deus...

(f. 364v) Ill.mo ac R.mo D.no Albritio, Sacrae Congr. de Prop. Fide Secretario. Pro Episcopo Praemisliensi Ritus Graeci unito Rutheno.

Die 22 februarii 1663.

Quoad dispensationem, lectum, cum nullo modo expediat novum hoc exemplum, hactenus nunquam observatum, aperire, sed scribatur Nuncio et Episcopo, ut omnes adhibeant diligentias et cum allis mediis efficacioribus, a praesenti statu removendum et compellendum, ut mulierem dimittat.

166.

Roma, 28. III. 1663.

Elenchus quaerelarum Episcopi Chelmensis latini contra Ecclesiam Unitam transmittitur ad ulterius studium et visionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 99, 105v.

Ill.mo, Rev.mo Signor mio, Padron Oss.mo.

Mi ha comandato Nostro Signore, che io trasmetta a V.S. Ill.ma una copia dell'acclusa particola di lettera²⁷⁰ di Monsignor Vescovo di Chelma, acciochè se nella sua Segreteria si habbia notitia del contenuto in quella, V.S. Ill.ma ne riferisca a Sua Santità. E qui rassegnò la mia divota osservanza a V.S. Ill.ma.

Di Casa, li 28 Marzo, 1663.

Di V.S. Ill.ma Rev.ma dev.mo, obb.mo Servitore

C. de Vecchi V. ...

(f. 105v) Monsignor de Vecchi.

Trasmette copia d'una particola di lettera di Monsignor Vescovo di Chelma, acciò si veda se in questa Segreteria se n'habbia notitia, per riferirlo poi a S. Santità.

La particola contiene una querela che fa il medesimo Vescovo contro gli Vladichi, e tutto il Clero di Rito Greco Unito che si trova nella sua Diocese, da cui suppone, che venga spogliato delle Decime il suo Clero

²⁷⁰ Cfr. supra, nr. 163, sub dat. 21.I.1663.

latino, onde ricorre a S. Santità per la conservazione delle antiche consuetudini, e privilegij.

Die 10 Aprilis 1663: Respondeatur:

Cum P. Pachomio: Il Padre Pacomio dice che darà informatione in scritto.

167.

Roma, 10. IV. 1663.

Opinio cuiusdam Praelati romani de decimis Ruthenorum, praetensis a Latinis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 100-102.

In Causa decimarum, quae inter Ecclesiasticos Chelmenses Latinos et Ruthenos Unitos agitatur, illud tantum dicere habeo. 10 Aprilis 1663.

Decimas, quas vi usurpat istic clerus latinus a Ruthenis Unitis, deberi clero Rutheno Unito, convincunt tum antiquissima quae proferunt Rutheni Iura, tum tranquilla, segura, ac nunquam interrupta per integra saecula ab ijsdem manutentio; tum denique cunctorum districtus Chelmen. tam Civilis quam Equestris Ordinis Incolarum, etiam Ritus Latini Catholicorum, accepta a maioribus memoria fidesque.

Nec, dubium a parte adversa movetur postquam citata est, hac super re motum subsistere potuit Romae hic, Decreto pro Ruthenis lato, explosum.

Quae omnia allaturus secum hic est Ill.mus D. Episcopus Chelmen. Unitus, quem brevi venturum expectamus.

Idem referet, quanta hinc non haereticorum tantum, Schismaticorum, sed ipsorum etiam proborum quocumque Catholicorum offensio; quantus ereptarum decimarum in illicita abusus; quis invadendi eripiendique modus, accitis videlicet aliquando, quod ipse spectavi, in opem haereticis, cum mutua sanguinis eluvie neceque; quae penuria, quaeve ijsdem vestigijs, palam omnibus, secutae vindices viae Dei etc. Quae ego, cum confusam eorum memoriam habeam, exprimere quoad singulas circumstantiis minime possum.

Nec intermittendum putavi, quam subvenit menti, aliquid dicere de merito Cathedrae Chelmen. Unitae, ut respiciatur a S. Sede, sentiatque eius praesentem, cum opus fert, opem.

Haec est nimirum Cathedra illa, quae potiora S. Unionis Jura, per aliquot saecula, etsi vicisitudines Schismatis cum tota Rhussia subierit,

integra conservavit, perque Episcopos qui ipsi insidebant (f. 100v) confirmari a Regibus identidem curavit.²⁷¹

Ab obedientia Clementi VIII a Ruthenis praestita, habuit continua serie Episcopos zelantissimos. Athanasius Pakosta bona ecclesiastica e potestate potentissimorum Nobilium Ecclesiae Chelmen., cui erepta erant, vindicavit.

Successor huius Methodius Terlecki,²⁷² Athlas plane Unionis extitit, nec solum Ecclesias plurimas Schismaticis ademit, discrimina etiam vitae, cum res Unionis postulabant, adire non dubitans, ut testabantur cicatrices inflictorum in capite fustibus a Schismaticis rusticis vulnerum, quas ipse prae omni lapide pretioso iactitavit. Mortem boni Pastoris, talem eum identidem depraedicans, palam prosecutus est lacrymis et singulibus ipse princeps olim adversae in causa decimarum partis decanus Capituli Chelmen. Latini, Joannes Bakiowski; fumusque, cadaveri e potestate Schismaticorum, qui Cathedram Chelmen. vi tunc occuparant, erepto, ac solemni pompa funebri, comitatuque cleri utriusque Ritus numerosissimo per tres leucas Crasnostaviam usque ducto, extulit honorificentissimum, inter duorum Episcoporum latinorum cadavera medium reponens.

Hic ego resumam illud, quod alias Ill.mo D.no Propagandae Secretario annui: Modum reducendorum Schismaticorum etiam ad Ritus Sacros Latinos suavissimam celerrimumque fore, si praecisis istis quae palam eos irritant, contumeliamque sponsam Christi efficiunt apud insensatos, permittantur Unitis lente sensimque ad Sacras Ceremonias Latinas accedere, et postquam (f. 101) Schismaticos ad aliquas suo exemplo induxerint, id quod et... sat bene experimur, ad alias progredi, adhibita interim circumspectione, ne S. Sedi id imputetur, sed Unitis, cuius modus promptus est. Natura enim comparatum est, ut homines gravius ferant sua ijs, quos alienos putant, cedere, quam seipsos ad aliena castra transferre.

(f. 101v) A morte Methody Ill.mus Dominus Episcopus, qui hodie ibi praeest, antequam praeesset, defendit Cathedram istam a Schismaticis, non armis quidem, sed magno animi robore constantiaque, ut vi extraheretur illinc, trahereturque per omne spatium Cemeterij Cathedralis, usque dum eiceretur, additis securis obversae ictibus, extra vallum. Eandem Cathedram magno labore recuperavit, et nunc indefessa cura sudoribusque tuetur, omnes redditus valetudinemque huc vertens.

²⁷¹ Praesertim s.d. Diploma Regis Vladislai III, datum Budae, an. 1443, pluries renovatum a Regibus Poloniae.

²⁷² Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis unitus (1630-1648).

168.

*Leopoli, 16. IV. 1663.**Aep. Larissenus (Nunt. Varsavien.) Card. A. Barberini de tollendo dissidio inter Ep. J. Susza et Aep. Polocensem, G. Kolenda.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 39rv.

Em.mo e R.mo Signor mio, Signor e Padrone Colendissimo.

Persistendosi tanto dall'Arcivescovo di Plosco che da Vescovo di Chelma, Ruteni uniti, nella speranza di poter sostener l'elettione d'archimandrita nelle loro persone, non lassano, e con procurar maggiori fattioni, e con esercitar furtivamente iurisdittione, di far sentir sempre nuove querele, come anche continui richiami in questo tribunale, a segno che si conosce chiaramente inasprirsi ogni giorno più gl'animi con molto scandalo e pregiudicio della lor Religione. E benchè da me sia stato proibito all'uno et all'altro di più ingerirsi nel governo d'essa, con haver, secondo che da Vostra Eminenza mi fu imposto, deputato in viceprovinciale un'altro di quei monaci, essendo questo solo pro interim, et in tanta distanza e confusion del regno, non riesce di gran lunga sufficiente a poter riparare alla quantità de' disordini, che continuamente insorgono; onde mai si sbarbicherà questo male, fino che non si venga alla terminatione della causa circa la validità dell'elettioni; al qual fine non lasso di far ogni diligenza per haver da quello di Plosco gl'atti della sua, per mandarli costà, ma fin quì riesce il tutto senza frutto, non potendo non solo veder una risposta a molte lettere, che l'ho scritto per diverse strade, con haver anche fatto ricorso a' medesimi ministri di corte, ma nè meno arrivar a sapere, dove si trovi quel Religioso preteso depositario de' medesimi atti, venendomi supposto, che ne stia fuggiasco per tema di ritornar prigionero.²⁷³ Non devo a questo proposito lasciar di partecipar a Vostra Eminenza, che (f. 39v) con occasione, che fu quà a trattar con Sua Maestà per interesse dell'esercito di Lituania Mons. di Vilna, parente dell'arcivescovo di Plosco, e zio carnale di quell'abbate, che per esser parimente nipote di detto di Plosco, fu da lui fatto eleggere in provinciale,²⁷⁴ in un lungo discorso tenuto meco hebbe a dirmi confidentemente,

²⁷³ Agitur, ut videtur, de Gregorio Bienkowskyj, Alumno et Procuratore romano, assecla Archiep. Polocensis, qui in Cap. Suprasliensi an. 1661 agebat notarium, et acta conficiebat. Cfr. *Indicem nominum et rerum*.

²⁷⁴ Episcopus Vilnensis latinus, Georgius Bialozor (1661-1665). Marcius Bialozor, Provincialis unius factionis Basilianorum ab anno 1661, dein Episcopus Pincensis (1666-1697) et demum Archiep. Polocensis (1697-1707).

che mai si sarebbe tolta la pietra dello scandalo da questa Religione, se, con annullarsi ambidue l'elettioni, non si fosse venuto ad una terza. E veramente non ha dubbio, che questa saria l'unica medicina per tanto male; poichè, se bene il Vescovo di Chelma et il Provinciale da lui fatto eleggere²⁷⁵ sono di merito incomparabilmente superiori, havendo la parte contraria, oltre la fattione, e per la nascita, e per il parentado maggiori appoggi, quando essa restasse esclusa, con l'inclusione dell'altra, vi saria molto da dubitar, che indotta da una somma amarezza, non perseverasse a fomentar per tutte le strade la presente disunione, la qual tanto più saria perniciosa in questo tempo, quanto che il Tetera, general de' Cosacchi,²⁷⁶ per cattivarsi gl'animi di quella gente e stabilirsi nel comando, ha fuor d'ogni credere, giurato di voler estirpar con ogni suo potere la Unione; e con tal oggetto, vedendo il bisogno che puo haver la Corte di quella natione, va insinuando, che niun mezzo possa esser più proprio per confermarla nella devotione verso Sua Maestà, quanto che condiscendere a renderla in questa parte consolata. Nè havendo che soggionger d'avantaggio, faccio per fine a Vostra Eminenza humilissimo inchino.

Leopoli, 16 Aprile, 1663.

Di Vostra Eminenza R.ma humilissimo et obligatissimo

Antonio, Arcivescovo di Larissa.

169.

Taurini, 27. IV. 1663.

Praepositus gen. Carmel. Discalc. pro missione carmelitana in adiutorium Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 120rv.

Iesus Maria.

Ill.mo e R.mo Signore, Padrone mio Colendissimo.

In conformità di comandi della S. Congregatione di mandar alcuni religiosi nostri si in Zara, come in Ruscia per instruttione de monaci uniti di San Basilio, essequii subito il primo col mandare doi de' migliori soggetti della provincia di Lombardia, sicome conoscerà Vostra Signoria Ill.ma dalla lettera scrittami da Mons. Arcivescovo di Zara, che dal nostro Padre procurator generale le sarà mostrata. Del secondo io ne scrissi

²⁷⁵ P. Pachomius Ohilevyč; cfr. supra, nota 210.

²⁷⁶ Paulus Tetera, centurio, dein dux cosacorum (1663-1665). Cfr. de illo quae habentur in Indice nominum et rerum praesentis voluminis aliorumque.

al Padre provinciale di Polonia, dal quale in questo ponto, che dalla S. Congregatione mi vengono dati novi ordini, ricevo risposta di scusa sul poco numero de' Religiosi della sua provincia, la quale mando al nostro Padre procurator generale. Quando però Vostra Signoria Ill.ma giudicasse che fossero assolutamente necessari i nostri Padri per simil funzione, e che senza haver riguardo alla scusa del Padre provinciale, io dovessi valermi della mia autorità, ne sarò aspettando il cenno suo, per essequire pontualmente quanto si compiacerà di comandarmi, assicurandola che non ho cosa più a cuore di rincontrare i gusti della S. Congregatione e di Vostra Signoria Ill.ma, e quando per mia somma disgrazia Vostra Signoria Ill.ma da qualcheduno avesse informatione in contrario, io la supplico di volermi (f. 120v) per sua benignità guardare una orecchia. In tanto pregando Nostro Signore per la sua longa conservazione a beneficio di Santa Chiesa, io Le faccio humilissima riverenza.

Turino, 27 Aprile 1663.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma, humilissimo e devotissimo servo
Fr. Domenico della SS.ma Trinità, Preposito Generale de' Carmelitani Scalzi.

(f. 121v) 27 maggio 1663... Pro Congregatione Patris Pacomii.

170.

Cracovia, 2. VI. 1663.

Ep. Cracoviensis, A. Trzebicki, Alexandro VII, Basilium Wereszczaka commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 122.

Beatissime Pater.

Devotus filius Basilius Barnabas Wereszczaka,²⁷⁷ antea schismaticus, Ordinem S. Basilii professus, ibidemque iuxta ritum Graecorum ordinatus in presbiterum, nunc vero ad Ecclesiam Sanctam Romanam, abiurato schismate per canones damnato, iuxta formam et praescriptum Romanum est incorporatus. Supplicat Sanctitati Vestrae, quatenus ex quo relictis omnibus, salutem animae suae quaerit, et nonnisi subsidio piorum sustentatur, admitti ad exercitium ordinum et ad alia quae con-

²⁷⁷ De hoc clerico-religioso S.C. de Prop. Fide tractavit in congregatione generali die 17.XI.1664, et responsum fuit: « Ad S. Officium ». Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 307-8, nr. 522.

sequuntur statum sacerdotalem Ecclesiae Romanae habilitari possit; Deum praepotentem pro exaltatione Sanctae Sedis rogabit etc.

Testor V. Basilium supplicansem esse in fide catholica Romana ab annis duobus constantem, et sufficienti scientia instructum, in matura aetate constitutum, vitam exemplarem ducentem, et propter persecutionem Graecorum non habentem sustentationem vitae, ac vere indigentem, e pro impetrandis petitis suis habilem et idoneum.

Datum Cracoviae, die 2 iunii 1663.

Andreas, Episcopus Cracoviensis. (L.S.).

(f. 123v) SS.mo D.no Nostro. Pro Basilio Barnaba Veresczaka, ex schismatico catholico Romano.

Die 7 Augusti 1663. Cum Patre Pacomio.

171.

Leopoli, ..., VIII. 1663.

Aep. Larissenus (Nun. Varsavien.) Secretario P.F. duos alumnos ad studia romana commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 41.

Ill.mo e R.mo Signor mio, Padrone Osservandissimo.

Invito co' i miei ufficii la benignità di Vostra Signoria Ill.ma ad esercitarsi negl'atti di generosità tanto propria alla sua natura, et efficacemente imploro il favore della sua autorità a due giovani Religiosi dell'Ordine di San Basilio, chiamati l'uno Theodosio Gugoremi e l'altro Samuele Pilichowschi, che in compagnia di Mons. di Chelma se ne vengono costà, perchè possano studiare o nel Collegio Greco, ovvero in cotesto de Propaganda Fide. È poco tempo, che loro furono da me, per abbandonar il scisma ed abbracciare (com'è seguito) la vera fede. Onde Vostra Signoria Ill.ma per animar gl'altri Scismatici a riconoscere i propri errori, son certo, che farà godere a questi buoni giovani la grazia, che desiderano. Assicurandola, che nelle sodisfazioni di loro io riconoscerò per me le solite grazie di Vostra Signoria Ill.ma in accrescimento delle mie obbligazioni; e per hora le bacio riverentemente le mani.

Leopoli, ... d'Agosto, 1663.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma divotissimo, obligatissimo

A., Arcivescovo di Larissa.

Mons. Alberici, Segretario della S. Congr. de Propaganda Fide. Roma.

172.

Humenne, 29. VII. 1663.

Instantia Episcopi Mukačoviensis, ut Religiosi Rutheni in Hungaria sibi eligerent proprium Superiorem generalem, dependentem a Superiore generali Italo-graecorum.

ASV, *S. Congr. Ep. porum et Regularium*, Positio 13 Martii 1664.

LACKO M., *Unio Užhorodensis...*, Romae 1955, Appendix, pag. 237, nr. 51 (textus-slavus et latinus).

Partenije Petrovyč, mylostiju Božijeju i Stolyci Apostolskoj Epyskop Mukačovskij i pročaja.²⁷⁸

Na tom že našom zhromaženju preložily svoji osoblyve nikotoryje dolehlyvosty i potreby. Prosyly mene oraz pry svojich punktach do Otca Svjatoho prez pomenenoho poslanca našeho velebnoho Otca Pachomija Baranovyča, aby oniji preložyl, ktoriji suť tiji:

1) Že ja v starosty lit mojich, majučy staranje i velykiju pracu okolo duchovnych mojich svickyh, nemohu dosyť učynyty u vizytovanju monasteruv jich i v peresterihanju porjadkov i reguly zakonnych, prez ščo nikotoryje dejutsja neporjadky. Preto pomenenyje inoky suplikujut do Otca Svjatoho aby prez Breve svoju, abo Dekret naznačyl sobi obraty Staršoho v toj našoj provinciji Jeneralnoho albo Archymandrytu, kotoryj byl z ramenja Jenerala toho, kotoryj by mil pravo blyžšoje do rjadu i vlasty nad vsim Zakonom Svjatoho Otca našeho Vasylija od Stolyci Apostolskoj nadanoje.

Hdyž vidajemo že sja znajdujut i nazyvajut dvoch Jeneralamy Čynu Svjatoho Vasylija, to jest ruskyj i italiano-hrečeskyj, odnakže žadajemo račyj od Jenerala aby byl naležačyj italiano-hrečeskoho a nežely ruskoho. Bo hdyž hde holova Kostela Božoho, žyčymo mity i holovu zakonu našeho. Ljubo vpravdi Rus jest kost' s kosty našej i tilo s tila našeho, ale iž velykaja otlehlost' tojej našej provinciji uhorskoj ot ruskoj i nekotoryje mežy namy častyje nezahody, nas ot tych čas ot zhromaženja jich odtručaly i odtručajut, nežyčymo aby Staršyj toj kotoryj by rjadyl namy vsimy, našymy monasteramy i našoju toju vseju provincijeju, naležal ot Jenerala ruskoho.

2) Ponevaž z davnoho žvyčaju pomenenyje inoky z jalmužny zvykly žyty, chotjaž budučiye ne v jednosty Kostela rymskoho: teper iž

²⁷⁸ Parthenius Petrovič, Episcopus Mukačoviensis (1651-1665). Alia copia huius epistolae in lingua latina datur sub numero sequenti.

za pomoču Božijeju pryšlysmo do poznanja viry i najzvyrchnišoho Pastyra poslušenstvo, prosymo i prosjat' aby do prav tych kotoryje majut latsynskoho naboženstva zakonnyky na prošeniye jalmužny byly prypušče-nije; zvlašča iž z dopuščenja Božeho proč vychovanja našeho s tjažkoju praceju nabytoju tjažary od Turka ponosyty musymo.

3) Iž velykuju trudnost majut pomenenye inoky jizdjačy po dobrodijach i meskajučy počasty mežy tymy kotoryje kalendar novyj trymajut to jest ne tylko katolicy ale i heretycy: Suplikujut aby Jeho Najsvjatijša Mylost' dyspensoval vedluh novoho kalendara vsim tak ino-kam jako i svickym presvyterom z jich parachianamy obchodyty.

4) A hdyž z inokov našych (s kotorych do tych čas byl zvyčaj zostavaty) epyskopom zostanet, povynen budet ne do našeho rjadu ale do toho do ktoroho Stolyca Apostolska naznačyt naležaty i tam posluš-nym byty i vo vsich svojich spravach tam se utikaty.

5) A žeby tyje pomenenye monastyry to jest Jazanovskij, Kras-nobrodskij, Ungvarskij i Potockyj, kotoryje cale do sojedyneniya viry svjatoj prystupyly na vičnyja časy v tim svjatim predsja vzjatju i v so-jedyneniyu viry trvaly i zostavaly, prosjat aby pravamy Otca Svjatoho obvarovany i utverženy byly. Tak aby žaden v jednosty Kostela Svja-toho Rymaskoho nebudučy do tych pomenenych monastyrov žadnoho prava, vstupu i pretenciji nemil, tilko tyje kotoryje ščytjat i ščytyty budut pravamy Stolyci Svjatoj Apostolkoj. Do tych vsich vyš mene-nych punktach prosly rečennych monastyrov ihumenove nyžej imenamy i prevyskamy podpysanyje abym dlja lipšej viry rukoju svojeju podpysalem i pečatyjeju mojeju stverdyl. Ščo vydjačy reč slušnuju i potrebnuju na prosbu jich učynylem.

Dano v Humennom, roku Božoho 1663, misjaca ijulja, dnja 29.
Pečat'

Epyskop, ruka vlasna

Pachomyj Baranovyč, Ihumen Ja-zanovskij i Krasnobrodskij

Vasylij Aleksijevyč, Ihumen
Ungvarskij

Hrehorij Jordanovyč, Ihumen Po-tockyj

173.

Humenne, 29. VII. 1663.

Memoriale Petri Parthenii Petrovič et aliorum Basilianorum Hungariae ad Sanctam Sedem de unione cum Basilianis Italiae (translatum ex slavonico).

ASV, S. CONGR. Ep. et REGUL., Positiones congregationis 13, Martii 1664.
LACKO M., *Unio Užhorodensis...*, Romae 1955, Appendix, pag. 239, nr. 51.

Parthenius Piotrowicz Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Mokaczowiensis.

In eodem consilio ²⁷⁹ et sessione nostra proposuerunt nostri Monachi aliquas suas indigentias et necessitates, desiderando ut ego simul cum suis ad Sanctissimum per eundem nostrum delegatum R. Patrem Pachomium Baranowicz proposuerim. Quae sunt ista.

Primo. Quia ego in senectute mea, herendo curae circa Spirituales saeculares non possum satisfacere et monachis visitando monasteria illorum, praecavendo et instituendo observantiam secundum Institutum nostrum monasticum, propterea eveniunt aliqua inconvenientia. Ideo supradicti Monachi, Ihumenus Jazanicensis et Krasnobrodensis, Ihumenus Ungvariensis, Ihumenus Potocensis, nominibus suis et suorum monachorum supplicant, ut Sua Sanctitas per Breve vel Decretum concederet eligere in ista Provincia Ungarica sibi Superiorem seu Abbatem generalem, dependentem a Generali qui habet maiorem potestatem et privilegia a Sede Apostolica concessa supra totam Religionem Ordinis S. Patris Basilii. Cum itaque scimus, quod inveniuntur et appellantur duo Generales Nostri Ordinis hoc est Rutenorum et Italograecorum. Sed tamen desideramus potius ut dependeat a Generali Italicorum quam Rutenorum, quandoquidem ubi Caput Ecclesiae Dei est ibi et Caput Religionis nostrae habere optamus. Etiam si enim Ruteni sunt os ex ossibus nostris et caro de carne nostra, sed quia et distantia nostrae Provinciae a Provincia illorum et aliqua intra illos saepissima discordia nos usque ad hoc tempus a Congregatione illorum repellabant et repellunt, non optamus ut Superior praedictus dependeat a Generali Rutenorum.

2. Siquidem ex more antiquo supradicti Monachi ex elemosina solent vivere, etiam si non erant in unione S. Romanae Ecclesiae, modo quod, iuvante Deo, redierunt ad cognitionem fidei catholicae et ad obedientiam Summi Pontificis, supplicant, ut per Breve Summi Pontificis ad privilegia mendicantium admissi essent. Maxime quia modo, permitte Deo, non solummodo cum magna cura debent quaerere pro victu eleemosynam, sed et gravamina Turcarum debent supportare.

3. Quod magnam difficultatem habent Monachi in observatione veteri calendarii, peragendo iter per benefactores acquirendo eleemosynam, ubi per partes observant secundum novum festa non solum catholici sed et haeretici, ideo supplicant dispensationem observandi secundum novum.

²⁷⁹ Agitur de alia copia epistolae praecedentis in lingua latina exarata, forsan in Urbe, ut melius petitioni inserviret in Curia Romana.

4. Et cum ex Monachis nostris (ex quibus usque ad hoc tempus erat mos et consuetudo pervenire in episcopum) perveniet aliquis jam amplius non pertinebit ad nostrum Religiosum Regimen, sed ad quem Sedes Apostolica assignabit, pertinebit, et ibi obediens debet esse, et in omnibus negotiis suis ibi debet recurrere.

5. Et ut ista monasteria, hoc est Jasanicense, Krasnobrodense, Ungvariense et Potocense, quae totaliter ad Unionem S. fidei catholicae accesserunt, ut in posterum in hoc suo proposito et in unione cum S. Romana Ecclesia firmiter perseverarent, supplicant ut privilegiis et decretis Summi Pontificis corroborati et confirmati essent. Ita ut ullus, qui est inobediens S. Romanae Ecclesiae, ad ista praedicta monasteria nullum jus, accessum et praetensionem habeat. Solum qui gaudent et gaudebunt privilegiis Summi Pontificis.

Ad ista praedicta puncta praedictorum monasteriorum Ihumeni, nominibus et cognominibus infra inscripti, ut pro meliori fide sua propria manu subscriberem et sigyllo suo munirem, quod ut desiderio iusto satisfeci.

Locus sigilli

Episcopus, manu propria.

Pachomius Baranowicz, Igumenus
Jasanicensis et Krasnobrodensis

Basilius Alexiewicz, Igumenus
Ungvarensis.

Gregorius Jordanowicz, Igumenus
Potocensis.

174.

(*Romae, VIII. 1663*).

Missus Episcopi Mukačoviensis et Religiosorum Transcarpatiae, a latronibus spoliatus, petit subsidium Sedis Apostolicae.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 102.

Beatissimo Padre.

Pacomio Baranovich dell'Ordine di S. Basilio del Regno di Ungheria espone humilmente alla Santità Vostra come essendo venuto per render l'ubidienza alla Santità Vostra in nome di Pietro Partenio Vescovo Mochacense e di cinque Monasterij del medesim'Ordine, venuti da ott'anni in quà all'unione della Santa Chiesa, passando dett'Oratore fra li Confini dell'Imperio fu spogliato da ladri, è ferito nella man sinistra, et un Diacono del medesimo Ordine fu ucciso; et ritrovandosi dett'Oratore in estrema necessità, supplica la somma pietà della Santità Vostra di qualche sussidio caritativo per il vitto suo, e d'un compagno, e per il Viaggio per ritornar al suddetto Regno, ch'il tutto, etc. etc. ...

175.

Varsavia, 6. IX. 1664.

Ep. Ant. Terleckyj Jacobo Susza, de Episcopatu Peremysliensi a non Unitis occupato. (Littera haec ponenda erat. an. 1664, post. nr. 179, pag. 295).

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 135.

Copia litterarum R.mi D.ni Antonii Terlecki, nominati episcopatus Praemysliensis, ad R.mum D.num Iacobum Susza, Episcopum Chelmemsem.

Ill.me ac R.me D.ne, D.ne, Patrone et Benefactor Colendissime.

Afflictionibus atque magnis aerumnis usque adeo pressus, nequam potui Ill.mam Dominationem Vestram et patronum meum, in procinctu itineris Romam versus properantem, obsequiis meis personam liter concommitari. Ex quo enim pia memoriae R.mus Antecessor meus Procopius Chmielewski ex hac vita cessit,²⁸⁰ illico praepotens ille adversarius Winnicki, schismaticus pseudoepiscopus Praemysliensis, violenter ultimum reclinatorium dictum Valava occupavit, et nos omnes illius dioecesis unitos oppressit, trahendo ad suam obedientiam, et diripiendo omnia, quae in dicta villa supererant. Clerus quocirca unitus non dumtaxat victu carens, sed neque ubi caput reclinet commoditatem habens, in oppressione ac expulsionibus manet.

Ideo humillime Ill.mam Dominationem Vestram precor, ut dignetur SS.mo Domino, ad cuius latus in praesenti moratur, haec proponere, ut ad Serenissimum Regem et ad omnes Regni Poloniae Senatores in hac materia instanter scribat, quatenus tanta audacia illi disunito in vituperium cedat, praesertim sub tempus Comitiorum, quae pro 25 Novembris destinata sunt. Item ad Ill.mum D.num Nuntium, ut in hac parte curam suam et zelum interponere velit, quia in futuris Comitiiis, in quibus de hoc episcopatu erit ultima decisio, ad Unitos ne, an Disunitos pertineat. Ad Ill.mos autem praelatos tam Romani Ritus quam nostri scribat Ill.ma Dominatio Vestra de eadem re sine mora, alias temporibus perpetuis episcopatus ille penes Disunitos esset. Me, licet defunctus R.mus Antecessor meus testamento suo ad tremendum Dei iudicium vocet, si per negligentiam meam stetisset, ut in possessionem Disunitorum praefatus episcopatus venisset; facile tamen ego uti expulsus et pauper excusabor, non habens tantum sumptum, quo promovere valeam hoc negotium in Comitiiis, pro quo, ut Ill.mae Dominationi Vestrae notum est, magnis

²⁸⁰ Procopius Chmelovskyj, Episcopus Peremysliensis (1652-1663), cui successit Antonius Terleckyj (1662-1669).

expensis opus est. Hanc indigentiam in tam pio opere curet Ill.ma Dominatio Vestra SS.mo Domino exponere, ut dignetur non solum Brevis suis pro Comitibus varias personas interpellare atque movere, sed etiam subsidium aliquod pro sua clementia submittere mihi expulso Coadiutori; alioquin deberem deficere, quia hucusque emendicatis stipendiis et suffragiis causam hanc de episcopatu Praemyliensi promovi, (f. 135v) imprimis ibidem Praemyliae, deinde Lublini, post Varsaviae oportebit agere in Comitibus generalibus futuris pro 25 Novembris anni praesentis, idcirco iteratis vicibus precor Ill.mam Dominationem Vestram dignetur hanc causam luculenter declarare Sedi Apostolicae, ne tantus episcopatus incidat in manus Schismaticorum, qui firmatus est tot constitutionibus faventibus Unitis, ut perpetuis temporibus penes Unionem maneret, quare nunc ut plurimum requiritur subsidium, quia, ut constabit Ill.mae Dominationi Vestrae ex testamento R.mi Defuncti, neque obolum mihi ex deposito ipsius dicatum esse. Fuit certamen de metropoli inter Winnicki et Tukalski,²⁸¹ sed quia Tukalski perduellis inventus in Ukraina, Malbörgum cum Chmielnicio remissus est, et metropoli totaliter Winnicki collata est. De reliquo desiderans atque expectans Ill.mae Dominationis Vestrae felicissimum adventum, sum eiusdem humillimus apud Deum deprecator et servus

Antonius Terlecki, Coadiutor episcopatus Praemyliensis.
Varsaviae, anno 1664, septembris die 6.

176.

Volodimiria, 10. X. 1663.

Instantia Ep. pi Vladimiriensis pro dispensatione sac. Basilii Krukowskyj

ASV, *Vescovi*, vol. 36, fol. 662rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine Domine Clementissime.

Praemisso pedum Sanctitatis Vestrae osculo et humillima mei Dioecesisque meae cum commisso mihi grege recommendatione. Supplico Sanctitati Vestrae pro Venerabili Basilio Krukowski, Dioecesis meae in Ecclesia Czarnawchynen. ritus nostri Graeci presbytero, ut ex paterna

²⁸¹ Agitur de famosa lucta, quae exarsit inter praetendentes ad cathedram Kioviensem non unitam, Antonium Vynnyckyj, Episcopum Peremyliensem (1650-1679), et Josephum Nelubovyč-Tukalskyj, Episcopum Mscislaviensem (1661-1667). Revera Metropoli divisa mansit inter duos Praetendentes usque ad mortem Josephi Tukalskyj (1676), anno 1663 divisa.

Sanctitatis Vestrae clementia dispensationem super bigamia ex iterato in presbyteratu matrimonio, non maliciose tamen, sed magis in ignorantia et ex summa quam status illorum saecularis requirit necessitate cum vidua contracto, obtinere possit. Mores illius et vita nunquam antehac inculcata (de qua ego pastorale meum illi porigo testimonium) merentur paternum Sanctitatis Vestrae respectum. Tum paupertas et modicae parochiarum Ritus nostri provisiones, in quibus saecularis presbyter sine uxore et matre familias nullatenus subsistere potest, excusant hunc illius errorem et factum; cum quo ut Sanctitas Vestra benigne et paterne dispensare dignetur repetitis supplico precibus, mihi que cum commisso grege et tota Dioecesi mea (fol. 662v) Paternam et Apostolicam, pedibus Sanctitatis Vestrae advolutus, suppliciter peto benedictionem.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae humillimus devotissimus ac obsequentissimus servus,

Joannes Michael Pociey Ord. S. Basilii Magni Ep. pus Vladimiriensis et Brestensis Ritus Graeci, Protothronius Metropolitae Kioviensis totiusque Russiae.

Datae in residentia mea ad Cathedram Vladimiriæ, die 10 m. Octobris 1663.

177.

Vladimiriæ, 10. X. 1663.

Ep. Joannes Potij Card. Orsini supplicat pro dispensatione in bigamia.

ARCHIV. CAPITOLINUM, *Fondo Orsini*, II, E Prot. XXV, vol. 218, fol. 506rv.

MUH, vol. III, nr. 96, pag. 179.

Eminentissime et Reverendissime D.ne, D.ne Colendissime.

Cum a plurimis regni Poloniae et provinciarum illi annexarum incolis optime sciam testatumque habeam Em.mam Celsitudinem Vestram non titulo tenus, sed pleno affectu et re ipsa verum esse Regni Poloniae protectorem, ideo et ego cum mea ad SS.mum D.num Nostrum pro Venerabili Basilio Krukowski, dioecesis meae in ecclesia Czarnaucicensi Ritus nostri Graeci presbytero, supplicatione, Em.mae Celsitudinis Vestrae advolvor genibus et humillime peto, ut dicto presbytero dispensationem a SS.mo D.no Nostro super bigamia in presbyteratu (non tamen malitiose, sed partim ex simplicitate et ignorantia, partim ex necessitate, quam status illorum miserabilis ad rei domesticae ordinem requirit) ex repetito cum vidua matrimonio contracta, benigne obtinere dignetur.²⁸² Augebit

²⁸² Res etiam Basilii Krukovskyj mansit insoluta, ob rationes aliis vicibus adductas, i.e. ne detur exemplum.

hoc beneficium Em.mae Celsitudinis Vestrae nomen et gloriam, quam et ego pleno ore celebrabo, et iste miser presbyter, postquam per dispensationem pristino restituetur statui, ad altare, memor beneficii, pro Suae Em.mae Celsitudinis prospera valetudine divinum exorabit Numen. Ego interim me meaque humillima obsequia gratiae, (f. 506v) favori et protectioni Suae Em.mae Celsitudinis quam diligentissime commendo.

Datum in residentia mea ad cathedram Vlodimiriae, die 10 Mensis Octobris, anno 1663.

Eiusdem Em.mae Celsitudinis Vestrae humillimus et obsequentissimus servitor

Ioannes Michael Pociey, Ord. S. Basilii Magni, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis Ritus Graeci, protrothronius metropoliae Kioviensis totiusque Russiae (m.pr.).

178.

Zyrovicii, 3. XI. 1663.

Memoriale Ep.porum Ruthenorum de rebus Unionis, traditum Ep.po Chelmensi.

APF, *Scrirt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 127-132.

Memoriale in rebus Unionis Ruthenae a R.mis Episcopis Ruthenis et Religione tam oretenus quam in scripto R.mo Chelmensi commissis anno 1663, novembris 3, Zyroviciis.²⁸³

Gratias imprimis agunt omnes uniti Rutheni SS.mo D.no Nostro et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide pro sui toties apud Serenissimum Regem Poloniae Remquepublicam defensione a Schismaticis et Cosacis, Unionem tolli clamitantibus; et submissee rogant, ne in ulterioribus deesse iisdem velint periculis.

Gratias itidem R.mi Episcopi agunt eidem SS.mo D.no Nostro pro submisso subsidio iisdem temporibus charitativo, quam etiam gratiam peculiaribus coram Deo obsequiis ut rependere enitebantur, ita etiam enitentur.

²⁸³ Mense novembri 1663 habitus fuit Zyroviciis Congressus Episcoporum et Basilianorum ad sedanda dissidia interna, et paranda subsidia defensionis ad extra; in hoc Congressu pacificatio generalis obtenta fuit, et principaliora negotia tractata nec non in rebus maioris momenti concordia obtenta. Praeprimis omnes concordēs erant in eligendo in Metropolitam Kioviensem Gabriele Kolenda, quem Sedi Apostolicae proposuerunt confirmandum, et aliae res, pro quibus obtinendis concordata fuit missio Episcopi Chimensis Romam, quae et anno 1664 VII evenit, et usque ad annum 1666 XI protracta est eius commoratio romana.

Iidem R.mi Episcopi rogant quam possunt humillime, ut iuxta supplices litteras Sacrae Regiae et Reginalis Maiestatis Poloniae variorumque Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae procerum in causa beati martyris Iosaphat ad SS.mum D.num Nostrum et Em.mos Patres missas, Sanctitas Sua gratiam eam Unitis praestet, qua pertrahi posse notabiliter Schismaticos ad Unionem, variosque inde fructus promanuros existimant. Qua super re ipsi R.mi D.ni Episcopi in litteris suis latius agunt, processumque ad canonisationem, si placuerit Suae Sanctitati, ac opus fuerit, extradi submitte orant.²⁸⁴

Iidem quo possunt conatu et submissione eandem Sanctitatem rogant metropolitanum archiepiscopum Russiae unitae quam citissime conferri, de quo informatione separata idem R.mus Chelmensis agere debet.

Proposuit in nostro congressu Zyroviciensi R.mus Chelmensis de principissa Transilvaniae Rakozia in Hungaria,²⁸⁵ quae cum filio suo vellet libenter Unionem cum Sancta Romana Ecclesia in suas hungaricas introducere possessiones, et subditos suos Ruthenos sive, ut ibi vocant, Rascianos communi idiomate Ruthenorum in vulgari sermone, slavonico vero in Sacris utentes subdere, quorum multa millia inibi numerantur. (f. 127v) Super quo scribit ipsius principissae confessarius Pater Stephanus Millei, Societatis Iesu, ad Patrem Societatis Martinum Mitkiewicz, Polonum; hic autem ad alium Patrem Michaëlem Kisarzewski (sunt litterae autenticae eorum), qui tandem contulit cum dicto Episcopo Chelmensi Leopoli de toto negotio, atque ex consilio eiusdem principissae rescripsit Patribusque dictis, promittens se acturum in congressu nostro Zyroviciensi de persona apta ad tale munus. Itaque Zyroviciis egit, eligimusque personam doctam et piam cum adiutoribus illi adiungendis. Et supplicant omnes SS.mum, ut de sua plenaria potestate hoc opus sanctum benedicere velit. Et quia ad hanc personam in episcopum consecrandam, similiterque ad alios ad eundem statum promovendos, opus est consecratore metropolitano, ideo eum dari sibi iterato humiliter postulant.²⁸⁶

²⁸⁴ Cfr. instantias Regum, Procerum, Episcoporum etc. in *S. Josaphat-Hieromartyr. Documenta Canonizationis et Beatificationis*, vol. III: 1637-1867, Romae 1967.

²⁸⁵ Susanna Lorantfi, vidua principis Transilvaniae Georgii I Rakocsy (1630-1648), mater Georgii II Rakocsy. Haec anno 1651 nominavit Episcopum Mukačoviensem Joannicum Zejkan non unitum (1651-1687); sed fidem catholicam professa, intendebat obtinere Episcopum catholicum.

²⁸⁶ Forsan agitur de Josepho Vološynovskij (1667-1675), ex Galicia oriundo, qui tandem confirmationem Roma obtinuit anno 1669, die 13 martii. Cfr. A. PEKAR, OSBM, *Narysy istoriji tserkvy Zakarpattja*, Romae 1967, pag. 197, nec non A. BARAN, *Quae-*

Emanavit Bulla Clementis VIII, 1595, et Bulla Pauli V, 1605, de electione episcoporum et de consecratione eorum ab archiepiscopo metropolitano unito, sine recursu et confirmatione electionis apud Sanctam Sedem Apostolicam; de electione itidem metropolitani archiepiscopi et licentia consecrationis electorum episcoporum, sed ita ut electus metropolitanus confirmationem electionis suae a Sede Apostolica teneatur et debeat petere. Harum Bullarum confirmationem omnes D.ni Episcopi a SS.mo D.no confirmari petunt.²⁸⁷ Et quoniam in Bulla Unionis ab eodem Clemente VIII data non sunt expressae ecclesiasticae libertates, petunt a SS.mo D.no vel ampliari, vel illuminari, vel certe addi ad eam omnes clero unito libertates. Scitum etiam est D.nis Episcopis unitis hac super re decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide emanavisse 28 septembris 1643 anno, SS.mo D.no Nostro approbante Urbano VIII, sicut etiam de episcopis unitis, quod ut tales nominari et haberi debeant, necnon alia decreta in favorem Unitorum eodem tempore lata, et ab eodem SS.mo approbata, petunt iidem humillime sibi extradi.²⁸⁸

Petunt itidem R.mi Episcopi uniti, cum Religione et totius cleri nomine, ut Sanctitas Sua Regum Poloniae privilegia, in quibus partim variae Unionis libertates, partim beneficia varia in perpetuum Unitis attributa enumerantur, approbare dignetur, cum censuris in abalienatores.

Quandoquidem vero multa contingunt a clero Romano cum Ruthenis permixto contra dictas libertates, soletque clerus latinus mirabilibus contumeliis clerum Ruthenum afficere, ita ut quandoque ex his scandala utrinque maxima oriantur, et pugnae et convulsionationes, (f. 128) decernat ideo Sanctitas Sua, ut sit peculiaris protector Unitorum Nuntius pro tempore existens in Polonia, et serio sine ullo respectu nostras propulset iniurias, ipsi vero oppressores tam saeculares, quam spirituales, promeritis censuris ecclesiasticis premantur.

Supplicant iidem SS.mo D.no, ut apud Serenissimum Poloniae Regem ac Reipublicae ordines Polonos et Lithuanos pro Unitis intercedere dignetur, quatenus eas praerogativas et libertates, quas Schismaticis ad instantiam Cosacorum constitutionibus Regni modernis dare statuerunt, et illi indignos se, varia eorundem rebellionem monstraverunt, nobis velint

dam ad biographiam J. Vološynovskyj, Episcopi Mukačoviensis (1667), in Analecta OSBM, vol. II, Romae 1954.

²⁸⁷ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, Romae 1953, pag. 266, nr. 152: « Decet Romanum Pontificem » (Clementis PP. VIII) et pag. 355, nr. 250: « Provisionis nostrae » (Pauli PP. V).

²⁸⁸ Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 198-199, nr. 341-346, sub dat. 28. IX.1643.

tribuere; clerum autem nostrum a censibus publicis ubique (nam alicubi ab iis liberi) et stativis militum, aliisque gravaminibus, sicut Romanum clerum, liberent, idque constitutione approbent. Cum Uniti Sanctae Sedi Apostolicae et Reipublicae hisce temporibus fuerint fidelissimi, licet a Schismaticis varia sint perpassi, et sanguinem multi pro fide sancta fuderint testanda. Deinde hoc totum antea Serenissimus Rex Sigismundus III, cum ad Unionem hanc nostri antecessores accederent, privilegio dato, facturum se promiserit.

Cathedra Premysliensis Episcopi nostri et variae ecclesiae in variis locis, necnon monasteria modernis Cosaticis temporibus, partim per violentiam Schismaticorum Unitis erepta, partim per commissarios regios reddita, petunt R.mi Episcopi a SS.mo D.no, ut intercedere dignetur apud eundem Serenissimum et proceres regni, ducatusque Lithuaniae, ut Unitis restituantur.

Multa etiam tempore huius belli Cosatici et Moschovitici ornamenta, ut imagines, campanas, apparatus, libros aliqui Religiosi latini, per hostes Unitis adempta, variis modis acquisita apud se habent. Sic imaginem miraculosam ecclesiae collegiatae, in dioecesi metropolitana, Grodnensis, Moschus post combustam civitatem et ecclesiam, clero nostro clam illam servanti violenter eripuit, et in arce occupata habuit. Arce post a militibus nostris recepta, Patres Franciscani, vulgo apud nos Bernardini, cum sponsione in scripto data (quod nescitur quo casu periit), quod nostris imaginem dictam essent reddituri, nullatenus reddere volunt. Similiter Patres Dominicani ex ecclesia Rozanensi Ill.mi Sapieha ducis exercituum Lithuaniae, penes quam nostrum est monasterium, Moschi nostris Rozana fugientibus Religiosis, imagines Christi Salvatoris, (f. 128v) Beatæ Virginis miraculosam, sancti Ioannis Baptistae et sanctorum Petri et Pauli, excellenter depictas, ut spolia eripuerunt, quas nescitur quomodo a Moschis vehentibus noctu per civitatem Novogrodensem Patres ibi Dominicani sub salvo conductu Moschorum viventes, ex curribus, ut dicunt, extraxerunt, et apud se nunc in templo suo habent. Neque rogati ab Ill.mo Sapieha, moniti a suo Provinciali per litteras, a R.mo Chelmsensi Leopoli obtentas, ut nobis redderent, obedire noluerunt. Proinde rogant D.ni Episcopi et Religiosi, ut hasce imagines nobis restituant. Sicut etiam omnia alia, quaecunque, apud quosunque cognoscentur, et certo nostra esse, extra ius deducentur, atque ad restituendum sub censuris ipso facto incurrendis aliquo Sedis Apostolicae instrumento obligentur. Insuper Nuntii apostolici brachio adigantur. Quae enim nostrum culpa est, ut pro constantia in fide sancta et fidelitate Regi Serenissimo praestita, in tantum a suis mulctemur? Et quod hosti non cessit, ipsi cum summa iniquitate nobis erepta retineant!

Eodem tempore evocatis nostris Religiosis ad forum saeculare et curiam regiam Patres Bernardini Minscenses damnificaverunt nos in fundo, per decretum abscisso, coemeterii antiqui penes nostrum monasterium existentis, in quo tot corpora sunt sepulta; longe vero ante ipsos fundatos, illic coemeterium istud fuerat; idque per favores obtinuerunt, propter commoditates suas et meliorem a foro prospectum templi sui. Quod decretum, quia nondum ad executionem per bella deductum, et iam decennium effluxit, moneantur serio, et sub aliquibus censuris, hi Patres, ne nobis hanc molestiam exequendo faciant, et si aliquae ex eo incommoditates fuerunt, illas nos proprio motu sine abscissione fundi tollemus.

Bona nostra aliqui e clero latino nulliter occupata tenent; rogant D.ni Episcopi, ut per rescriptum aliquod nobis in perpetuum serviens, statuatur a Sede Apostolica, quatenus omnino nobis restituant, et in casu non restitutionis, si nostri episcopi vel quivis alius ea vindicare velit, et ad Nuntium apostolicum in eo recurrat, omni modo Nuntius apostolicus pro tempore existens et sine ullo respectu nos tueatur, et in rebus nostris manuteneat. Insuper rogant D.ni Episcopi, ut emanet aliquod instrumentum seu monitorium, sub censuris etiam, si oportuerit, super nostros praelatos (nam hactenus nonnulli in recuperandis bonis ecclesiasticis a variis Dominis occupatis), ut serio posthac isti recuperationi incumbant.

(f. 129) Saepenumero concordiam sanctae Unionis perturbari videntes, R.mi D.ni Episcopi humiliter proponunt SS.mo D.no Nostro, ne Domini latini spirituales in partibus nostris, praecipue in Russia existentes, in iurisdictionem nostram ullo penitus actu sese intrudant, nec parochi in parochias se ingerant, matrimoniorum benedictiones non turbent. Quia enim Rutheni, scientes Tridentinum declarans matrimonii benedictionem ad eum pertinere parochum debere, de cuius est faemina, in Ritu eodem, a potiori taliter debere procedi in Ritu diverso existimant. Et ideo quando Ruthenus Ritus Graeci ducit Latinam, mandant ad parochos ire latinos, viceversa quando Ruthenam ducit Latinus, ipsi benediciunt. Latini vero parochi communiter in hoc nos iniuriantur, benedicunt Ruthenae cum Latino, imo ambobus Ruthenis, et ad Ritu, ubi posunt, adigunt, licet habeamus Sedis Apostolicae decretum de non transitu a nostro Ritu ad latinum sine speciali Sedis Apostolicae licentia. Tempore ieiuniorum a Ruthenis observari solitorum, in Adventu et alias, carnes comedere cogunt, ad Confessionem etiam et Communionem tum alias, tum ante mortem nostros inducunt, nostram fidem malam dictitantes, idque aliquando ratione turpis lucri, ut legationem aliquam pro sepultura accipiant. Igitur in hoc serio moneantur, et inobedientes cen-

suris coërceantur, ne penitus in ullam rem se et quoad episcopos nostros, et quoad clerum intrudant.

Vacante metropolia vel episcopatu, capitula ut eligant administratorem iuxta morem latinum, neque privilegiati tam metropolitanus, quam nominati episcopi, adeant possessionem, nisi post annum, rogant SS.mum D.num R.mi Episcopi, ut hoc peculiari decreto statuatur.

Quidam et antea et nunc ex Religione nostra ad Religiones latinas transierunt, contra decreta Sacrae Congregationis de Propaganda, 7 februarii anno 1624 et 7 iulii eodem anno lata, a SS.mo Urbano VIII approbata;²⁸⁹ similiter quaedam monialis Koszewska recenter licentiose e monasterio Pincensi ad Brigittanas moniales Luceorienses transiit, non solum sine licentia Sedis Apostolicae, sed neque cum scitu ullo suorum Superiorum, sine ulla causa, imo, ut aliquid innotuit, propter parentes et consanguineos. Cuidam moniali Derezynska, Polocensis monasterii, quando sunt a Moschis dispersae, ut ad saeculum transiret, quasi annos professionis non habuerit, nescitur de cuius licentia, sine scitu Superiorum, per promotionem quorundam Religiosorum concessum est. Gabriel Kosovicki religiosus Viennam pro studiis a Religione missus, absoluta theologia (f. 129v) nescitur de cuius licentia, parochum in Hungaria agit, diciturque et Latino et Graeco Ritu Sacra celebravisse. Petunt in hac re et R.mi Episcopi et Religionis Superiores, ut eiusmodi Religiosi et Religiosae ad monasteria per mandatum Sedis Apostolicae, sub censuris ipso facto incurrendis, et adhibita Nuntii apostolici auctoritate, ubi commode poterit, ubi non, Superiorum nostrorum, redire cogantur.

Collegium SS. Sergii et Bacchi Romae, a SS.mo Urbano VIII et Em.mo Antonio Barberino, Sancti Honuphrii cardinali, erectum, ut nostrae sanctae Unioni in perpetuum conservetur, supplicant enixe D.ni Episcopi, bene cognoscentes, quanto sit fructui locus ille toti Unioni, et quantae admirationi ipsis Schismaticis. Et si quae mala per nostros discolos illic fuerunt, dignetur Sedes Apostolica, tanquam mater, omnia obliterare. Alias enim, si hic locus a nobis adimeretur, non solum ad mala nostra domestica hoc magnum accederet malum, sed etiam inimici nostri nobis, tanquam Roma expulsis, insultarent. Rogantque SS.mum D.num Nostrum et Sacram de Propaganda Fide Congregationem, ut locus is fundatione ampliatur pro pluribus Religiosis, quos submittere parati sumus, educandis; atque ut possint ibi suscipi ad Religionem, pro maiore Dei gloria et Russiae nostrae emolumento. Erectio autentica in scripto facta

²⁸⁹ Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, Romae 1953, pag. 16, nr. 9, et pag. 22, nr. 24.

ab Em.mo supradicto cardinali, quam Ill.mo D.no Secretario Sacrae Congr. de Propaganda Fide nostri Religiosi reddiderunt, ut nostris restituatur Religiosis, supplicant iidem D.ni Episcopi. Similiter si qua in re locus is indiget reparatione, rogant humillime, ut reparetur; et R.dum Patrem Iosephum Pietkievicz,²⁹⁰ virum bene moratum et exemplarem, ad locum hunc missum, Sacrae Congregationi apprimere commendant.


Iuvenis quidam Lithuanus Ioannes Dubowicz, hoc in loco mortuus et sepultus, legavit ex patrimonio suo sex millia scutorum, quae a Patribus R.dis Carmelitis Discalceatis sunt accepta; et causa iam fuit Romae hac super re agitata; rogant R.mi Episcopi, ut Sacra Congregatio modum inveniatur, ut haec pecunia recipiatur ac pro eodem SS. Sergii et Bacchi loco convertatur, tum facile is locus et cum honore subsisteret.

Supplicant etiam iidem Sanctitati Suae et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, ut Religiosi nostri in alumnatibus vel Collegiis SS.mi ad iuramentum non adigantur. Primo enim non videntur aliqua in iuramento puncta Religiosis convenire. Deinde nostri Religiosi semper laborant et laborare tenebuntur ex mandato Superiorum suorum, ubicunque iussi fuerint, (f. 130) nec ut missionibus etiam obstringantur, summo pere expetunt; quia sufficientes habentur labores in Russia, et pauci operarii in tanta provinciarum Russiae vastitate, et esto ante huius iuramenti promulgationem aliqui nostri iam studuerunt Bronsbergae, ad malam informationem per litteras Sacrae Congregationis iussi expelli, casu quo nollent iurare. Quia vero hoc insolitum fuit, timebantque suos vel offendere Superiores, vel praeiudicium aliis facere nostri Ordinis Religiosis, debebant cum suo pudore, unus theologia non finita, alter philosophia cessisse.

Habuimus gratiam a SS.mis antecessoribus Sedis Apostolicae Vienne, Pragae, Graecii, Olomuncii pro duobus in quolibet loco Religiosis nostris; rogant propterea R.mi Episcopi et Religiosi, idem modo quoque fieri, siquidem gratia divina Religiosi nostri multum in fide sancta promovenda fuerint et sunt proficui. Similiter ut ad Bronsbergensem alumnum, ac Vilmensem, ubi reassumptus fuerit, admittantur in quolibet loco 4 sicut antea; et si apti ad altiores scholas defuerint, admittantur etiam ad humaniores, ut ad poeticam et rhetoricam.

Quidam Carmelita Discalceatus Alexander Kochanovski diu desideravit ad nostram transire Religionem; si placet SS.mo D.no Nostro, dignetur illi Sua Sanctitas transeundi facultatem concedere. Similiter quos Sanctitas Sua et Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad nostri

²⁹⁰ Revera admissus fuit pro Procuratore P. Iosephus Pietkevyc̄ (1665-1669).



GABRIEL KOLENDA - ARCHIEPISCOPUS POLOCENSIS
(1655 - 1674)

adiutorium mittere statuerat, sed ita ut habitu nostro suscepto ad mortem suam in nostra Religione velint permanere. Petunt etiam iidem D.ni Episcopi, ut R.dus Pater Ignatius Jelez, Societatis Iesu, de Suae Sanctitatis gratia ac Sacrae Congregationis de Propaganda Fide possit ad nostram Religionem et Ritus transeundi licentiam habere.

Capitulum et clerus Ritus Latini Chelmensis non adeo pridem in pacifica possessione Decimarum, a Ruthenis Ritus Graeci unitis per clerum unitum in dioecesi Chelmensi percipi solitarum, eosdem Unitos perturbavit, et violenter eas eripuit. Similiter in dioecesi Vladimiriensi hanc molestiam habet R.mus Vladimiriensis, et in Premysliensi R.mus Premysliensis. Imo in Vladimiriensi parochi dioecesis Luceoriensis, et in Chelmensi Chelmenses latini, sacerdotes Ruthenos decimarunt. Insuper Chelmense capitulum canonicum et parochum suum Cunioviensem, ipsum R.mum nostrum Chelmensem ad varia iudicia, etiam tribunalitia, laica simul et (f. 130v) ecclesiastica aditarunt, ut de bonis suis episcopalibus extraderet decimas; et Tribunal Regni tanquam impertinentem causam ad Ordinarium remisit. Habetur hac super re decretum Tribunalis Lublinensis. Quocirca petunt humillime D.ni Episcopi, ut per decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide cum apostolica SS.mi approbatione statuatur, sub censuris ecclesiasticis, ne ullus ex Ritu Latino in quacunque dioecesi et quacunque dignitate praefulgens, audeat Decimas ab unitis Ruthenis laicis, multo minus clericis, exigere, et Nuntius apostolicus pro tempore existens, talia attentantes gravissime puniat, siquidem vel ex hoc oritur maximum scandalum Schismaticis, qui Decimas ferme nullibi solvunt parochis latinis (licet alicubi suis modis et scandalosis iuramentis de possessione quasi Decimarum coram Tribunali Regni, quas tamen nunquam possederunt, etiam Schmaticos ad dandas sibi decimas nonnulli latini parochi adegerunt), Uniti vero solvere cogantur; quo ipso in suo schismate obdurantur. Deinde cum sacerdotes Rutheni uniti fere omnes, paucis exceptis, pauperrimas habeant foundationes, et manu propria laborent, publicos reipublicae census solvant, alii autem a Dominis catholicis politicis variis gravaminibus et servilibus operibus graventur, si Decimae illis tollantur, pressi laboribus et paupertate, difficile etiam animabus inservire poterunt; habentes autem honestam sustentationem, et suae salutis et ovium suarum salutis facilius et melius inservient. Quin etiam Schmatici hac gratia Sanctitatis Suae et libertate Unitorum ad Unionem sanctam facile pellicentur. Denique cum antea nunquam, tempore universalis schismatis, Decimas hasce parochis latinis solverint, numquid ideo ad Sanctam Ecclesiam, salutem animae suae quaerentes, nostri Rutheni accesserunt, ut in unione sanctae fidei existentes, Bulla Clementis VIII pro Unione data, tanquam fratres et mem-

bra unius corporis Ecclesiae incorporati, a clero latino in paternis suis sedibus opprimerentur, ac in propriis suis laboribus et fructibus detrimentum paterentur.

Consulunt D.ni Episcopi Rutheni Sanctam Ecclesiam, quid faciendum est cum venientibus a schismate Religiosis, de eorum professione, quam statim e saeculo venientes faciunt, non solum non exacto anno probationis, sed neque mense aut hebdomada; tum etiam, quid sentiendum de promotione ad ordines tam Religiosorum quam (f. 131) sacerdotum saecularium a schismaticis episcopis consecratorum, utrum debeant illi iterum professionem facere privatim saltem, isti consecrari sub conditione, necne?

Esto enim sciant D.ni Episcopi Rutheni uniti Schismaticum qua Schismaticum a legitimo consecratum legitime alios consecrare, sed cum in Constantinopolitana sede contingat quandoque, ut tres vel quatuor vel plures sint simul ac semel patriarchae, datoque quod unus ex illis promotus fuerit ad patriarchatum legitime, alii autem aliis deiectis per pecuniam Turcae datam successerint, superstitesque omnes sint, ac postmodum hi illegitime promoti metropolitanum aliquem Kiioviensem consecrarunt (simile quid est quod circa annum 1621 contigit, cum vivente nostro metropolitano Rutschio, aliisque episcopis existentibus, Metrophanes patriarcha,²⁹¹ qui dicebat se Hierosolimitanum, nil habens iurisdictionis super Russiam, et nescitur utrum commissum id illi a Constantinopolitano fuerit, consecravit alium metropolitanum Kiioviensem et episcopos Ruthenos, et illi varios sacerdotes) vel etiam sacram, ut dicunt, suae confirmationis litteras miserunt; et ille episcopos, hi sacerdotes consecrarunt, illegitime ab illegitimis consecrati; utrum, inquam, tales, pro conscientiae et Sacramentorum a talibus sacerdotibus ad Unionem venientibus certitudine, sint sub conditione saltem et privatim reconsecrandi, et Religiosis professio simili modo danda. Dubium enim est, utrum pulso schismatico uno patriarcha, legitime quondam consecrato, tanquam sponso vero suae Ecclesiae, alii supervenientes sint veri sponsi eiusdem Ecclesiae, et filios veros in Spiritu procreent, necne? Haec res maximam difficultatem saepe parit, multosque varii nostri sub conditione et valde privatim reconsecrarunt, Latini autem publice una vice, in Comitibus Var-

²⁹¹ Agitur de Theophane, patriarcha Hierosolymitano (1608-1644), qui anno 1620 Kioviae Hierarchiam ruthenam non unitam sedibus plenis consecravit, iussu patriarchae Constantinopolitani Cyrilli I Lukaris, et ex eius mandato, de qua consecratione ac institutione longa excitata fuit polemica, quamque Rex Poloniae Sigismundus III non agnovit; sed eius filius Vladislaus IV ann. 1632-3 probavit et admisit in sua s.d. « pacificatione hominum religionis graecae », quam Sedes Apostolica non probavit. Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, Romae 1953, pag. 117-130.

saviae, quendam schismaticum Religiosum reconsecrarunt; quod tamen postquam Schismaticis innotescit, scandalizari solent.

Saepe numero in variis occasionibus a variis Religiosis nostri Ordinis Religiosi in praecedentia contemptum patiuntur. Igitur rogant omnes SS.mum D.num et Sacram Congregationem statuere velit, ut nostri Religiosi iuxta antiquitatem Ordinis sui in publicis quoque locis suum honorem et praecedentiam habeant.

(f. 131v) De protoarchimandrita Ill.mo et R.mo Episcopo Chelmeni maneant nunc regimen eius in toto super Religionem nostram, nemine impediante, et eius quem ille in loco designavit, interim Romae, supplicet SS.mo D.no Nostro et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide D.nus Episcopus memoratus, quatenus propter attingendas per eum et attactas necessitates Russiae, detur metropolitanus archiepiscopus, quo facto post adventum D.ni Episcopi Chelmensis intimetur per SS.mum et convocetur Synodus omnium Unitorum; hoc autem per Breve et litteras super hoc datas a SS.mo, tam generaliter metropolitanae, quam particulariter aliis, ut sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, tam R.mi D.ni Episcopi, quam Religiosi et primarii e clero saeculares presbyteri ad eam conveniant, ubi concilientur omnes et quoad ritum sacrum Ecclesiae nostrae, et quoad bonum Religionis, et regiminis differentias, et quod concernet metropolitanum, episcopos, archimandritas, religiosos et regimen eorum, de communi omnium consensu statuatur, tandem cum toto causae effectu ad SS.mum D.num Nostrum ad confirmandum remittatur. Donec vero ad id deveniatur, regimen modernum Religionis perseveret integre.

Si videbitur SS.mo D.no Nostro et Sacrae Congregationi, scribant invitando Schismaticos tam saeculares, quam spirituales, ad Unionem, stimulent hac super re Serenissimum, Regni primates, praecipue spirituales, ut huius rei curam habeant. Imo vero, ne impediunt per suas et Unitorum et Schismaticorum in subselliis iudicialibus, aliisve occasionibus, sed comiter agant, et bonitate alliciant, non pressuris, nec bonorum aut Decimarum ademptionibus, quod fit frequentissime; ecclesias nec Unitorum nec Schismaticorum adimant, neque in ecclesias Romanas convertant.

Rogant R.mi D.ni Episcopi, ut iubilaeum SS.mus D.nus Noster nobis Roma mittat peculiariter, quando in Poloniam mittitur, sicut antea fuit, quia etiam hunc sacrum thesaurum aliqui nobis invidentes detinuerunt, et aliquando penitus ad nos non pervenit, ut anno praesenti fuit, nam mittente D.no Nuntio, nescitur quomodo, ad manus R.mi Episcopi Chelmensis latini exemplaria iubilaei, ad omnes nostros missi, pervenientia, aliqua non suo tempore venerunt, aliqua exemplaria perierunt.

(f. 132) Quidam Rutheni sacerdotes in dioecesi metropolitana, occupata a Moschis, mortuis vel occisis uxoribus, in statu sacerdotali secundas uxores superinduxerunt, nunc a R.mo Polocensi, curam habente metropoliae, per Nuntium apostolicum divina celebrare inhibiti; pro quibus supplicant D.ni Episcopi cum R.mo Polocensi, ut non obstante hac bigamia, possint celebrare divina. Cum enim paupertate et depopulatione suarum parochiarum et miseria curae familiaris premantur, ut victum sibi facilius providere possint, habeant in laboribus suis et cura familiari adiutores, cum non raro contingat, ut habentes uxores in caelibatu vivant, et propter custodiam ac curam rei familiaris eas retineant.

Dignetur Sanctitas Sua nos in tot malis Unionis toties accurrentes ad varia loca, et praecipue Varsaviam ad Comitata pro defendendis rebus, sumptibus iuvare, uti quondam etiam in Curia Sanctae Romanae Ecclesiae statutum est, et antecessores nostri hanc gratiam habuerunt.

Fuerunt tempore piae memoriae Ill.mi Rutschii, archiepiscopi metropolitani Russiae, quod per postam Ill.mi Nuntii Romam mittebamus litteras, fiat etiam nunc idem, propter tot et tantas necessitates de rebus nostris conferendi, et propter tantam rerum nostrarum desolationem.

Scholae Minscenses Sanctae Romanae Ecclesiae muniantur Brevi, ne ab ullo ipsis sit impedimentum, siquidem habemus super illas privilegia Regum Serenissimorum Poloniae, et Seminarium ibidem, ab omnibus D.nis Episcopis contributione facta, et SS.mo D.no Urbano VIII tria millia scutorum pro hoc Seminario conferente, erectum est; fueruntque ibi scholae usque ad invasionem Moschi, variaque pro adiutorio Unionis ex illo, sicut etiam de scholis ipsis, prodierunt subiecta. Proinde etiam nunc, ne impediatur ab ullo, orant D.ni Episcopi, uti etiam scholae Chelmenses privilegiis Regum Poloniae Vladislai IV et Ioannis Casimiri faeliciter moderni Poloniae Regis munitae, necnon Brevi SS.mi D.ni Nostri Urbani VIII roboratae, a clero latino Chelmensi praepediantur.

(f. 132v) Haec omnia fideliter, partim ex scripto autentico, partim a D.nis Episcopis oretenus commissa Sacrae Congregationi de Propaganda Fide porrigo.

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis (m.pr.).

(f. 134v) 3 novembris 1663. Russia. Memoriale per le cose dell'Unione Ruthena.

179.

Varsavia, 7. I. 1664.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis, de itinere romano, de alumnis Romam conducendis, de rebus non Unitorum, de Metropolia Kioviensi et de aliis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 109rv.

Ill.me et R.me Domine, Domine, et Patrone Colendissime.

Eo fine Varsaviam veneram, ut expeditis nonnullis apud Ill.mum Nuncium Apostolicum Regni Poloniae, statim me committerem itineri Romano, uti ab omnibus Ill.mis et R.mis D.nis Archiepiscopis et Episcopis aliisque nostris expeditus in negotiis Unionis, et Religionis nostrae. Ducebam etiam mecum quatuor Iuvenes Religiosos Ord. nostri pro studiis; sed quia ab Ill.mo Nuncio rescivi, non posse illos duci omnino, sine scitu et licentia SSm. D.N. et Sac. Congregationis de Propaganda Fide, remisi illos ad monasteria sua tantisper. Ipse vero tum propter ordinanda iura, favendamque sufficientem defensionem in scripto Sac. Unionis, tum propter incommoda maxima itinerum detinui me cum quodam Religioso Patre (quem uti virum dignum pro Residentia Romae ad SS. Sergium, et Bacchum mecum acceperam) usque ad initia Martii. Timor enim non vanus incessit nos ab Ukraina, ubi nunc Serenissimus cum exercitu, Schismaticos munitos precibus Cosacorum multa in nos atentaturos; uti etiam de facto, post obitum Schismatici Metropolitae Balabani,²⁹² obtinuerunt Metropoliam Kiioviensem in personam sui Episcopi Praemyslien. et Praemyslien. Episcopatum, cum Archimandria Zydicinensi, quam ego teneo, in personam iuvenis Chmielnicii, Kosacorum non ita pridem Ducis, nunc Monachi. Proinde ad propulsandum periculum Unionis, praemonitus ab Ill.mo Nuncio, pro futuris Comitibus, hanc iurium, uti eorum peritus, facturus sum ordinationem.²⁹³ Quae vero his temporibus, Deo adiutore, concordia inter omnes nos facta est, per Ill.mum Nuncium V. Ill.mae Dominationi patebit. Deus certe ipse Dominus operatus est, quod ex variis et tot ac tantis dissensionibus, animi nostri sunt reconciliati, et res optime dispositae. Equidem mirum erit V. Ill.mae Dominationi, ac Sacrae Congreg. quod stetit concordis electio DD. Episcoporum, aliorumque, nemine contradicente, in personam Domini Archiepiscopi Polocen. quoad Metropoliam, sed ad hoc nos induxit et ipsius Domini Archiepiscopi magna certe mutatio, et alius quam antea affectus erga Religionem, et, ut bene patuit, animus in illos qui causa ipsi fuerunturbationum istarum adversus, et bene pensata magna promotio, quorum temporibus hisce miserrimis multum nobis necessaria est protectio. Denique quia vidimus manifestissime, non posse alium pro nunc inter nos inveniri, qui discolos praelatos posset compescere, praeter illum ipsum, praecipue favore et sanguine munitum variorum Magnatum et virorum ex

²⁹² Metropolita Kioviensis non catholicus, Dionysius Balaban (1657-1663), primum Episcopus Chelmensis non unitus (1650-1654).

²⁹³ Cfr. infra sub nr. 184, sub finem anni 1664 posito.

nobilitate praeclarorum. Totaliterque illum id facturum, quod S. Sedes statuerit ad bonum Religionis nostrae, indubie collegimus; ideo etiam ipso de facto Metropoliā non affectante (f. 109v) in eam, ut retuli, devenimus electionem, quae litteris omnium concordibus a me subvehendis et supplicibus nostrum precibus V. Ill.mae D.ni Sacraeque Congregationi, ubi venero, patebit.

Caeterum quoad Religiosos ad studia admittendos, sex vel ad minimum quatuor, tum ad Collegium Graecum, tum ad Collegium Urbanum de Propaganda Fide, humillime Vestrae Ill.mae Dominationi supplico, quatenus Sacrae Congregationi dignetur proponere, ut saltem pro futuro anno, seu potius pro futura studiorum renovatione admitti valeant. Necessitates Nostras Sacra Congregatio dignetur cordi habere. Praecipue cum tot et tantos viros Ecclesia nostra, hoc rebellionis tempore in Regno Poloniae, variis casibus et incommodis amiserit, et restaurare ruinas opus fiet operariorum in Vineā Domini. Hoc per Vestram Ill.mam Dominationem iterum iterumque rogo, Sacrae Congregationi commendari, ut hoc solatio in nostris quotidianis miseriis possimus gaudere.

Caeteras gravissimas nostras necessitates coram et praesens Sacrae Congregationi SS.moque D. Nostro exponam; super quibus specialem ab Ill.mis D.nis Episcopis nostris habeo commissam mihi informationem. Nunc autem mea humillima Vestrae Ill.mae D.ni commendo obsequia.

Varsaviae, 7 Januarii, 1664.

Ill.mae et R.mae D.nis Vestrae indignus servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belzen. unitus (mp).

(f. 106v) Signor Cardinal Azzolini.

Mons. Vescovo di Chelma Ruteno unito scrive che s'era incaminato a questa volta speditovi dal corpo dell'Unione, conducendo seco quattro Monaci per collocarli ne Collegij, ma havendo inteso da Mr. Nunzio il nuovo ordine di non accettare alcuno se non si move di consenso espresso della S. Congregatione, gli ha rimandati a i loro Conventi, supplicando, che sia destinato loro il luogo nel Collegio Urbano, o nel Greco, per l'anno venturo.

Dice Monsignor Segretario, che nel Collegio Urbano non si riceve chi è di rito greco, perchè non vi è istruttione bastante, et il Collegio Greco non istà forse in istato di potersi caricare di bocche, ma se il Vescovo haverà prudenza in accomodarsi al pensiero della S. Congregatione, di applicare a questo effetto l'entrate di SS.ti Sergio e Bacco, potrà farsi con molto lor utile, et il loro Provinciale, che prima concorrevà con gli altri a non inclinarvi, doppo essere stato quì lungamente, confessa, che sarebbe molto espediente.

Segue il Vescovo, che intanto egli si tratteneva per metter a sesto

le ragioni dell'Unione, acciò che i Scismatici non tentino in sua assenza qualche pregiudizio, atteso particolarmente, che già hanno ottenuto alcune metropoli, e che a Marzo havrebbe proseguito il cammino.

Rappresenta poi, che sopite tutte le dissensioni passate, s'era stabilita una perfetta concordia, essendo concorsi tutti di comun consenso ad elegger per Metropolita l'Arcivescovo di Plosco, essendovisi indotti, perch'egli si è mutato, perche col mezzo suo havranno l'assistenza de Nobili, molto necessaria ne tempi presenti, e perche nessuno era più atto a disciplinare i Prelati discoli, assicurando, che nel resto egli si conforma totalmente alle disposizioni della Sede Apostolica, come esso alla sua venuta spiegarà meglio il tutto.

Supplica in fine, che la S. Congregazione habbia a cuore i loro bisogni.

Dice Monsignor Segretario, che per questo negotio si è intimata più volte una Congregazione Particolare, ad istanza del Provinciale, che da molti mesi si trova in Roma per questo, e per altri bisogni del suo Ordine, ma doppo questo avviso egli stesso fà istanza, che si aspetti il Vescovo.

Segue la lettera, che essendosi appellato a Roma il Clero Latino di Chelma da un Decreto di Monsignor Nunzio, con cui gli viene proibito di esiger le decime dagli Uniti, si faccia sospendere ogni atto sin alla sua venuta, poichè egli porterà varie scritture sopra questo negotio.

Che due loro Religiosi sono stati astretti di lasciar l'Alunnato di Brusberga per non haver prestato il nuovo giuramento, al quale, conforme le dichiarazioni del medesimo, non son tenuti quelli, che già si trovavano ne Collegij come questi due, uno de quali pagava gli alimenti come Convittore, et all'altro sono state ritenute le sue robbe sinche sodisfaccia. Supplica per tanto, che sia esentato da questo pagamento, agguingendo, che i loro Religiosi non hanno mai giurato, e senza di questo sono obligati a far quel che gli vien imposto da Superiori.

Dice Monsignor Segretario, che quanto a quelli, che erano venuti prima del nuovo Breve, le dichiarazioni fatte dall'EE.VV. tolgiono ogni difficoltà, ma giunto a quelli, che vengono doppo, i Monaci, che si ricevono nel Collegio Germanico han sempre giurato, ma nel Collegio Greco non si è mai usato.

Die 29 Aprilis 1664: Dilata usque ad adventum Episcopi Kelmensis.

180.

Varsavia, 23. XII. 1664.

Episcopus Peremysliensis, Antonius Terleckyj, petit protectionem et subsidium in sua paupertate.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 365.

Ill.me ac R.dme Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Non semel iam negocium Eminentissimis et Rev.mis Dominis, Dominis S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus de Propaganda Fide Episcopatus Praemisliensis Unitorum exposui, quomodo Schismatici itidem Praemislienses, post decessum Episcopi Uniti, totum pene Episcopatum dictum vi et armata manu occuparunt, licet secundum Privilegia perpetuis temporibus Unitis serviat. Quo tamen non ostante, post obitum praedicti Episcopi Uniti Praemislien. onus eiusdem Episcopatus gratia Divina, et mandato Superiorum mihi indigno commissum est; sed quoniam tantum onus humeros meos excedit, humillime recurro supplex ad Ill.mam et R.mam Dominationem Vestram, hac in parte dignetur mihi afflicto suppecias ferre, submittendo subsidium aliquod, quo mediante valeam non modo onus dicti Episcopatus erepti portare, causam illius promovere per Comicia, et Tribunalia; sed etiam cum adversarijs, et Schismaticis decertare. Quod facilius succedet, quando Ill.ma et R.ma Dominatio Vestra paupertatem hanc meam, et extremam necessitatem dignabitur Sanctae Sedi etiam Apostolicae, et Em.mis ac Rev.mis S.R.E. Cardinalibus de Propaganda Fide proponere, alias sine dubio expulsus, et oppressus volens nolens tanto oneri, et officio satisfacere non possem, quod hucusque emendicatis suffragijs promoveo. Ideo iteratis vicibus supplico Ill.mae et Rev.mae Celsitudini Vestrae, quatenus me infelicem iuvare hac in parte dignetur. Quod si quam...

Datum Varsaviae, 1664, Decembris 23.

Ill.mae et Rev.mae Celsitudinis Vestrae paratissimus servus

Antonius Terlecki, Nominatus Episc. Graeci Ritus Premisliensis Unitorum (mp).

(f. 366v) Signor Card. Sforza. Die 2 Martii 1665. — Est extra institutum Sacrae Congregationis. A. Manfronus, prosecretarius.

181.

Roma, an. 1664.

Amplissima relatio Ep. Jac. Susza, de laboribus Unitorum et progressu Unionis, post Synodum Berestensem (1596) et tempore belli Cosacici.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 87-111 (numeratio antiqua).

ASV, *Fondo Garampi*, vol. 20A.

ASV, *Archiv. Nunz. Poloniae*: Additamenta: Memoriali, biglietti e carte diversae, 1656-1699.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli, 1862, pag. 298-349.

DE LABORIBUS UNITORUM, PROMOTIONE, PROPAGATIONE, ET PROTECTIONE
DIVINA UNIONIS AB INITIO EIUS USQUE AD HAEC TEMPORA.²⁹⁴

Conqueruntur Rend.mi Ep.pi uniti coram Deo, coram Ss.mo D.no et S. Romana Ecclesia, conqueruntur inquam admirabundi, passim spargi in nostra patria nonnullos Dominos spirituales latinos procurare apud S. Sedem, ut nos uniti Ep.pi tollamur, bona nostra Episcopatibus latinis incorporarentur; maneat Religiosi et Presbyteri saeculares, sed subsint eorum jurisdictioni imo nonnullorum vox est (ut auscultamus), ut poenitus tollamur ex eo, quod nihil in promotione Unionis laboremus.

Hujus nostrae opinionis, exceptis continuis vocibus, forte est argumentum. Siquidem post Berestecianam expeditionem nonnulli Spirituales non modo senatoribus sed etiam Regi Serenissimo suaserunt, ut tolleremur. Et inde factum, quod Ep.patus Chelmensis unitus moderno Ep.po solum in administrationem datus. Statutum enim fuerat, ut latino Chelmensi incorporaretur. Atque ideo (revelatum est id ab isto clero latino Chelmensi) defunctum olim Methodium Terlecki, Ep.pum Chelmen., inhumatum, ex ecclesia cathedrali, quam Schismatici tunc tenebant, acceptum, et Crasnostaviae per Capitulum latinum in sepulcreto Ep.porum latinorum sepultum. Aiebant enim, uti ultimum Ep.pum unitum per sepulturam Ep.pis latinis esse incorporatum, ita etiam Ep.patum istum incorporandum. Sed mutatione bellorum subsequente et iterum hydra Cosatica resurgente, cum urgerent Schismatici Chelma expulsi, post Berestecianam expeditionem, ut eum reciperent Ep.patum, moderno Ep.po advitali privilegio potius, quam Schismatico expulso Balabano collatus est. Palamque nonnulli a clero latino Chelmen. dixerunt: Se non potuisse eum deglutire Ep.patum, quod Unitus modernus quasi in ore illis pro osse haeserit. Ubi maxime notandum, quandocumque in Republica aliquid statutum est contra Unitos, nunquam id Deum benedixisse, perque eosdem Cosacos brevi Rempublicam perturbatam fuisse. Et sic de aliis Unitorum Ep.patibus vacantibus facere volebant.

Falluntur autem in accusatione, quod nihil in promotione Unionis laboremus. Per hosce 69 annos ab inchoata Unione, utique semper Dei gratia, fides sancta in Lithvania et Russia per Unitos propagata est.

²⁹⁴ Amplissima narratio Episcopi Chelmensis Jacobi Susza, Romae exarata, ultimam, ad probandam bonam fidem Ecclesiae Unitae in variis criminationibus et oppositionibus tum ex parte non-Unitorum tum etiam catholicorum Ritus Latini. Etsi opus hoc iam inde ab anno 1862 editum fuit, (Harasiewicz), tamen utile fore duximus opus hoc in praesenti Collectione *Litterarum Episcoporum* iterum publici facere iuris, in commodum studiosorum Ecclesiae Unitae, reviso, correcto et perfecto secundum eius exemplar Archivi Propagandae Fidei, manu ipsius Jacobi Susza scriptum et notatum. Notavimus solummodo folia, non paginas.

(*Nota*): Metropoliæ in Lithuania et Russia illi subiecta amplitudo.²⁹⁵

Accipiamus Metropoliã solam; in Lithvania extenditur hæc a Podlachia finibus usque ad palatinum Polocen. per milliaria germanica circiter 70, in quo tractu nobilissima civitas Vilna cum aliis civitatibus seu oppidis tam regiis quam magnatum villisque millenis et millenis, ubi nulli Schismatici soli Uniti permixti Latinis, Vilna excepta, reperiuntur; nisi forte apud hæreticum aut schismaticum Nobilem in villa aliqua, quod est rarissimum. Vilnae autem cum ab initio Unionis vix 10 Uniti fuerunt, ad schisma recedentibus omnibus, nunc possunt numerari ad 10 millia. In eadem Metropolia tendendo per Vilensem palatinum et Novogroden. versus Berestensem per milliaria plus quam 40 plurimae sunt civitates et oppida, villae similiter millenae et millenae, ubique sunt Uniti, nulli Schismatici, nisi in villa aliqua hæretici aut schismatici Nobilis, quod etiam est valde rarum. Per eundem Vilnen. palatinum versus Minscen. et per Minscen. versus Mscislavien. ac alios palatinatus tendendo, per milliaria germanica plus quam 50, excepto ipso Minsko, ubi etiam frequentes sunt Schismatici, alibi ubique Uniti, rarissimi Schismatici, idquæ apud Dominos hæreticos et schismaticos. Hoc sentiendum de Metropolia versus alias partes et ad minimum parochi presbyteri uniti numerandi sunt 600, ad Metropoliã in Lithvania pertinentes; non enim hic loquimur de Metropolia circa Kijoviam ipsam et in Ukraina existente.

(*Nota*): Archiep.atus Polocensis amplitudo.

(f. 88) Archiep.atus Polocensis a limitibus Curlandiae et Livoniae, Polocen., Vitebscen., Mscislavien. palatinatus includens, in latum et longum ad 100 milliaria extenditur germanica; regales multas et opulentas, atque magnatum Lithvaniae possidet civitates opidaque et villas millenas millenasque, nec non ad mille parochias habet, sanguine B. Martyris Josaphat Kunczewicz, Pastoris sui vigilantissimi, celeberrimus, et licet per Rempublicam titulus Mscislavien. Ep.atus Schismaticis cum ereptis aliquibus bonis a nostris Religiosis Mohyloviae in electione Vladislaviana et coronatione concessus sit, longe tamen maxima nobilium civium praecipue villanorum unitorum pars in eo, quam schismaticorum, esto in civitatibus nonnullis Disuniti sint frequentiores.

(*Nota*): Ep.atus Pincensis amplitudo.

Ep.atus Pincens., usque ad tempora Cosatica, nullibi nisi in civitate Pincen. habuit Schismaticos, et sicubi schismatici vel hæretici No-

²⁹⁵ *Notae* hae hic positae inveniuntur in exemplari Archivi de Propaganda Fide, ad marginem positae, quae textum aliquomodo in sua prolixitate magis perspectum reddunt. Has ex ratione technica in ipso textu, non vero in margine posuimus.

biles in bonis suis eos aluerunt. Extenditur ad 40 milliaria in longum et latum, nunc parochos ad 100 habet, continuis Cosacorum Schismaticorumque incursionibus depopulationibusque magna ex parte labefactatus.

(Nota): Archiep.patus Smolenscen. amplitudo.

Smolenscen. Archiep.patus, collateralis Polocen., a Serenissimo Rege Sigismundo III, Moschis anno 1610 cum ducatu Smolenscen. ereptus, Unitis 1625, proxime statim post martyrium B. Josaphat, quasi sanguine ejus, proxima ocius corripiente, collatus est, ac longe lateque per ducatum Severiae extensus plus quam 600 parochos habuit, nullosque etiam in civitate Smolensko Schismaticos, ubique Unitos, hoc autem difficilius, quia in confinibus Moschoviae Smolenscensem et Czerniechoviensem continet palatinatum. Haec de Archiep.patibus et Ep.patibus in ducatu Lithvaniae et provinciis Russiae ad eum pertinentibus. Accedimus ad Russiae provincias Regno Poloniae unitas, in quibus:

(Nota): Ep.patus Vladimiriens. amplitudo.

Primus Ep.patus Vladimiriensis sese offert in Volhynia. Hic tum in partibus Regni Poloniae tum in partibus M. Ducatus Lithvaniae subjectis suam exercet jurisdictionem. In partibus Regni Poloniae a Polesiae provinciae finibus, palatinatu Russiae terraque Chelmensi per Volhyniensem palatinatum, territorium autem Vladimiriense et Cremenecense usque ad palatinatum Brazlavien. et Podolien. extenditur per 60 milliaria germanica et transcendendo Chelmen. terram per palatinatum M. Ducatus Lithvaniae Bresten. totumque Podlachien. et districtus seu territoria Branscen., Bielscen., Mielnicen., Drohicensem aliosque ad illum pertinentes versus Prusiam, plus quam 60 milliariibus germanicis in longum vadit, in latum vero plerumque a 20, parochos ad minimum, praecipue in hac terrarum Regni Poloniae desolatione ad mille habet. Civitates multas et oppida regia magnatumque variorum, et villas quam plurimas includit, rarissimos autem Schismaticos, plurimos Unitos continet, quamquam in majoribus civitatibus numero praevalent Schismatici, et parochias habent suas.

(Nota): Luceorien. Ep.patus administratio.

In Luceoriensi Ep.patu et Ostrogien. qui etiam est in Volhynia, licet Ep.patus iste tempore Vladislaviana electionis Schismaticis cesserit, tamen quia multa bona sunt catholicorum ducum, magnatum, Nobilium, inveniuntur in eodem et Nobiles uniti, et civitates et oppida, villaeque multae nec non monasteria aliqua Unitis subrecta ita, ut etiam modo in summa Volhyniae desolatione, ac inter meros Schismaticos reperiantur circa 100 parochiae, monasteria 7, succensis aliis. Administratio Ep.patus hujus quoad Unitos pertinere solet ad Zydzyczen. archiman-

dritam, qui communiter solet esse Episcopus, nam pro separato Ep. po Luceorien. Unitorum bona sunt nulla, ut ex illis habeat sustentationem. Recens autem elapso tempore pertinebat ad R. dum nostrum Premysliensem, in Februario praesentis anni defunctum; qui in eodem Ep. patu Luceorien. Dubnen. et Dermanensem habuit archimandriam ex eo, quia archimandriam Zydyczynen. non ita pridem Schismatici Unitis ereptam tenuerunt, nunc administratio illa ad modernum (f. 89) Ep. pum Chelmensem etiam Archimandritam Zydyczynen. devoluta.

(Nota): Ep. patus Chelmensis magnitudo.

Ep. patus Chelmensis in Russiae palatinatu existens, terram totam Chelmen, et totum palatinatum Belzen., palatinatus autem Lublinensis partem includit, in longum et latum plusquam 50 milliaria germanica protrahitur. Ep. patus hic versus Poloniam et Lithvaniam nullibi Schismaticos, ubique Unitos habet, excepta Lublinensi civitate; versus Volhyniam alicubi et Podoliam ac districtus Leopoliensem, Premyslien. multas habet a Schismaticis parochias per vim occupatas. In universum continet parochias ad 700, sub Unione plusquam trecentas et plane majorem partem habemus. Dabitur autem paulo inferius, cur non sint omnes in obedientia. In hoc Ep. patu frequentissimae sunt civitates et oppida propter terrae ubertatem, capitaneatus seu praefecturae Regales tredecim, exceptis aliis bonis regalibus, in eodem nobilissima civitas Zamoscium cum propugnaculo.

(Nota): Ep. patus Praemyslien. amplitudo.

Ep. patus Premislien. amplissimus, Nobiles in eo quam plurimi Rutheni, si omnes essent obedientes, termille numerarentur Parochiae. Sed inquietissimus; a 50 enim annis Unitorum cum Schismaticis perpetua ibi est concertatio. Unitus Ep. pus cathedra pulsus toties et toties iterumque eam recepit. Nupernus vero mortuus, per 12 annos Ep. patum regens, in villa debuit propria cathedram locare. Extollitur hic Ep. patus in longum et latum plusquam 100 milliaria germanica, nam etiam Hungariae nonnullae et Scepusien. capitaneatus, non procul Cracovia civitate, ad eum pertinet. In hoc Ep. patu oeconomia regia Samboriensis aliquot supradecem civitates continens ad 400 autem villas. In hoc sita Premislia civitas celebris et nova Samboria, bene ambae munitae, Jaroslavia, Sanocia, Soncia, et Stryi aliaeque regales civitates cum capitaneatibus plurimaque oppida Dominorum, millenae et millenae villae. In hoc plurimi sunt Schismatici et ideo mirabilia perpepsi Uniti, ut ex infra dicendis patebit.

Fuerunt insuper in Podolia, quae ad Leopoliensem schismaticum pertinent Ep. patum Szarogroden., in civitate Domini Zamoyscii, Uniti, in remotissima ab Unitorum Ep. patibus regione usque ad ipsam Cosaticam.

Fuerunt etiam in Ukraina post Boristhenem in palatinatu Czernichovien. habebantque ibi multas parochias et archimandriam Czernichovien. Sed per Cosaticum bellum amiserunt. Fuerunt et Kijoviae tenueruntque metropolitanam Kijovien. Cathedram. Sed tempore electionis Vladislaviae nae inviti amiserunt. Habuerunt ibidem nobilissimum monasterium Pieczariense, Kiriloviense et Vidubiense, sed per eandem vim schismaticam tum ante tum sub eandem electionem perdiderunt. Fuerunt denique nonnulli Uniti apud quosdam Nobiles unitos, clam etiam in palatinatu Braslaven. in Ukraina, ut dicitur campestri, ante Boristhenem.

Haec omnia de dilatata Unione dicta sint satis. Quomodo ergo haec sine labore Unitis venerunt? Et audet nos aliquis dicere nihil laborare aut laboravisse? Ad octo millia, ne dicamus plura, parochiarum habuimus, et nunc habemus ad sex: somniantibusne nobis ista in manus venerunt? Quando Unio primo facta est, omnes Religiosi, omnia monasteria, Clerus totus, plebs plurima, Nobilitas frequens, duces et principes Russiae, magnates tam Russiae quam Lithvaniae ab omnibus Ep.pis recesserunt, et paucissimi penes obedientiam illorum, turbantibus ubique Schismaticis, Haereticis, Cosacis permanserunt ac demum vix tres monachi Metropolitanae adhaeserunt. Quando vero ei succedens R.mus Pocij circa S. hanc Unionem laborare caepit, pernecessarium esse videns ad populum convertendum habere Religiosos, monasterium primum apprehendit Vilmense, juventutemque collegit. Ex quo prodiit B. Martyr Josaphat, vir excell.mus Josephus Rutski, columna Unionis, et plurimi alii a doctrina et pietate commendatissimi Religiosi, ex quorum numero varii ad Ep.patus, ad Praelaturas (f. 90) sunt assumpti; ex hoc monasterio variae etiam monasteriorum nostrorum ductae sunt coloniae, qui Ep.pi et Religiosi tot et tantos postea Deo lucrati sunt.

(Nota): Primus Metropolitanus Unionis modernae — Michaël Rahoza.

Atque ut ordine ipso procedamus, nec ipsum Michaëlem Rohozam, primum Unitorum Metropolitanum sileamus, qui per supra dictum Hypatium Pocij, Ep.pum Vladimiriens., de saeculari Senatore, Castellano videlicet Brestensi, ad Ep.patum assumptum, Clementi olim VIII et Cyrillum Terlecki, Ep.pum Luceorien. obedientiam praestitit. Hic dum Dioecesim suam visitat, ac inceptam promovet Unionem, [in Slucko civitate Radziviliana] [Minsci, in celebri Lithuaniae civitate — *lectio Archivi P.F.*] a populo insolenti lapidibus impetitus, nisi ab aliis piis defensus fuisset hominibus, periisset; senio tandem confectus, brevi ex vita et Metropolia cessit.

(Nota): Secundus — Hypatius Pocij.

Successor ejus R.mus Pocij cum plurima habeat sui zeli testimonia,

etiam in Synodis latinorum Ep. patuum Regni Poloniae, typo datis, testatus est suam Ap.licae Sedi fidelitatem. Unionis vero S. promotionem, quando sub annum 1609, Vilnae, in praesentia Serenissimi Regis Sigismundi III et Reipublicae Polonae pariter atque Lithuanae, multorum Senatorum publica in processione, a quodam instructo per Schismaticos pedite vulgo haydone framea exacuta, in collum vibrata, cum manum dextram unaque baccillum suum, quem tenuerat, opposuisset, digitos tres amisit, vestis collare cum torqueo aureo illi dissectum parumque abfuit, quin decollatus fuisset. Digitos hosce Josephus Rutski, Vilnensis tunc monasterii Superior, de terra collegit, ad ecclesiam Sanctissimae Trinitatis Ruthenorum detulit, in altari coram venerabili sacramento reposuit. Collectisque religiosis Patribus et concurrente magno populo pro hac in pastorem suum visitatione, gratias agens, « Te Deum laudamus » solemniter cecinit. Memoriale hujus tragediae etiam nunc superest, argentea tabella expressum, atque iconi miraculosissimae Beatae Virginis Vilnen. ab eodem R.mo Pocij appensum, cum hoc lemmate: « *Castigans castigavit me Dominus, morti autem non tradidit me* ». Praelati istius zelosissimi extant typo tradita monumenta: Quinque capita Gennadii Scholarii, patriarchae Constantinopolitani, in slavonicum versa; de unione conclusa in Synodo Florentina; Defensio ejusdem Synodi, itidem slavonica; contra Basili Surazki calumnias et figmenta; Synodus Brestensis, ab initio hujus Unionis in ditionibus Regni Poloniae recepta; Harmonia caeremoniarum catholicae Romanae et Graece Ecclesiae, slavonica et polonica; Discursus civis Brestensis cum confratre Schismaticorum Brestensi, slavonicus. Refutatio polonica cujusdam anonymi schismatici Philaleti, et similia. Praeter alias lucubrationes, privatim contra varios Schismaticos scriptas, et tomus plane Concionum, quas ipse habebat manumque propria scripserat.

Quot autem iste Praelatus sua resolutione receperit ecclesias, et in Unione retinuerit, quot homines varii status et conditionis ad S. Unionem a schismate converterit, frementibus variis ducibus, magnatibus, nobilibus schismaticaе Russiae et civitatum variarum confraternitatibus, mirum certe est, et dictu perquam difficile. Anno 1600 ad judicia Comitiorum Regni cum omnibus Ep.pis nostris a Schismaticis evocatus, omnes Ep.patus et quaecunq̄ue tenuerunt Uniti, imo etiam Disuniti, decreto Comitiorum lucratus est.

In ipso schismatis nido, Kijoviae cathedram Kijoviensem, monasterium Pieczariense, et alia monasteria cum summis vitae periculis ad mortem suam tenuit, defenditque; laborum quoque ejus supersunt testes tot constitutiones Regni, in quibus dum eum, ut pastorem Unionis vigilantissimum, potentia sua Schismatici opprimunt, tot contra Unitos prodeunt leges, contra quas a Republica, movente ipso, protestationes factae,

ipse vero semper in promotione Unionis S. audentior et ardentior factus ibat victorque per ora totius Regni volitabat.

(Nota): Tertius — Josephus Velamin Rucki, Alumnus Collegii Graeci. Romae.

Successit illi tanto parente filius Josephus Velaminus Rutki, (f. 91) de cujus hic ad Ritum nostrum vocatione utpote miraculosissima scribere longe operosum esset; erit locus alibi hac super re dicendi. Hic factus Metropolitanus tot imprimis dignos Ep. patibus praefecit Praelatos, ut nullis doctrina cederent Ep. pis, quorum etiam alii nobilissimi in patria fuerunt. Evexit enim ad Premisliensem Krupecium, ad Luceoriensem Poczapowscium, ad Vlodimiriensem Morochowscium, post eum Bacovecium, ad Chelmensem Athanasium Pakosta et post eum Methodium Terlecki, ad Pincensem Paisium Hohol, post eum Gregorium Michalowicz, deinde Raphaelem Korsak, qui post Metropolitanus fuit, ad Polocen. B. tum Martyrem Josaphat Kuncevicium, post eum vero Antonium Sielava, ac demum ad Smolenscensem Archi-Ep. patum Leonem Kreuza. Monasteria partim a Schismaticis recepit, partim noviter fundata non sine labore suo vidit, videlicet virorum Vilnen., Polocen., Minscen., Novogroden., Supraslien., Czerejen., Braslavien., Mohilovien., Pustynen., Mscislavien., Smolenscen., Czernihovien., Trocen., Grodnen., Czerolonen., Volnen., Kobrynen., Leszczynen., Zyrovicen., Bythenen., Zydyczynen., Dubnen. aliud Salvatoris aliud S. Crucis, Dermanen., Drohobuzen., Szumscen., Stozeczen., Dobrotworen. alia autem post illum fundata vel recepta sunt, enumerata enim vero omnia retinemus exceptis illis, quae per bella moderna aut deleta sunt, aut erepta, ut Szumscen., Smolenscen., Czernihovien., Pustinen. et Mscislavien., Mohilovien. item Leszczynen., Dobrotworen., exceptis aliis, quae recentim habuimus fundata, et Schismatici violenter nobis ademerunt. Ejusdem tempore virginum monasteria fundata sunt: Vilnen., Polocen., Novogroden., Grodnen., Pincen., duplex Minscen., Orszan.. Recepta autem a Schismaticis duo sub Ostrogio, Roznaren., quod est igne deletum, et Dubnen., quod permanet.

Ejus tempore tot viros egregios in Religione habuimus, et scriptis et contionibus et vitae sanctimonia celebres. Ille idem cum quatuor Religiosos ad cathedram Kijovien. misisset, unus eorum Antonius Grekowicz a Cosacis raptus, hieme, sub glaciem nudus in Borysthenem pro Unione missus, et demersus, digiti utriusque manus illi abscissi, cum glaciem apprehenderet. Alter vero, laicus, Mattheus nomine, in sylvis capite deorsum nudus suspensus, quatuor diebus perduravit, tandem a muliere quadam peccora pascente religiat, esto ad se rediit, tamen usque ad mortem et signa suspensionis et defectum in capite habuit. Alios autem quatuor nempe Alexandrum Szkoldycki, Ignatium Szoporowicz, Mat-


theum laicum, Jacobum Kosowicki, clericum, iidem Cosaci arripuerunt et Terechtmiroviam ad monasterium suum Cosaticum, in quo omnia spolia sua de hostibus percepta dicabant, deduxerunt cathenis et torquibus, inedia et carceribus per medium annum praesserunt, occisuri alias, nisi a Rege Sigismundo severis literis increpati eos dimisissent.

Ejusdem quoque tempore Kijoviae Uniti. Praetor civitatis cognomine Balika, Archipresbyter Kijovien. et duo Presbyteri saeculares cum eo a Sahaydaczny, duce Cosacorum ad Borecium, Pseudo-Metropolitanum Kijovien. schismaticum adducti, cum eum pro pastore non recognoscerent, ac ad Josephum Rutschium, tanquam verum suum pastorem appellerent, omnes decollati sunt. In loco decollationis per multum temporis deleri sanguis eorum non poterat, et noctu saepissime luminaria ardere videbantur. Et licet fimo locus toties repleretur, fimus noctu abiciebatur, et sanquis apparebat. Haec miracula etsi nota variis fuerint, ex unius tamen Religiosi schismatici, et Archidiaconi Metropolitanae eorundem Kijovien. (f. 92) Mohilae, postea ad Unionem conversi, jurejurando asseverata, modernus Ep. pus Chelmensis audivit, adjecitque ille plurimos hoc vidisse, et post saepe narrata audivisse. De his caesis fuerat et contio polonica composita, commemoratur quoque in processu B. Martyris Josaphat, si bene meminimus.

Similiter ejusdem Rutschii tempore Matthaeus, Archipresbyter Szarogroden., pro Unione S., quam, a quodam Colonello Cosacorum quaesitus, non negavit, primo ad scalas pedibus sursum suspensus nudus, gravissime caesus, tandem decolatus est; poena Dei Colonellum cum omnibus ejus Cosacis subsequente, nam in crastinum a Tartaris cum tota sua legione deletus est. Cum vero quodam in loco sepultus esset, tumulus ejus adeo in profundum descendit, ut in hiatu illo oculis fundus adspici non posset. Imago hujus Presbyteri, apud Regem Serenissimum Vladislaum IV in conclavi ipso, honoris ergo, posita fuit.

Ejusdem itidem Rutschii Metropolitanam uniti temporibus, Antonius Budkiewicz, Religiosus basilianus, in Premisliensi dioecesi tertio die Paschatis in ecclesia ipsa ad altare, super Tyram fluvium, post veterem civitatem Samborien in quadam villa existente, cum Missam celebraret, securibus a schismaticis dissectus est, et occisus.

Breviter hic commemoro nonnullos viros praeclare sanctos tempore ejusdem Metropolitanae florentes. Et primum quidem Laicum quendam, tempore cujus mortis comparuit S. Basilius cum S. Petro eidem dicens: en primum S. Petre ex renovato hortulo meo habes flosculum. Qui Laicus post haec dicta, et Superioribus relata brevi expiravit. Fuit et alius Laicus Zyroviciis, frater Marcus, vir castissimus, 24 annis sacristiae B. mae Virginis Zyrovicensi inserviens. Adicio Hieroteum Cisowicz, Superiorem et



JACOBUS SUSZA - EPISCOPUS CHELMENSIS
(1652 - 1687)

magistrum novitiorum Bytheniensem, qui etiam miraculis claruit, uti expulsione demonum, variis visionibus, replicatione in duobus locis, sanatione nonnullorum. Modestiae, silentii, mortificationis, contemplationis studiosissimus erat, et mirabilis prudentiae in regendis sibi subditis. Hic Zyroviciis, praevisa ante morte (pro qua studio ad locum hic miraculosum Zyrovicen. postquam omnibus quasi moriturus Bythenii valedixisset, discessit), cum praeclara et mirabili dispositione mortuus est. Ejus corpus, cum supulcretum Zyroviciis in Ecclesia pro Religiosis extruetur, post 20 annos in terra integerrimum et albissimum inventum est. Uti etiam Theodori Meleszkowicz, seniculi excellentissimi et de cathedra Vladimiriensi per eruditionem juvenum, concionesque et varia catholica servitia meritissimi, qui simul atque in Ep.pum Chelmen. post Athanasium Pakosta anno 1626 consecratus est, eadem die mortuus est, utpote etiam tempore consecrationis aegerrimus existens.

Ejusdem pariter Rutschii tempore a schismate conversus vir excell. mus Tyszkiewicz, archimandrita Leszczynensis, sanctissime vixit, et miraculosissime mortuus est. Similiter magnus vir Simeon Jackiewicz, Regibus Serenissimis Vladislao IV et Joanni Casimiro notissimus nec non variis Lithuaniae proceribus. Hic in vita sua propter virtutes hoc elogium a magno viro Societatis Jesu, Nicolao Lancicio meruit: Nullum esse hoc tempore in toto orbe catholico sanctitate majorem. Qui tandem plurima perpressus a suis persecutoribus, annis et meritis plenus, anno 1653 infra octavam Paschatis, cum confessione totius vitae peracta (in qua confesarius materiam gravis peccati nullam invenit), Venerabile Sacramentum sumere deberet, omnibus jam viribus destitutus, divino quodam amoris afflatu vividus factus, se ipsum ornavit, in terra constitit, venientemque cum Sacra Eucharistia sacerdotem, ubi vidit, genibus flexit, et post debitas a sacerdote peractas aliquo tempore preces, eandem suscepit, et cum dictis: credo, spero, doleo, amo, exnunc flectens expiravit; miracula (f. 93) quaedam in ejus sepultura contigerunt, de quibus in vita ejus conscribenda, brevi patebit. Corpus ejus integerrimum hucusque manet, licet in humidissimo loco et calce repleto fuit, de quo etiam in vita latius. Non commemoramus alios viros egregie probos, et juvenes, et senes, quia in opus grande haec informatio excresceret. Solus Smotricius, Schismaticorum princeps et Archiep.pus memori mente haereat apud S. Sedem ab eodem Rutschio ad Unionem S. conversus et receptus, qui quanta flourerit sanctitate, mors ejus demonstravit, cum Breve Sanctissimi olim Urbani VIII post 5 horas ab exitu animae ei ad manus impositum, digitis ita constrinxerit ut nemini, etiam vi summa extrahenti, extrahere permiserit, soli Rutschio, post multas septimanas, coram plurimo schisma-

tico populo Nobilibusque et vario clero, demiserit accipiendum. Cujus etiam vita et hoc ipsum brevi latius ordinabitur.

Quot autem Rutschius animas converterit, testatur solus status Metropolitanus, ubi rarissimi Disuniti; testantur aliae Dioeceses, quas ille vel per administrationem tenuit, vel uti pastor visitavit, certe non solum tres millones, ut quondam probatum est, sed etiam plures ad S. Ecclesiae gremium reduxit.

Et quidem zelum ejus variis in occasionibus pro catholica fide susceptum, et Religiosorum ac Presbyterorum in ejusdem dioecesi nec non manifesta Dei adjutoria zelo isti cooperantia, difficile est paucis comprehendere. Cursim aliqua enumerabo: Vilnae eo monasterium dirigente, dum Schismatici conspirati quadam hyeme, sub tempus antelucani Matutini, tempore ipsius Doxologii, omnes arreptos occidere volunt Religiosos, et monasterium cum ecclesia occupare caeteraque id genus facere moliantur, ille ipse et B. Martyr Josaphat cum Religiosis tanto tumultui prudentissimi et celerrimi occurrere, Magistratus et palatini Vilnen. implorato et praestito auxilio. Dum idem scelus ibidem alia vice Schismatici attentare intendunt, Rutschio cum fratribus ad arma Dei et supplicationes concurrente, vidit Virgo Basilissa Sapiezanka, Senatorii ordinis, sanctimonialis nostra, et Vilnen. monasterii virginum Superior, 40 S. Martyres in aere contra Schismaticos armatos, viderunt hoc et Schismatici, quare etiam exterriti continuo pedem retrotulerunt.

Novogrodeci, cum prae simplicitate Ruthenorum totam civitatem Arianismus occupasset, ejus labore et Religiosorum, quos congregavit, perfectum est, ut nec unicus Arianus manserit. Quinimo decreto Reipublicae, illo instante, si qui fuerunt obstinati, illic pulsati sunt.

Cum eandem Leopoli zelaret Unionem, et procedere ad Schismaticorum ecclesiam quasi occupandam, videretur, Nobiles et cives tumultuantes cum armis ipsi occurrerunt, dispersisque asseclis Rutschii in illum ipsum ex bombardis globis duobus onerata jaculati sunt. Qui sancta Cruce dum se ipsum munit eandemque bombardae opposuit, in varias rumpitur partes, nec Rutschium aut ullum quempiam laedit. Ac demum Magistratum in sceleratorum hominum poenas exardescentem placat hostibusque suis omnia benignissime condonat.

Visitat ille Volhyniam et Stephanum, Ducum ab Ostrog civitatem, ingreditur, tumultu populus excitato, adeo eum insectari, lapidibus sordibusque impetere cum grandi vociferatione scommatibusque coepit, ut occisus fuisset, nisi in adjutorium capitaneus arcis ejus accurrisset. Projeceret tunc quidam ex populo ferreum accutum ligonem in ipsam Rutschij rhedam, stantemque in fulcro penes rotam, ut moris est, satellitem ferme decolavisset, nisi ille satellites inclinato capite ictum fefelisset, ita

ut ligo ille ferreus acumine suo in columnellam ferream rhedae impegerit. Ex clero autem Rutschii et lapidibus aliqui et baculis excepti sunt.

Post Vladislavianam coronationem terribilis exorta est contra Unionem persecutio, (f. 94) ut ubique in Russia quacunquē se extenderat Unio, monasteria et ecclesiae variae Unitis per commissarios plebemque armatam, illis assistentem, eripiebantur. Rutschius in sua dioecesi alibi per se ipsum, alibi per Religiosos, alibi per saeculares sacerdotes strenuissime ecclesias defendit. Notum est, quando dux Radzivillius, haereticus, postea dux exercituum et Lithuaniae Primas, aliquot centenis peditum armatus et pluribus millibus Civium Vिल्nensium stipatus, ecclesias Vilnae vellet recipere, illic praesente Rutschio, induti sacris vestibus Religiosi et Sacerdotes saeculares in foribus coemeteriorum et ecclesiarum constiterent, priusque occidi se quam ecclesias eripi permiserunt, ac infectis rebus adversarios recedere compulerunt. Viderunt hoc spectaculum alii commissarii in civitate Minscen., quando Religiosi et Sacerdotes saeculares cum omnibus suis Unitis, longe potentioribus Schismaticis, sese objecerunt, sanguinem suum potius Deo litaturi, quam ecclesias tradituri. Idem fuit Grodnae, Slonimi et Novogrodeci. Sed hic operae praetium fuerit, mirabilem Dei protectionem Unitorum commemorare. Elegerunt schismatici commissarium quendam potentem, qui plusquam haereticus fuit, imo semiatheus. Hic dum se praeparat Novogrodeci ad recipiendas ab Unitis ecclesias, Aarii sordida morte, effluentibus visceribus in cloacam, emisit animam. Corpus ejus in Novogrodensi palatinatu dum vult uxor sepelire in suis bonis, in transitu ecclesiae jussit campanas pulsari, sed impio homini neque campanae obedivere, esto omnibus viribus hominum pulsare volentium moverentur.

Zelum ejusdem Rutschii, et Sanctae promotionem Unionis frequentissimi ejus ad varia judiciorum subselia excursus probare possunt toties in Comitibus, toties in Tribunalibus Regni et Lithuaniae, toties in aliis judiciis defensa s. fides. Bona ecclesiastica juridice lucrata, ecclesiae aedificatae, Novitiatus Religiosorum erectus, in quem RR.PP. Societatis Jesu ab eodem ad erudiendos Religiosos nostros in spiritu introducti. Ita ut ille optimus pastor variorum etiam monasteriorum Superiores et in Religione proventus aetate ad religiosum spiritum hauriendum ad hunc novitiatum exercendos miserit. Ille idem, abalienatis nobilibus, sanguine sibi junctis, Bona sua haereditaria Metropoliā incorporavit. Innumera alia omitto, alias enim tota vita ipsius esset exponenda.

Obit Rutschius sanctissime anno 1635, Februarii 20, in Monasterio Dermanensi, non sine aliqua veneni a Schismaticis propinati suspitione.²⁹⁶

²⁹⁶ Suspicio haec tunc temporis viva adhuc erat, sed an revera factum hoc erat criminis, nescimus. Similes suspiciones tunc temporis sat frequentes erant.

Corpus ejus e dicto Monasterio in fine Aprilis anni ejusdem eductum, ut Vilnae sepeliretur, in via Pinsci duabus septimanis ad videndum hominibus expositum sine mutatione, sine fetore, populi concurrentis adoratione ipsorumque Schismaticorum veneratione cultum, exosculatum, Vilnam tandem deductum cum totius cleri Vilnen. Latini et Rutheni necnon Religiosorum omnium, magnatum, nobilium, civium, populique uniuscujusque sexus sollemnissima processione ab ecclesia s. Petri, in Antokole suburbii Vilnen. locata, ferme per unum milliare germanicum ad aedem SS.mae Trinitatis Unitorum allatum et sepultum, usque ad Moschi invasionem, anno 1655 factam, integerrimum, albissimum, tractabile ac molle permansit. A Moschis (quia etiam Rutscius ex atavo suo Veliamino ducibus Moschoviae descenderat) acceptum est Vilna una cum corpore, itidem integro, patriarchae Moschoviensis Ignatii et in Moschoviam delatum est.

Et quia obiter hic Ignatium patriarcham memoravimus, Sigismundo ille III, Regi Poloniae sub annum 1610 capto Smolensco cum liberam ei daret optionem: in suis ditionibus manendi, aut in Moschoviam redeundi, libere se subdidit memorato Regi, nollens amplius in schismate manere, velleque se potius Unionem amplecti, de qua jam in Russia existente bene sciverat, multisque annis in monasterio Vilnensi SS.me Trinitatis, ex provisione regia, Rutscio convixit.

Post sepulturam Rutscii, vir quidam probus ex RR.PP. Carmelitis discalceatis (f. 95) vidit inter B. Martyrem Josaphat et virum plane divinum Smotrycium gloria magna fulgentes, majore tamen illis praecellentem in medio Rutscium, quod postea sat probatae etiam virtutis viro, patri Simeoni Jackiewicz, Superiori Bytheniensi nostri Ordinis, de quo supra diximus, revelavit, pervulgatumque hoc est in nostra Religione. Et quidem multa talia per incuriam nostrorum incognita abeunt.

(Nota): Primus Ep.pus Luceorien. — Cyrillus Terlecki.

Quod Cyrillum Terlecki, Ep.pum Luceorien. unitum concernit, qui cum Hypatio Pociy obedientiam Clementi olim VIII detulit, bene ille spartam suam in Unione S. promovenda tuitus est. Nam exurgentibus undique Schismaticis, protegente viro regiae proximo potentia, duce Basilio Constantino ab Ostrog (primus hic ad Unionem cum Romanis Ruthenos stimulaverat, ab Haereticis ab Unione Romana, perlevi nostrum data occasione abalienatus, eandem multum persecutus est et tandem brevi, etiamsi de sanguine suo duos filios, nepotes duos, egregios duces familiae suae, ditissimis etiam familiis junctos habuerit, divinitus plane totaliter deletus est, et alienis familiis longe amplissimam ducibusque extraneis aequalem facile haereditatem suam devolutam tradidit possi-

dendam) exurgentibus, inquam, undique Schismaticis praecipue Gedeone Balabano, Ep. po Leopoliensi, ducis memorati confessario, qui, primum in Unionem manu sua subscripta consenserat, post ab Unione recesserat, ita se strenue gessit dictus Cyrillus tum in varios Schismaticos tum in Gedeonem Balabanum, ut eum proxima sedis suae Luceoriensis Archimandria Zydzynen. expulerit, atque cum nepoti suo ille itidem in Religione schismatica appellato Gedeoni eandem archimandriam cessisset, adeo inobedientem praessit, ut infami ipso per leges Regni facto, etiam archimandriam ademerit, dicto Balabano, Ep. pi Leopoliensis nepote, cum vita sua aufugiente.

Qualem zelum promovendae S. Unionis B. Martyr Josaphat monstraverit, hic, ne jota quidem addi volo, cum probe S. Ecclesiae jam inclauerit. Successor ejus Antonius Sielava 32 annis Polocensem rexit sedem. Semper et ille defensionem S. Unionis incubuit, et feliciter Dei gratia eandem usque ad Vladislavianam electionem et coronationem promovit. Polociae, Vitebsci Schismaticos eradicavit et a Rege Serenissimo Sigismundo, ne Schismatici illic ecclesias haberent, obtinuit. Quod etiam succedens Vladislaus quartus privilegio suo contulit. Nihilominus post ea revaluerunt Schismatici et Polociae unam ecclesiam obtinuerunt, non tamen Vitebsci. Hic idem tot sacras aedes aedificavit, cathedram suam excellenter reformavit, ornamentis ditavit, jure bona vindicavit, clerum excoluit. Contra Schismaticos opuscula quaedam scripsit, multumque post Vladislavianam coronationem in defendendis ecclesiis, pro schismate concessis, uti Mscislaviae, Mohiloviae, Vitepsci, Polociae et alibi desudavit. Mohyloviae cum per suos Religiosos monasterium defendisset, praevalentibus Schismaticis, unam et alteram amisit ecclesiam, Religiosi vero ad suum monasterium pertinens portorium amiserunt, quod diplomate regio Ep. po schismatico Mscislaviensi et Mohyloviensi dicto cessit cum redditibus annuis mille ducentorum scutorum.

Terribilis hic Dei vindicta super Schismaticos post ademptam unitis ecclesiam SS. Trinitatis contigit. Nam anno 1636 ecclesia dicta recepta, variisque circum circa in territorio Mohyloviensi erreptis, cum primo ecclesiae illius pavimento, parietes, laqueor et altare ipsum faeminae lavissent, ipso die SS. Trinitatis, quod in Ritu Graeco secunda die Pentecostes celebratur, tota civitas effusa, viri faeminaeque splendide ornati, cum clero suo schismatico ad eam possidendam processionabiliter iverunt. Et quia per medium civitatis Borysthenes fluit, cum navibus duabus hippaginibus variisque cymbis trajecerunt, atque in ecclesia illa suas devotiones triumphantem peregerunt. Atque dum laeti redeunt repente in medio fluminis, turbine consurgente, cum navibus hyppaginibus, et cymbis momento eversi, plusquam mille perierunt. Extracta cadavera

quingenta circiter, alia urinatores extrahere nequiverunt, quod terribilium quasi satyrorum aspectu ad cadavera consentientium prohibiti fuissent. De eodem Archiep. po Polocen. infra erit occasio dicendi.

(*Nota*): Archiep. pus Smolenscen. Leo Creuza. Alumnus Collegii Graeci. Romae.

Circa annum (f. 96) 1625, a Sigismundo III Rege Poloniae Archiep. patu Smolenscen. Unitis tradito, praefectus fuerat Leo Kreusa Archimandrita Vilnen., S. Theologiae doctor, vir zelantissimus. In rudissimos sane Moschovitarum Presbyteros sua dexteritate, et morum comitate omnes ad obedientiam S. Unionis pellexit, et tam felix fuit, ut nullus Smolensci et in tota ejus dioecesi Schismaticus compareret. Multa etiam iste bona Ecclesiae vindicavit, saluti animarum semper incubuit, libellum dictum *Unio* contra Schismaticos edidit, qui ab omnibus Unionis seu gemmae nomine intitulatus est. In disputationibus cum haereticis, tam Arianis quam Calvinis et Luteranis felicissimus. Concionator excellens, multisque bonis factis plenus dierum vita decessit.

(*Nota*): Andreas Zloty, secundus Archiep. pus Smolenscen. Alumnus Collegii Graeci. Romae.

Eundem Archiep. patum in obedientia semper et s. fide catholica successor ejus Andreas Zloty Kwasninski, usque ad occupationem a Moschis Ducatus Smolenscen. et Severiae retinuit. Schismaticos intrudentes se Smolenscum diligentissime prohibuit. Imo cum quidam Nobiles schismatici in suo fundo ecclesiam sibi erexissent, igne subjecto combussit ac in variis judiciorum subseliis a Schismaticis, quod exercitium eis liberum fidei suae non permetteret, toties turbatus semper fortissime restitit, victorque evasit. Occupato Smolensco cum optio daretur libere manendi, suaque etiam sub ditione Moschorum exercendi, ut Regi, Domino suo fidelis subditus, sic S. Matri Ecclesiae obsequens filius, omnibus spoliatus exivit.

(*Nota*): Raphaël Korsak, Ep. pus Pinscensis, postea Metropolitanus Archiepiscopus quartus. Collegii Graeci Alumnus. Romae.

Eadem sors laborum tam Raphaëlem Korsak quam successorem ejus Pachomium Oranski Ep. pum Pinscen. praessit. Siquidem et illi post coronationem Vladislavianam multum a Schismaticis, qui per commissarios suos ecclesias ipsi eripere conabantur, passi sunt. Quibus non ereptis conventicula sua, primo in privatis domibus peragebant, tandem publicam ecclesiam, sub confraternitatis nomine, in fundo Nobilium schismaticorum erexerunt populumque innocentem turbaverunt. Ereptum tunc temporis non adeo procul a civitate Pinscensi Unitis Monasterium Leszczy-nen., quod hucusque perduellis schismaticus Tukalski tenuit. Notus fuit

S. Ecclesiae Romanae Raphaël Korsak, postea Metropolitanus Kijoviensis, qui multum in perficienda B. Martyris Josaphat Beatificatione laboravit, multis ille insuper concionibus claruit et scriptis nonnullis in defensionem Unionis editis, bene de Ecclesia unita meruit. Mortuus Romae ad aedem SS. Sergij et Bacchi Unitorum ibidemque sepultus.

(Nota): Pachomius Oranski, Ep.pus Pincensis. Alumnus Bronsbergensis et Collegii Graeci. Romae.

Similiter Pachomius Oranski suo Ep.pali Officio non defuit, et libellum sat bonum in defensionem Unionis intitulatum *Speculum unionis* luci tradidit.

Haec de Unitis antiquioribus in Regno Poloniae et Ducato Lithuaniae quondam existentibus.

Jam vero post Vladislavianam coronationem quod non actum in aliis provinciis Regno Poloniae subjectis? Kijovia expulsi Uniti, cathedra cessit Kijoviensis Disunitis et Monasteria nonnulla.

(Nota): Ep.pus Luceoriensis Hieremias Poczapowski. Alumnus Collegii Graeci. Romae.

Cessit etiam Luceoriensis Ep.patus, in quo pia memoriae Hieremias Poczapowski, cum per totam vitam suam zelosissime tempore Sigismundi Regis Unionem promoveret, omnes ferme civitates et oppida et villas eidem subjecit. Cathedram excellenter reformavit, bona mirabiliter jure vindicavit cum summo discrimine vitae suae et injuriis in corpore acceptis. Concionibus frequentissimis ad convertendum populum usus est, atque opuscula contra schismaticos edidit.

Ad extremum, quando schismatici tempore Vladislaviana coronationis Luceoriensem Ep.patum sibi vindicarunt, impatientes morae, praecipue Athanasius Puzina, nominatus schismaticorum Luceorien. Ep.pus invitatum eum ad quandam consessionem, quasi modo amico, veneno inescarunt. Ex quo statim aegritudine gravi distentus, post duas excessit septimanas, cum certissimis veneni signis.

(Nota): Joachimus Morochofski, Ep.pus Vladimiriensis. Alumnus Collegii Graeci. Romae.

Haec nobis praemia, permittente Deo, pro Unionis promotione obveniunt. Joachimus Morochofski, vir doctissimus, Regiae Majestatis secretarius, post (f. 97) Pocij Vladimiriensi Cathedrae suffectus, quantus zelator fuerit Unionis quicumque vel leviter eum novit, potest optime attestari. Cathedras ille Vladimiriensem et Brestensem insigniter reformavit, imaginibus ornavit, sacris vestimentis plurimis praeciosissimis ditavit, in villis Ep.patus sui varias ecclesias a fundamento erexit, similiterque imaginibus sacris et foundationibus ac apparatus ditavit. Pro juventute exercenda scholas tenuit. Praeceptores providit. Capitulum ordinavit

et fundavit. Cujus tempore miraculosissima ibi extitit Icon Virginis, cujus devotionem ita promovit, ut in confraternitatem a Summis Pontificibus Romae obtentam inscriberent sese nonmodo nobiles Rutheni et Latini, praeter cives et populares homines, sed etiam principes et duces Zaslauscii a Koszer Sanguscii aliique magnates nobilissimi. Contra Schismaticos scripsit multa, et edidit, ut *Paregoriam* contra eorum *Lamentum*;²⁹⁷ liber est justae magnitudinis, doctrinae excellentis de omnibus controversis fidei nostrae inter Schismaticos articulis. Similiter de causis ruptae unionis Graecorum cum S. Romana Ecclesia, tum etiam *Verificationem defensae unionis*, aliaque nonnulla opuscula. Clerum frequenti synodorum celebratione variisque ad mores reformandos statutis, legibus reformavit ac Unionem Sanctam longe lateque in sua dioecesi, variis ex locis pulsis Schismaticis, propagavit, ac in pace annis plenus cum desiderio omnium magnaue sanctimoniae opinione decessit.

(Nota): Josephus Bakoviecius, Ep.pus Vladimirien. Tertius a Pociey.

Ejus successor Josephus Bakoviecius, ex aulico regio et notario Russiae ad eundem assumptus Ep.patum, incidit in tempora Vladislaviana, qui et ipse multa passus multumque desudavit cum eriperentur illi variae a Schismaticis per commissionem Vladislavianam ecclesiae. Et vero cum aliis in locis defendisset, in aliis prae violentia Schismaticorum succubisset, ad cathedram Brestensem defendendam in persona sua cum omnibus descendit, usque ad ultimum eam tuiturus spiritum. Ecce commissarius, vir magnae notae, palatinus Belzensis, Leszczynski, haereticus calvinianus, cum Brestam etiam pervenisset, et in crastinum recipere cathedram illam vellet, pridie vespere sub noctem in sella sedens clanguit, corruit et extinctus est, atque ita Schismatici rebus infectis abscesserunt. Vindicavit etiam iste Ep.pus bona quaedam jure tribunalitio a potentissimis ducibus Zaslaviensibus, ad cathedram Vladimiriensem pertinentia.

(Nota): Athanasius Krupecki, Ep.pus Praemislien.

Post Pseudo-Ep.pum disunitum Kopystynski Praemislien., qui ab initio Unionis S. Romanae Ecclesiae obedientiam cum aliis nostris Ep.pis redidit, et rursus recessit, Athanasius Krupecki, itidem ex Aulico regio et Regente Russiae in Cancellaria Regni Poloniae, ad Ep.patum Premyslien. et Samborien. promotus, ne unicum quidem in suo Ep.patu Unitum invenit. Vir apostolicus, sanctitatis eximiae, abstinentiae magnae,

²⁹⁷ S.d. *Threnos seu Lamentum* scripsit Meletius Maximus Smotryckyj, polemi-
sta anticatholicus, et edidit sub nomine fictitio Theophili Orthologi, *Threnos to iest*
Lament jedyney sw. powszechney Apostolskiej Cerkwie z objasnieniem dogmat wiary pier
wszey z greckiego na slowianski, a teraz z slowianskiego na polski przetlumaczony..., Vilnae
1610. *Paregoria* J. Morochovii respondit ad dictum lamentum, Gubernium vero proces-
sit contra hunc librum confiscatione et punitione editorum et typographorum.

ab anno 1613 sui in Ep.patum ingressus, per 43 annos, quibus eam rexit, carnes non gustavit. Eleemosinarius magnus, qui non solum pecuniam et cibos ad sustentationem etiam sui necessarios, sed etiam saepe saepius vestes et indusia exuens in pauperes clam erogavit. Pernox et perdius in sacris orationibus, quotidie Sacrum Eucharisticum faciens, antiquorum mirabilium Patrum imitator, somni modicissimi, vestibus usus simplicibus, lectisterniis duris, concionibus assidue incumbens.

Quanta autem a Schismaticis perpessus sit, difficile dictu. Nam frequentissime per civitates Ep.patus sui discedentem non modo clamoribus plebs schismatica excipiebat, sed etiam variis jactibus lapidum et sordium impetebat. Ut quandoque ad domus catholicorum coemeteriaquae parochorum latinorum, vel Religiosorum de curru fugeret. Evenit etiam aliquando, ut in lutum in quadam civitate a Schismaticis intrusus fuerit. Quandoque a concitato populo adeo grave fustuarium excepit, ut insanus populus pro occiso eum reliquerit, qui tamen quasi de somno evigilans, a Deo confortatus, ex nunc convaluit. Hoc ex ore ipsius proprio modernus Ep.pus Chelmensis audivit. Nihilominus nunquam hic egregius pastor promovere S. Unionem in tot persecutionibus desiit, ac multos variis in locis ad Unionem lucratus est, obedientesque sibi usque ad mortem habuit. Et numerabantur ad minimum (f. 98) sexcentae Parochiae obedientes. Jure multa bona vindicavit, nonnulla autem regali Samboriensi oeconomiae quidam antea capitanei Samborienses et oeconomi regii Ep.pis Premisliensibus Ruthenis per vim adempta incorporarunt. Ille itaque usque ad eo thesaurarium Regni Poloniae Danilowiczium, capitaneum Samborien., jure tribunalitio pressit, ut ad infamiam deduxerit, quoad ille jure jam vindicta non reddiderit. Verum tamen potentia Regis Vladislai praepediente ad exitum hoc opus non deduxit.

Post coronationem Vladislavianam, si quis Ep.porum tam praecipue iste plurima perpessus est. Nam exceptis variis ecclesiis, quae per commissionem Vladislavianam ei sunt a Schismaticis ereptae, quia Ep.patus Premislien. in duas partes per constitutionem Regni divisus erat, ita ut aliam teneret Schismaticus, aliam Unitus, post mortem vero Uniti, hoc est Krupecii, totaliter cederet Disunitis. Ideo partem suam disunitus Ep.pus Hulewicz occupare volens, monasterium S. Salvatoris ad Ep.patum eum pertinens, anno 1636, die 10 Junii, cum 20000 Nobilium Ruthenorum, civium et rusticorum invasit, sepes monasterii diruit, omnes cellas, granarium, penu caeteraque omnia ad rem familiarem attinentia uno impetu in suam potestatem redegit.²⁹⁸ Confugientibus famulis et amicis

²⁹⁸ Cfr. vol. I, *Litterarum Episcoporum*, pag. 273-283, nr. 145, in iunio 1636.

Krupecii ad turrim ejus loci muratam (ubi post strenue se per 10 circiter dies non sine mutua caede defenderunt); Krupecius autem ipse tum Divina celebrabat, auditoque tumultu, fores ecclesiae obserari jussit, Sacrumque incoeptum, jam enim communio fuit, finivit brevi. Sed Schismatici fores ecclesiasticas securibus exsecarunt, et tumultuatim ecclesiam invaserunt, Huleviccium introduxerunt. Krupecio vestimentis sacris induto imprimis Schismaticus nobilis Markiewicz ad pectus duo pistoleta globis onerata apposuit, quae quidem ignem dederunt, non tamen exploserunt. Tum iisdem pistoletis, dum vult caput Ep.po concutere, alii autem dissecandum, occidendum clamitarunt, Disunitus ipse Hulewicz periculum advertens, pallio eum ep.pali contextit et ne hoc scelus attentarent, exclamavit, ac ad sacristiam quantocius introduxit occlusitque, in qua miser Krupecius, nec edens nec bibens, ad mediam sedit noctem; sedatoque jam plebis insolentis tumultu disunitus Hulewicz silenter eum eduxit. Carozae ejus propriae equis subditorum junctis impositum post unum milliare sine pileo, vesticula una tectum evehi praecepit, qui tandem derelictus solus noctu, parochum Samboriensem prope existentem adiit, carozzam autem, stramen in ea rustici accedentes, cum impetu in Tyram profluentem detruserunt. Sed post modum adeo Krupecius fortiter jure egit contra suos invasores, ut praeter cives et rusticos ad 200 Nobiles banditos et infames cum ipso Huleviccio effecerit. Demum constitutione Regni 1647 Ep.patum suum perpetuis temporibus, ut ad Unitos spectaret, formavit. Huleviccius propter spoliationem thesauri ecclesiastici ad 700 millia constantis, ut est in protestatione Krupecii, etiam suis Schismaticis exosus, quod illa omnia successu temporis cum suis asseclis numerosis abligaverit, tandem in infamiam incidens extinctus est.

Quoad Chelmensem Ep.patum, is nescimus qua providentia Divina, a Florentina Synodo incipiendo atque ab anno 1440, uno post Florentinam, habet quaedam jura, quod inibi Unio fuerit, et privilegium datum Unitis a Vladislao III Jagiellonide, Rege Hungariae et Poloniae, Budae anno 1443tio, Chelmenses Ep.pi conservarunt, renovarunt, confirmarunt imo sub Alexandro, Rege Poloniae et Duce Lithuaniae anno 1504 Petricoviae. Deinde Ep.pus Chelmensis Jonas Sosnowski idem privilegium Unionis confirmavit sub Sigismundo I, Rege, Cracoviae anno 1543, rursum Ep.pus Chelmensis Zacharias sub Rege Sigismundo Augusto confirmavit anno 1567. Tandem succedente Unione confirmarunt alii Ep.pi praecipue tamen Chelmenses, usque ad modernum inclusive Regem.

(Nota): Ep.pus primus Chelmensis. Dyonisius Zbirujski.

Unionis hujus initio, quae nunc etiam durat, fuit zelantissimus Ep.pus Dionysius Zbirujski, ut aparet ex protestationibus ejus contra turbantes

inchoatam Unionem. Is ubique retinuit potestatem in Chelmen. dioecesi nec ullibi fuit schisma ad vitae ejus extrema.

(Nota): Secundus Ep.pus Chelmen. - Arsenius.

Secutus (f. 98bis) eum Arsenius Andrzejowski. Is quoque totum ferme Ep.patum sub Unione habuit, ni etiam inciperent gliscere fortiores turbæ Schismaticorum Leopoli et e Volhynia instantium.

(Nota): Tertius Athanasius Pakosta, Alumnus Bronsbergensis et Vilnensis.

His successit Athanasius Pakosta ex Religiosis nostris Basilianis per Rutsium reformatis, vir divinis humanisque literis eruditus, juris civilis patrii peritissimus. Hic cum esset adhuc simplex Religiosus, Minsci in Lithuania Superiorem monasterii agens, mirabiliter Schismaticos compescuit. Bona apud magnates vindicavit ita, ut quod habeat nunc monasterium Minscense, illius labore partum habet. Factus Ep.pus, vigilantissime in dioecesi sua Unionem S. propagavit, et ut Schismaticis circumquaque in dioecesim irruentibus obviam, omnes civitates regias, quas ad minimum in Chelmen. dioecesi numerare est decem, praeter civitates et oppida magnatum pluresque decanatus rurales, quolibet anno invisens, in iisdem decanatibus synodos particulares annuatim in quolibet decanatu celebravit. Adeo vero hic Ep.patus per injuriam temporum et Ep.porum injuriam desolatus et depaupertatus fuerat, ut unicam solum haberet villam. Athanasius autem sciens, nullo jure duas villas a magno viro Daniloviccio, Regni Poloniae Thesaurario, capitaneo Chelmen. parente illius, qui supra memoratur, occupatas, ea in recuperando usus est arte, ut primum capitulares sacerdotes, clanculum in aulam earum villarum immiserit, eamque et villas per modum hospitis occupaverit, praesidibus post jus et potestatem regendi ademerit; tandem ipse eodem modo easdem Villas possedit. Quod postea, quam rescivisset Thesaurarius, aulam et villas militibus obvallare frequentibus sclopetorum fragoribus hospites terrere et expellere conatus est. Sed Athanasius cum suo clero fortiter agere, pectus cum cruce posita in pectore exponente atque ut pectus et crucem globis tangerent, dictitare in omnibusque eventibus strenue se defendere nec prius exire se velle declaravit, quam per pedes, vivus aut mortuus, extraheretur. In hac obsessione rerumque variarum penuria, ad sex perventum septimanas, et Athanasio Ep.po juri suo per ministros juris regalis consulente, adeo Thesaurarius territus, ut componere cum eo, et abscedere illinc debuerit. Et sic duas illas egregias abhinc villas Ep.patus Chelmensis²⁹⁹ possedit.

²⁹⁹ Athanasius Pakosta, Episcopus Chelmensis (1619-1625).

(Nota): Quartus Ep.pus Chelmensis - Theodorus Mielezkowicz.

Per administrationem, post mortem Athanasii, brevi subsecutam, plane viri ecclesiastici, et desideratissimi, aliquanto tempore hunc Ep.patum Rutscius tenuit et Theodorum Meleszkowicz, virum egregium seniculum ad eum promovit, qui statim in consecratione sua mortuus est, ut supra. Post cujus mortem Methodium Terlecki Basilianae nostrae Religionis excellentem virum pro eodem Ep.patu Regi Serenissimo Sigismundo commendavit, et privilegium pro eo obtinuit.

Hic ante aditam possessionem S.R. Ecclesiae bene commendatus fuerat, quandoquidem in studiis adhuc Viennae existens in Hungariam ad Rascianos et Valachos Ritus Graeci montis Felletrii in Regnis Croatiae, Carniolae et Slavoniae degentes, saepius frequentans, tempore studiorum vacantium multos ad fidem s. convertit, et a barbarie illa, quam habuerunt, expolivit. Tandem studiis peractis, ut prosperius rem ageret, licentiam a S.mo Urbano VIII, Romam adiens, super idem sanctum opus impetravit. Quem Sanctitas Sua missionarium et apostolum ejus gentis faciens, cum variis gratiis suis dimisit, ut patet tum ex alliis, tum ex Brevi, quod incipit: *Omnium hominum saluti pro suo Apostolico munere providere cupiens, etc.*, — Datum Romae d. 25 Martii 1629 anno. Huic Praelato, ad genua S.mi provoluto, idem S.mus Urbanus VIII talia dixit verba: « O mei Rutheni, per vos ego orientem spero convertendum »; multa ille bona in memoratis partibus fecit, atque ab illo in haec usque tempora inibi et per Ungariam frequentissimi sunt Uniti et Ep.pus, qui ejusdem temporibus privatum sacerdotem egit, conversos illos Unitos nunc regit. De quo nunc in literis suis anno D.ni 1662 Munkaczoviae datis, Stephanus Milleus, Societatis Jesu, confessarius et concionator (f. 99) principissae Rakociae commemorat.

(Nota): Quintus Ep.pus Chelmen. Methodius Terlecki, Alumnus Bronsbergensis et Vilnensis.

Posteaquam vero idem Methodius factus esset Ep.pus Chelmen., plane in Vladislaviana incidit tempora videbaturque schisma omne suum virus in eum Ep.patum exeruisse. Commisarii a Vladislao Rege per Schismaticos obtenti, totam eam Dioecesim mirum in modum affligerunt. Accurrente Ep.po et strenue pro suo ovili sese gerente, dum commissarii voce palam clareque edixissent, ut qui nollent esse Uniti, vaderent ad ipsos, qui vellent esse Uniti, vaderent ad Ep.pum. Itaque diversus est ex nunc populus, contigitque mirabili divina dispositione, ut Uniti stettissent ab Ep.pi dextera, Disuniti et quidem plures a sinistra. Pernegante porro Ep.po ecclesias Disunitis, Commissarii per vim in suburbio ecclesiam Assumptionis B.V. Mariae eripuerunt. Sed postquam hoc significatum est Ep.po, cum clero et populo nobilitateque accurrit, Disunitos ex

ecclesia resolutissime expulit, Commissarios verbis pastore dignis, praecipue cum ex illis Catholici quoque essent, bene exceptit, denique nobilitas populum tumultuantem etiam verberibus sedavit. Cum ignominia tum commissarii recesserunt. Protestationes solum utrinque de violentia ad Acta castren. porrectae. Conantibus postmodum Schismaticis Chelmensibus novam sibi erigere ecclesiam emptaque ex opposito dictae ecclesiae area convectaque materia, rem aggredi molientibus, Ep.pus, et materiam omnem ad cathedram suam devexit et aream Xenodochio donavit, evicitque tandem idem Ep.pus per multa jura cum civibus transacta, quos per totum schismatis sui tempus ad nullam admiserit ecclesiam, ut postmodum ejurato schismate obedientiam suam pastori detulerunt cum talibus conditionibus, per Acta publica castrensia Chelmensia roboratis, pro se et successoribus suis, quod nunquam ab Unione recessuri sint, sub confiscatione bonorum et expulsionem de civitate.

Similiter cum Crasnostaviae in altera terrae Chelmen. civitate praecipua iidem commissarii violenter ecclesias eripuissent, Ep.pus iterum Disunitos recepit iterumque violenter eripientes ita jure compressit, ut alii decollari debuerint, alii ad columnam legati virgis caedi, aliis manus abscindi, aliis bona confiscari, omnes vero Ep.po multa millia solvere.

Quapropter Disuniti victi ad preces recurrere, Ep.pum conciliare, qui licet multos annos in jure transegerit, multum in illud aeris effuderit, dimissis omnibus injuriis non solum Ecclesiae, sed etiam suae personae illatis, benigne omnes recepit, revocatione schismatis, confessione et communione illis injuncta, demum ut ecclesiam et campanile tegerent, quae tempore schismatis eorum destructa erant, praecepit. Addita tamen eadem juridica obligatione, quam fecerunt Chelmenses, ut in castro eam Krasnostaviensi publicis Actis inscriberent, et factum est.

Idem fuit cum oppido regio Tyszovecensi, quando ibidem commissarii receperunt ecclesias, quia et ipsum postea jure victum, sub iisdem obligationibus obedientiam eidem detulit. Pari ratione oppida regia Parzoviense, Ostrovien. per commissarios ab ejusdem Ep.pi obedientia exempta, ad obedientiam sui coëgit, et obligationes supradictas in scripto ab eis accepit. Hrubieszoviae vero cum ad commissariorum injuriam ecclesias recipientium cives insolentiam suam adjecisset in jubileo lacerato, foribus ecclesiae effractis aliisque perpetratis, per viam juris idem Ep.pus evicit, ut multi deberent capite plecti et bonis privari. Sed quia consulendo sibi pastorem suum deprecati sunt, et velle se in Unione fidei s. esse declaraverunt, non modo obligationem similem, quae ab aliis civitatibus et oppidis facta est, accepit, verum etiam poenitentes eo modo ecclesiam adire jussit: Congregati in curia civitatis cives, et bene ornati viri, pariterque foeminae cum filiis, et filiabus, bini et bini, saccis tecti,

cereos in manibus tenentes, per totam civitatem usque ad ecclesiam, quam despexerant, processerunt. Ante portam coemeterii genuflectere omnes de mandato Ep. pi ab Archipresbytero jussi, quaesitique, qui essent, et unde venirent, et quid vellent? humillime (f. 100) responderunt, se esse inobedientes pastori suo oves, poenitentia vero ductos petere, ut a schismate absolventur, ac ad Unionem S. reciperentur. Tum ab Archipresbytero pro rei exigentia moniti, a schismate absoluti, saccis abjectis cum gaudio in Ecclesiam atque ad Unionem S. recepti.

Spectator hujus transactionis multus populus fuit varii status hominum, et multis eo locis confluens. Multas in Ep. patu a Schismaticis eodem modo ereptas recepit ecclesias, cum Belzensibus autem civibus (quorum civitas Palatinatus, et Capitaneatus Belzensis, et alterius tituli hujus Ep. patus sedes est), Socalensibus, Buscensibus et aliis opidaneis regiis usque ad mortem suam litigavit, ut ad obedientiam deduceret. Tractus harum civitatum cum adjacentibus oppidis et villis ad minimum 20 aut pluribus in longum et latum extenditur leucis. Socalii ante ipsam Cosaticam idem Ep. pus magnum vitae in propugnanda fide periculum subiit, quippe rebelles Socalienses, conductis militibus Moldaviensibus, cujusdam nobilis loci capitanei, etiam lapidibus cum explosione bombardarum, jaculatione sagittarum impetitus est. De quo extant incepta jura atque per mortem ejus Ep. pi infecta. Antea vero post ipsam Vladislavianam coronationem cum ecclesias ille idem Ep. pus Socalienses a commissariis Schismaticorum defendisset, Socalienses vero pauci obedientes fuissent, iterum impetrata commissione a Rege Serenissimo Vladislao ecclesias cum commissariis schismaticis pariter catholicisque circa annum 1644 recipere aggressi sunt, strenue se illic defendentibus populo et sacerdotibus unitis, plebs male sana per fenestras, per effractas portas ingressa, sacerdotes sacris indutos, Venerabile Sacramentum tenentes, nullo habito respectu, nulla facta divinis mysteriis reverentia lacerarunt, conculcaverunt, pixis sacra excussa, dicunturque efferati homines in tumultu etiam Venerandum Christi Corpus conculcasse (est hoc ipsum in protestatione contra illos facta). Egit jure multum defunctus Ep. pus, sed interveniente Cosatica rebellione, cessare debuit, ipseque tandem mortuus est, fatalibusque causa ipsa concidit.

In alia ecclesia, ibidem Unitis erepta, cadaver recens mortui presbyteri sub idem commissariorum ecclesias erripiendum tempus inhonestissime tractatum et erutum canibus esca fuisset, nisi pii sepeliissent homines. Sed Deus iudex et vindex impiorum, cum inter arma Cosatica silerent jura, levi data occasione Socalienses cives disuniti a nobilibus Polonis in Cosacos tendentibus plurimi excisi sunt. Etenim inventa una et altera falcium tonna in quadam ecclesia Socaliensi a quodam merca-

tore Volhynien., ne in via amitteret, depositarum, paratarum insidiarum suspecti facti; nocte intempesta a nobilitate illa in lectis accepti, decapitati cum quibusdam etiam suae farinae Religiosis, et in Bugum fluvium projecti. Quo facto quis non videat vindictam a Deo insolentiam, quam super pastore suo et in Unionem S. Socalien. exercuerunt. Praecipue vero id temporis perierunt, qui memorata superius scelera patrauerant.

Idem Ep.pus dum suam dioecesim visitaret, in villa Maszovia, ducum quorundam Volhyniae parochianorum magno tumultu Schismaticorum, quos ad Unionem reducebat, exceptus est, et parum abfuit, quin perierit. Vulnerati sunt ibi non modo famuli ejus, sed etiam capellanus, vir magnus et concionator in Regno Poloniae et Lithuaniae Ducatu celeberrimus Ordinis nostri, P. Licinius. Quinimo etiam ipse Ep.pus duo vulnera in capite, tertium in corpore suscepit. Deducta post ad jus causa, tribunatio decreto multi debebant decollari, ad 15000 scutorum solvere, omnia pepercit, quando obedientiam rediderunt. Extant etiam nunc jura hac super re in archivio Chelmensi. Alia vice cum a Palatino Russiae, post castellano Cracoviensi Jacobo Sobieski, discederet (ubi de Leopoliens. Rutheno Ep.patu vacante, ut Unitis ejus intercessione conferatur, agebat) parum abfuit, quin a rusticis schismaticis in sylvis (f. 101) occisus fuerit. Multa ille alia bona in effundendo sese et exviscerando pro s. catholica fide fecit. Et ut ei coronidem imponamus, brevi post coronationem Vladislavianam Varsavia Kijoviam descendens Mohila, Metropolitanus schismaticus, Chelmae condescendit, atque ad praecipuam civem Chelmen. tum temporis schismaticam devertit. Ipse hoc inaudito, exnunc residentia sua movens ad hospitium atque ad Mohilam cum Ministeriali Regni et Nobilibus tanquam testibus accessit, et salutanti Mohilae manumque danti dare recusans, hisce verbis eum allocutus est: quid hic lupe facis? venisti turbare ovile meum contestatusque coram Ministeriali et Nobilibus de hac turbatione, atque ut civitate excederet quamtocius, admonuit. Perterritus Mohila vix respondere potuit, causatusque est rotam fractam, et reparandae ejus causa accessisse, qua reparata, neque prandio sumpto, cum trepidatione discessit. Ante ipsam plane Cosaticam et initiis ejus cathedram suam, in qua B. Virginis Mariae imago est miraculosa, juxta traditionem a sancto Luca depicta in cupresso pulchro, reformavit. Cosaci eum fugientem, donec in tutum se recepisset locum, per multum spatium itineris persecuti sunt, ut caperent. Ex incommodis fugae et aliqua tristitia propter combusta et devastata bona in morbum incidit et mortuus est junii 7ma anno domini 1649. Haec de Unione ante Cosaticum.

DE REBUS UNIONIS SUB BELLUM COSATICUM.

(f. 101) Exoriente cosatica, quot et quanta Uniti toleraverunt mala in deffendenda S. Unione, non est hujus temporis sufficienter et exacte universa exponere: nonnulla solum hic attingenda, separata de iis contextatur historia; nullus Ep.patus, nulla ecclesia, nullum monasterium partim a Cosacis, partim a Moschis intacta fuere. Incensae cathedrae, aulae Ep.porum deletae, igne et ferro funditus ablatae villae, partim occisi partim in captivitatem abducti subbiti multarum ecclesiarum tam privatarum quam cathedralium nec non monasteriorum erepti thesauri, monasteria ipsa cum variis ecclesiis igni tradita, plurimi mere pro Unione, tam sacerdotes saeculares, quam religiosi monachi imo ipsi laici convulnerati, despoliati et caesi, alii autem incommoditatibus, hostibus extincti. Sacerdotes e clero saeculari, de quibus scire licuit, plusquam 100 pro fide sancta vario tormentorum genere e vivis sublati. De caeteris occisis etiam inquirere hisce temporibus utpote multis partibus per hostem occupatis perarduum. Plures vere variis in locis, mirabilibus tortos modis nec extinctos, numerare licet. Religiosos unitos alios globis sclopetorum disjaculatos, alios capite plexos, alios igne ustos variisque tormentis probatos, et occisos pro Sancta Unione, ut exactissime novimus, 40 recensemus. Fuerunt etiam e Laicis plurimi partim odio Unionis, partim extorquendorum thesaurorum causa, excogitatis enecti cruciatibus, nihilominus inventi alii, qui pro sola confessione fidei sanctam vitam et lucem amiserunt. Sed hoc totum patebit ex historia, licet non sufficiente. Exceptis autem Smolenscen. et Polocen. Archiep.patibus et monasteriis aliquibus, partim in illis, partim in aliis Ep.patibus existentibus, quae totaliter, vel in hostico nunc sunt vel a Schismaticis semel occupata tenentur. Ep.patus Chelmen., Premislien., Pinscen. continuae horum temporum subjacerunt vicissitudini. Chelmensis sub ipsam transactionem Zborovianam, anno 1649, die 7 Junii, ut dictum, zelosissimo pastore Methodio Terlecki orbatu, habuit successorem Athanasium Fhurs, OSBM Religiosum; sed iste per octodecem septimanas durante, iterum vacavit, procurantibus Unitis, ut alicui personae conferretur, non est collatus nisi ad brevem moderno Ep.po Chelmen. administrationem; et succedentibus anno 1650, in Januario, Regni Comitii, per legem Schismaticis, instante duce Cosacorum Chmielnicio, reditus est. Hinc evenit, ut Schismaticorum Metropolita Sylvester Kosov Varsaviam per Lublinum transiens, primo Lublini unitis Religiosis violenter expulsis, ecclesiam cum monasterio recepit. Qui illic in exilio animabus servientes in domo Benefactoris sui, Domini Danielis Jelo Malinski, castellani Belzensis, Poloniae Senatoris (f. 102) uniti, per unum et medium annum ex elemosina victita-

runt. Schismaticus autem Metropolitanus ulterius contendens Crasnostaviae virum optimum Presbyterum expulit, qui peculio suo partim amisso, partim aliqua ex parte erepto, cum Schismatici Venerabile Sacramentum in humili ambona deposuissent, ipse cum fletu et reverentia accepto illo cum pixide ad Romanam Ecclesiam detulit, ibique Sacro peracto consumpsit, Schismaticis non se subdidit, sed ab administratore promotus, apud Catholicum quemdam parochiam accepit.

(Nota): Jacobus Susza, Administrator, post Ep.pus Chelmen.. Alumnus Bronsbergensis et Olomucensis.

Crasnostavia Chelmam descendens idem Metropolitanus triduo se defendentes Unitos, praecipue vero administratorem tunc, modo autem Ep.pum Chelmen. summa cum violentia ejecit et extraxit. Nam juxta rei veritatem ac conscientiam referendo, dicto anno, post Comitia Februarii, 12 Religiosi pariter schismatici, pariterque Metropolitanam famuli cum 50 circiter militibus haereticis conductis, domum administrationis invaserunt, administratorem, cum verbis nudis, S. Ecclesiam, locum ipsum ad cathedram existentem et Ep.patium, modeste quidem sed juridice, defenderet, primum manibus arripuerit nec avellere a mensa, quam fortiter apprehenderet, valentes, manubriis securium duo satellites Metropolitanam, inter cingulum administratoris implicatis, violenter avulserunt, et ad parietem capite, deinde ad fornacem alliserunt, tandem per fores, postibus effractis, cum impetu extruserunt. Administrator, visis dragonibus cum sclopetis et lychnis accensis, sponte jam exiturum se exclamavit, non auditus tamen, imo pugnis hic et illic incussis propulsus, per pedes et manus per longam aream, nudo capite laceratisque vestibus extractus est. Ac cum rediens ad se bis diceret: Gloria tibi Jesu, a satellitibus verbis inhonestis compellatus et pugnis percussus, monte caemeterii depulsus. Res administratoris cum suppellectili domestica direptae; dolorosum fuit, tunc Unitis nullum ex clero latino Chelmeni latum esse subsidium, quin potius, quaedam probrosa in Unitos, ridentium et laetantium de nostra ruina probrosa, inquam, dicta verba inter caetera in hunc fere sensum: Videbimus, quid nunc venerabilis factura est Unio, quando suo expelletur loco. Sed constantia nostra et ipsi et hostes confusi. Sunt sic in exilio, in domibus privatis Unitorum civium, cum peculiariter destinatis 4, partim Religiosi, partim saeculares Sacerdotes cum administratore et cum aliis 8, tam cantoribus quam servitoribus, uno et medio anno Uniti vixerunt, neque Unionem S. promovere cessaverunt. In ecclesia enim Xenodochiali latina vacua, et in qua vix annua solet peragi devotio, quotidie divina officia et sacrificia celebranda praecipuos in S. Unione per totum tempus exilii retinuerunt cives, et sub obedientia Metropolitanam uniti ad 150 cum parochiis retinuerunt presbyteros. Multa

tunc temporis constantiae specimina ediderunt cives, ediderunt presbyteri uniti, administrator cum Religiosis et presbyteris Chelmen. manens in continuo invasionis, convulnerationis, abreptionis, imo mortis metu perduravit; fuerunt, qui etiam ex presbyteris a famulis Schismaticorum colaphisarentur.

Erepta Unitis miraculosa imagine a Schismaticis ad Poloniae Regem accurrit administrator, et per commissarios ejusdem Majestatis iterum recepit, cum qua ad castra Polona sub Beresteczko³⁰⁰ ire jussus, cum Sere-nissimus Tartaros et Cosacos, adjutorio Virginis B.mae, in praesentia istius imaginis gloriosissimae profligasset, ep.palem Cathedram Chelmen. cum Bonis ad illam pertinentibus, variasque ecclesias ac omnes fere parochias, quae olim Methodio Terlecki fuerunt obedientes, administrator per se ipsum suosque Religiosos recepit. De quibus omnibus latius idem administrator in sua historia.

Sub eadem Comitia Premislien. quoque schismatico Winnicio per privilegium redditus Ep.patus. Quare Athanasius Krupecki a schismatico Winnicio iterum invasus est, captus, incarceratus, amissisque omnibus, et ipsa cathedra, vix vita integra, ergastulo pedes, investis, omnium inops, noctu evasit, ac tandem, casu obviante principe Hieremia Wiszniowiecki, (f. 103) palatino Russiae, curro subministrato ad quoddam ejusdem Ep.patus praedium avectus, et praesidio munitus est. Multa illic ejus famuli passi sunt, praecipue quidam jurista unitus, dictus Wojerski; bono peculio in parata pecunia argenteisque vasis et vestibus amissis, catenis, occulto in loco, per medium annum praessus, vix tandem connivente custode, investis et nudipes effugit.

Athanasius triumphantem de Cosacis et Tartaris Regem Leopolim adit, pro Ep.patu sibi erepto supplicat, et licet comissionem de vindicando Ep.patu obtinuerit, iudicibus catholicis parti schismatae faventibus, imo donaria magna accipientibus, usque ad mortem suam non recuperavit, promovere tamen S. Unionem, quoad vixerat, non cessavit.

Mortuo illo, Schismaticus residuum Ep.patus illius violenter occupavit. Corpus Athanasii, in quandam brevem tumbam non imposuit, sed membris etiam confractis intrusis, nec sepeliit. Casu quodam illa postea, succensa ecclesia, omnia combusta, corpus autem ejus cum tumba, licet

³⁰⁰ Pugna inter exercitum polonum et cosacicum prope localitatem Berestečko, in Volhynia, anno 1651, mense iunio habita, in qua exercitus polonorum victoriam obtinuit, et magna pars cosacorum regredi debuit in Ucrainam. In hac pugna in castris polonorum inveniebatur ikon Chelmensis miraculosa, quam Jacobus Susza comitari debuit.

ab igne ambita fuerit, integrum permansit; post ea per successorem ejus Procopium Chmielowski, recepto illo praedio et ecclesia aedificata, auditi sunt cantus, luce clara in ejusdem ecclesiae copula, tam musicae instrumentalis, quam vocalis dulcissimi idque persaepe. Imo vero, in festo Epiphaniae D.ni, sub tempus Sacri, hominibus plurimis existentibus tanta illic resonantia audita est, ut cantores ipsos cantus ille aereus obtuderit.

(Nota): Ep.pus Praemislien. Procopius Chmielowski. Alumnus missus Bronsbergensis et Pragensis.

Et quia sic ipsa re durante, in successorem Athanasii incidimus, multa ille quoque a Schismaticis in vindicando et tuendo Ep.patu pertulit. Atque imprimis, Krupecio promovente, anno 1651 memoratus Chmielowski privilegium pro coadjutoria et postmodum pro successione in Premislien. Ep.patum obtinuit, consecratusque ab Antonio Sielava, Metropolitano, commissam sibi quoque dioecesim Luceorien. quo ad Unitos in ea existentes habuit, et usque ad mortem suam hoc ovile sibi commissum cum multa Schismaticorum persecutione tenuit strenueque detendit.

Quoad Premisliensem Ep.patum, quando Premisliam ingressus est, cathedramque recipere a schismatico Winnicio voluit, per commotionem plebis, tumulto excitato, vix ac ne vix quidem ab occisione evasit, cumque rebus infectis civitate excessisset, Schismatici eum per duas circiter leucas insecuti sunt, ac per 12 ferme annos in Ep.patu vivens, cathedram nunquam obtinuit, propter insolentiam Cosacorum, et pugnando, repugnando cum Schismaticis et a Schismaticis nullum hic Praelatus in vita sua respirium habuit. Plena erant subselia judiciorum Castren., Terrestrium, Tribunalitiorum, Regalium, Comitialium, in quibus cum auctione sumptuum, detrimento valetudinis, imo discrimine vitae suae toties et toties negotia sua cum Schismaticis peregit. Jamque decreto comitali ante annos 5 Regnique constitutione propter eosdem Cosacos redditum erat ejus Ep.patus reliquum schismatico Winnicio, sed ille ut in contumaciam decretum ferretur, suumque robur imminueret, ex Comitibus abscessit. Et tandem cum Winnicius ad recipiendam villam Walawa, vigore decreti comitalis, cum capitaneo Premislien. vi armata descendisset, ille collectis unitis sacerdotibus plus quam 30 variisque satellitibus, a Nobilitate subministratis ac demum religiosi nonnullis Basilianis ad latus suum praesentibus ita sese defendit, juridice quidem primo, emissis ex vallo villae personis, qui possessionem denegarent, deinde si violenter vellent accipere, declaravit se cum suis omnibus, quos ad 300 congregatos habuit, paratum in defensione S. Ecclesiae occumbere, viderentque capitaneus et alii commissarii utrum et ipsi sani evasuri essent. Ad confirmationem ejusmodi animi explosa parvula tormenta, et minora sclopetata. Hac illius resolutione, infectis rebus, Winnicius Pseudo-Ep.pus cum tota sua colluvie di-

scessit; constantia sua et comitate erga sacerdotes idem Praelatus effecit, ut plurimi magnates in suis bonis praeteritis duobus annis suos parochos Ruthenos ei subjecerint, quos ille cum omnibus parochiis partim per suos commissarios religiosos in suam obedientiam recepit, partim etiam per se ipsum. Nam ad graviore viros et celebriora loca, esto infirmus et contractus, per longa itinera, cum notabili (f. 104) valetudinis detrimento, descendit, ecclesias, parochias recepit, atque in his laboribus, ne memoremus ejus laudabiliter in Religione juniorem peractam aetatem, anno praesenti, Februarii 22, relicto per privilegium successore, mortuus est.

Pinscensis Ep.patus, per sylvam Kijovien. palatinatui contiguus, frequentissime hisce temporibus expositus fuit Cosacorum praedae. Non est nostrum referre, quid Nobilitas loci, quid civitas adversi tulerit; quod solam Unionem concernit, multis hic cruciatibus Cosacorum Uniti sacerdotes affecti sunt, cathedra desolata et combusta est, monasterium virorum Unitis ereptum, virginum funditus cum ecclesia igne deletum. Seniculae virgines aliquot relictas, fugientibus tempestive aliis, omnia indigna passas, fidem suam sanctam vita tueri paratas fuerant, non absumptas hostis gladio, incommoditatibus hostilibus tandem absumptas sunt. Ep.pus tum loci fuerat Pachomius Oranski, per privilegium regale jam tum coadjutor Metropolitae creatus, vir e praecipua Nobilitate Volhyniensi, nepos Kisielii, Palatini Kijovien., in ipsa Cosatica persecutione extinctus, prius tamen cathedra sua, a Cosacis combusta, ex fundamento erecta et ornata. Successit ei Smolensko pulsus Andreas Zloty Kwasninski, Archi-Ep.pus Smolenscen., uti exul in Ep.patus hujus administrationem per Antonium Sielawa, Metropolitanum unitum, collatam. Hic quomodo fuerit afflictus, toties Ep.patu isto per Schismaticos et Cosacos, praecipue Tukalscium pulsus, vel strictim enarabimus. Sacerdotes enim Tukalscius ab obedientia ejus toties et toties vi et metu revulsit, qui tamen clam suum pastorem recognoscebant. Illum ipsum, sub capitis poena Ep.patu discedere jussit. Bona omnia ep.palia ademit, unico praediolo, ad instantiam ipsorum Cosacorum, pro sustentatione permissio. Verum ille et hoc relicto ad benefactores commeavit, atque ex eo loco saluti suorum identidem prospexit. Quae tunc acta sint cum monialibus Ordinis nostri, sacerdotibus unitis civibusque, percenset in literis suis ad modernum Ep.pum Chelmen. datis, Religiosa nostra Euphrosina Tryznianka, virgo gravissima octoagenaria et amplius ex familia Senatoria Triznarum Sapieharumque prognata, Pinscensis Monasterii Superiorissa, pridem defuncta. Legantur ejusdem litterae in latinum idioma transversae, quas in fine separatim subjicimus, ex quo intelligetur, si fragilis sexus, Deo adjutore, tantopere Sanctam defendit Unionem fidemque catholicam, quanto magis nostri Praelati, Religiosi et Presbyteri.

(Nota): Antonius Sielawa, Metropolitanus quintus.

Quoniam vero supra de Antonio Sielawa, Archiep. po Polocen. quaedam dicenda promissa, hic studio promissioni illi stamus. Is post Metropolitanum Raphaëlem Korsak Metropoliam accipiens, simulque Archiep. patum Polocen. de voluntate Sedis Ap.licae retinens, ab initio Metropoliae usque ad finem vitae suae, per annos circiter 15, variis invaletudinis et quidem gravibus praessus defectibus, tandem membris contractus pedibusque destitutus et visu orbis factus est. Nihilominus parsimoniae et mediocritati studens, debitorum per antecessorem suum contractorum, 5 millia ducatorum auri circiter, exsolvit, bona Metropoliae onerata aere liberavit, summam pro bonis quibusdam venditis Metropoliae, a Rutscio Metropolitanato relictam, 50000 florenor. polonicalium, integram imo cum fructu aliquot annorum non percepto, conservavit. Cathedras Metropolitanas Vlnensem et Novogrodensem igne succensas pulchre reparavit, pro noviciatu Ordinis nostri Vilnae erigendo 25000 floren. polonicalium, pro sacello B.M. Josaphat *in quo sex sacerdotes coelibes perpetuo Deo inservirent*, aut in defectu eorum sex Religiosi Basiliani, 14000 fl. polonicalium; pro monasterio Minscensi monialium, quod ipse e cocto latere erexit, ad sustentationem earundem 20000 floren. polonicalium. Pro monasterio itidem Minscen. virorum floren. 4000 polonicalium, ubi enim sepeliri voluit, ut pro ejus anima in perpetuum quaedam devotiones peragerentur, instrumentis publicis inscripsit, in bonis immobilibus magnatum Lith. deposuit, Actis publicis roboravit.

(Nota): Nicephorus Losowski, Coadiutor Polocensis. Alumnus Vlnensis et Collegii Graeci. Romae.

Polocen Archiep. patus Coadjutore (f. 105) Nicephoro Losowsco, Archimandrita Zydyczynen., per Cosacos pulso, et prae incommodis fugae extincto, viro alias probo et erudito, initio ipsius Cosaticae assumpsit iterum in coadjutorem dicti Archiep. patus Gabrielem Kolenda, O.S.B.M., in coadjutorem Metropoliae Pachomium Oranski, Ep. pum Pincensem. In Comitibus Regni Varsaviae anno 1650, in quibus primum res Unionis periclitari coeperunt, esto infirmus et praessus supra nominatis defectibus, omnem lapidem pro defendenda Unione, collectis ad ea Comitibus omnibus fere Praelatis, movit. Senatores, Ep. pos, Nuntium ap.licum, pia memoriae de Torres, Regem ipsum Serenissimum adiens: sollicite pro Unione S. deprecatus est. Et esto plurima inconvenientia, eo Metropoliam et Religionem dirigente, facta sunt, ea tamen ex defectibus valetudinis et ad latus ejus Praelatorum haerentium regimine profluxerunt. Incrudescente rebellione et Moscho insurgente, Polocia profugus in metropoliae bonis aliquantis moratus, quasi proximae mortis conscius, testamento res suas disposuit. Bibliothecam nobilem, argentea vasa, aulea

duplicia sacro Ziroviensi loco donavit, in fuga a Moschis senio, aegritudine praecipue tamen hostium terrore insequentium Tyrocani in Podlachia, ultimo suae dioecesis oppido, extinctus, et ad Suprasliense postea monasterium delatus, ad tempus, corpore suo in ecclesia requiescit.

(*Nota*): Gabriel Kolenda, Archiep. pus Polocensis, Alumnus Bronsbergensis, Viennensis et Collegii Graeci. Romae.

Assumptus, ut diximus, pro coadjutore Polocensi Gabriel Kolenda, qui licet humanae fragilitati in aliis subjectus nota S. Sedi fecerit, praeclara tamen aliqua in promovenda Unione S. monstravit. Primo enim, adhuc privatus existens, solertia sua et resolutio ad mortem animo Bersevecense monasterium e potenti nobilium quorundam, in suam haereditatem illud cum Bonis convertere volentium, manu eripuit. Ecclesiam illic egregiam aedificavit. Monasterium ex fundamentis erexit. Quin etiam Bona Archi-Ep. patus Polocen. aliqua tempore ipsius Antonij Sielava jure vindicavit, B. Martyris Josaphat Corpus et tumbam argenteam, 15000 scutorum constantem, a Casimiro Leone Sapieha, Litth. Procancellario, Martyri consecratam et alios ecclesiae Polocen. Thesaurus e medio plane Moschorum (seniculo Antonio aegro alibique existente) evexit. Cum Moschus aliquas provincias Lithuaniae, Suecus aliquas occuparet, et ille huc illuc profugus declinaret, quidam latinus magnae notae Ep. pus, ejus consanguineus, ad sui consortium in Prusiam, quae jam Sueco cesserat, eum invitabat, jamque Sueciae Regi subscripserat, ipse non solum ad eum ire noluit, verum etiam graviter eundem hujus inconstantiae reprehendit adeo, ut prae apprehensione mortuus sit. Maluitque profugus variis in locis digna atque indigna pati, quam defectoribus S. ae R. ae Majestatis se conjungere, et notam sibi aliquam defectionis inurere. Magna tum providentiae divinae, cum illo eodem, dispositio manifestumque miraculum contigit. B. Martyre Josaphat, et S. Casimiro, quorum Sacra Lypsana secum ducebat, intercedentibus (a moderno enim Ep. po Vilnensi ejus affine tum vero Capituli Vilnen custode concreditas S. Casimiri exuvias sibi caeteraque multa habuit); inciderat ille cum dicta tumba divinis Tutelaribus in exercitum Suecum, qui jamjam diripere omnia volebat. Quare memoratus coadjutor Archi-Ep. patus Polocen. Colonellos accedit, se ipsum, quis esset, manifestat, atque ut ad Regem Sueciae ipsum ducerent, rogat. Sueci solo titulo Archiep. pi Polocen. moti, quasi magna pars regimini eorum per ipsum accessura esset, adjecto copioso ductore milite, liberum dimiserunt; ipse vero ad tuta evadens loca per se ipsum coram Rege Sueciae compariturum promittens, militem eum dimisit, sed coram Rege nunquam comparuit, et ad Nobilitatem Samogitiae contra Suecos congregatam sese contulit, atque ita tumbam praetiosam et sacras reliquias variamque suppellectilem Cathedrae Polocen. nec non Vilnen., salvavit.

Mortuo Antonio Sielawa, cum Archi-Ep.atum Polocen. a Moscho occupatum adire non posset, atque in exilio viveret, a Castellano Vilnen. Chodkiewicz, tanquam collatore, vacantem Archimandriam Supraslien. accepit, atque ab Em.mo nunc Vidonio, Poloniae tunc Nuntio Apostolico investitus est.

Cujus monasterii bona reditusque, libertates dum collator per se ipsum et suos famulos sibi regiminique suo subjiceret, dissiparet (f. 106) et destrueret, ipse vero toties et toties strenue ipso officio suo se opponeret et defenderet, ad hoc post multa devenit, ut collator ad decollandum eum satellites submiserit. Pro libertatibus igitur ecclesiasticis suam devovens animam, in monasterio illo ac in suo cubiculo, Deum invocans judicem, resolutissime flexit collumque frameae paratum obtulit. Qua resolutione territi satellites ad D.num suum accurrerunt, et de resolutione ejus stupentes retulerunt. Quocirca, divina inspiratione motus et intrinsecus bene recollectus, Collator concordiam cum Archi-Episcopo inivit, gravare monasterium, fructusque adimere desiit, Villarum praesides a se praepositos amovit et intrudere se in regimen monasterii poenitus cessavit.

(Nota): Joannes Pocij, Ep.pus Vladimiriensis.

In iisdem turbis Cosaticis, praecipue propter tristitiam ob amissum Cathedrae Vladimiriensis thesaurum, ad 150 millia scutorum constantem, Josephus Bakowiecki, Ep.pus Vladimiriensis, consumptus est. Cui nepos illius magni viri Hipatii Pocij, Metropolitanus Kijoviensis, Joannes Michaël Pocij successit anno 1655 in Julio; hic in summo bellorum fervore, continua ab hostibus fuga, oppressione Schismaticorum, cathedram Vladimiriensem poenitus destructam non sine magno reformavit sumptu, Bresten. vero collegiatam ecclesiam, a Moschis combustam, desolatam et in stabulum conversam, prae omnibus ecclesiis latinis, sumptu plane patrimonii proprii, pulcherrime reparavit, caeterum Unionis S. promotioni his periculosissimis temporibus ovile suum tuendo, sacerdotum mores per synodos excellendo, Comitibus Regni pro defensione ejusdem Unionis frequentissime assistendo, non defuit.

Enim vero abunde satis S.R. Ecclesiae constat, etiam tacentibus nobis, quomodo tempore Cosaticae oppressi fuerimus; famosum enim est hoc: siquidem nullum bellum Cosaticum Moschoviticumque gestum, quo non impugnaremur. Videre fuit totum quasi infernum hac tempestate in nos armatum fuisse. Per annos 17 totque Comitibus Regni, quid aliud actum, nisi ut Unio toleretur, quae non lata contra Unionem decreta, quae major Unitorum derelictio esse potuit, quam cum per Comitibus Regni, per juramenta Regis, Senatorum et Reipublicae Disunitis in rapinam traditi fuisset. Et cum optio nobis in Ritu Romanorum transeundi

daretur, beneficiaque multa promitterentur, tantum abfuit, ut a constantia nostra demoveremur, ut etiam quaesiti a Republica, vellemusne pro communi Reipublicae bono possessionibus nostris ecclesiasticis cedere et consequenter patria (cum ad Ritum Latinum nollemus excedere), responderimus: pro ejus tranquillitate cedere nos bonis paratissimos, patria autem pro salute animarum nobis commissarum nec velle nec posse, resolverimusque nos usque ad mortem etiam stipe emendicata nostris inservire velle ovibus. Et haec mens fuit non modo Archiepiscopo Polocen., jam tum Russiae nostrae administratori, aliis Ep.pis, sed etiam omnibus Religiosis plurimisque saecularibus Presbyteris. Suborta quidem fuerat de memorato superius Archiep.po Smolenscen. cujusdam inconstantiae in fide suspicio, quod coram quibusdam magnis viris, verbo solo Unionis sublato, et salva fide manente, velle se concordiam aliquam cum Schismaticis inire professus fuerit, verum tamen id ipsum ille idem delevit sua constantia, de qua supra. Fueruntque tantum quaedam desideria in tanto periculo Unionis ejusdem conservandae non evertendae.

Caeterum quidquid possunt, Praelati uniti agunt, quoad fidem s. promovendam: Synodos quolibet anno pro excolendo clero instituunt, oves suas suosque Religiosos vel dictos Presbyteros visitant, libros pro unione fidei catholicae edunt, tum ipsimet concionantur, tum alios concionatores adhibent, devotionem omnibus viribus ovibus suis commendant, Sacramenta S. frequenter percipienda indicant, ecclesias suas partim e fundamento erigunt, partim desolatas reformant, saluti suorum invigilandae sese eviscerant, semper in judiciis variis, in Regni Comitibus rebus defendendis Unionis assistunt, valetudini suae sumptibusque non parcant, Bona suis Ecclesiis erepta, etiam cum vitae suae periculo, a variis juridice eripiunt, caeteraque possibilia pro animarum salute faciunt, ut eam, quam nacti sunt spartam bene tueantur. Quinimo, nisi obstacula tam a Spiritualibus latinis, quam a Saecularibus haberent, qui saepe saepius Unitos eundem diabolum esse cum Schismaticis dicitant, Parochos schismaticos in suis bonis, propter suos ex illis simoniacos proventus alunt, Jurisdictionem Ep.porum unitorum perturbant, Sacerdotes unitos (f. 107) variis modis et servilibus alicubi operibus agravant, ad judicia Unitos accurentes opprimunt, plus favoris Schismaticis propter tot et tantas corruptions ostendunt, opprobriis inescant, bonorum ereptionibus ecclesiarum Ruthenarum vel in latinas vel in schismaticas conversionibus affligunt, jam dudum Uniti de Schismaticis triumpharent, et hoc gratiae divinae maximae est signum, et firmissimae Unitorum fidei, quod Uniti inter tot bella et secutas ex bellis persecutiones, quibus Unitis ignis et aqua plane in patria sua bene natis interdicebatur, et tamen omnes stabiles et fideles cum S. Sedi Ap.licae tum Regi et Reipublicae permanse-

runt. Nec ullus Religiosorum unitorum ad illam sectam transiit, licet omnes sedibus suis pulsi, omnibus angustiis praessi, panem emendicato quaesiverint. Cumque tot spirituales et saeculares Senatores latini in Regem Suecum Ragoziumve subscribendo consenserint, protectionemque eorum imo Moschorum et Cosacorum, literas salvi conductus tum ipsi tum Religiosi alii varii ab illis accipiendo quaesiverint, Nostri nihil horum fecerunt neque propter dignitates Reipublicae aut aliquem favorem aut spem bene habendi, aut solatium aliquod extrinsecum, sed propter solum Deum et pura intentione salvandae animae suae sibi que commissorum, ut antea tot in malis perseveraverunt, ita nunc in fide s., Regis et Reipublicae fidelitate perseverant. Inveniuntur alii Canonici, alii Religiosi, alii Saeculares latini a fide ad Haereticos sub haec tempora transiisse, apud Moschos baptismum iteravisse, schisma suscepisse, uxores (et hoc fecerunt Religiosi et Canonici) duxisse, idque non coacti, quia poterant ex Moschovitis partibus tunc libere cessisse, sicut nostri Religiosi cesserunt plurimique e clero, et cum cessissent, spoliati fuerant.

Quot vero animae Schismaticorum et variorum Haereticorum sacris in locis Unitorum convertuntur, non difficile esset recensere, nisi longiores essemus. Zyroviciis ad miraculosissimam Virginis iconem tot et tanti Haeretici, Schismatici inducti celeberrimis Virginis miraculis partim ad Unionem partim ad S. Romanam Ecclesiam transeunt. Notum est toti Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithvaniae, quot undique locorum ad eum locum sacrum populi fiant concursus, numerare possit quandoque ad decem millia hominum pro festo aliquo confluentium. Quibus omnibus per sacram confessionem expiandis soli nostri continuo inserviunt Religiosi; ipsi Cosaci venerationi s. imaginis et Religiosorum illius loci observantia aliquando ad bonam redeunt frugem.

Evenit etiam, ut ullic quidam Colonellus eorum existens fassus sit, se missum a Tukalscio schismatico, ut omnes occideret Religiosos, imaginem B. Virginis cum thesauris expilatis acciperet, sed timore Dei et loci sacri veneratione perterritum, se id patrare non potuisse, atque cum discantistam ejus loci furtim secum abduxisset, cumque tota copiosa cohorte, ad excindendos Religiosos, abducta, abscessisset, in morbum gravissimum incidit, monente Virgine, ut puerum illum pro ornamento ecclesiae suae remitteret, alias morte omnino puniendum. Trepidus ille cum donis remittere voluit, nisi Schismatici, praecipue Tucalscius, phantasmati visionem illam adscribendo, id illi faciendum dissuasissent. Quare iterum in graviolem aegritudinem incidit, monenteque ac minante mortem iterum Virgine, cum bona elemosina puerum vestitum sericis ad dictum Zyrovicem. Monasterium remisit, Patres deprecatus est, et convaluit.

Quam magna huic loco sacro Religiosi latini varii faciunt impedi-

menta, non facile exprimi potest. PP. Franciscani, ut in patria nostra vocantur Bernardini, data opera uno miliari ab hoc loco sacrum suum monasterium erexerunt, ut toties ac toties miraculis clarissimum in concionibus obganniunt, populum a loco sacro reducant, tabellas votivas intercipiunt.

Quidam habentes Nobilem quendam, qui se in loci hujus collationem intrudebat, sui favorem, continuo eum ad locum hunc nobis adimendum, sibi tradendum stimulabant, sed causa decisa est et collatio per decretum Tribunalis Lithuaniae illius Nobilis recisa. Nec cessarunt hi Religiosi tentare hunc locum possidendum, donec misso quodam Religioso suo, gravi et probato, ut in oratione Deum consuleret, vellet ne illis locum tradere nec ne? et intellexit hunc locum pro defensione et promotione Unionis a Deo excitatum atque ablato Unitis loco miracula cessatura. Haec ille vir gravis Religiosus, quem optime noveramus, excellenti nostro Religioso Adriano Moser, Superiori (f. 108) nunc Zyrovicen. et Religionis vice Provinciali aliaque jurejurando asseverans revellavit; recentissime B. Martyris Josaphat reliquias cum tumba dicta auferre nobis nonnulli conati sunt.

In hisce bellis PP. Franciscani iidem Grodnae imaginem B. Virginis miraculosam, quam Moschi Unitis eripuerunt, arce occupata, a nostris nulliter possederunt. Similiter PP. Dominicani imaginem Virginis per Moschos in nostra Rozanen. ecclesia acceptam, ad se casu quopiam devolutam habent, nec extradunt, de quibus in petitis nostris ep. palibus latius. Consideret hic S. Ecclesia, uti mater, quid nos rei sumus: Deus nobis et Virgo favet, miraculosa tribuens loca, et Religiosi latini in nostris partibus nobis invident, et ex eo nos oderunt. Chelmae, excepto, quo quotidie uti ad sacrum locum varii confluunt Schismatici, alii convertuntur, alii emollescunt, et affectum ad Unionem contrahunt; non ita pridem ibi stativa sua habentes duae cohortes Cosacorum, quia rebellibus se avulserunt, devotione sola illic fieri solita et frequenti verbi Dei auditione conversae sunt. Sub idem tempus ibidem cohors magni viri cujusdam Poloni hyemans, permixtosque Polonos et Ruthenos schismaticos Nobiles habens, adeo devotionibus, concionibus nostrorum flexa fuit, ut Nobiles schismatici milites 30 cum generoso famulatio suo ejusdem professionis conversi fuerint, ibique Sacramenta toties et toties ceperint. Inventique sunt nonnulli qui dixerunt, abhinc se non verbis sed framae defensuros Unionem.

Supremi judicis Cosacorum Zarudnii filius maturus illo in tempore dum ad Comitata, in quibus constitutione Regni sublata fuit Unio, Varsaviam iret, Chelmam sub ipsam magnam Parasceven. descendit, ac illic

per sacros illos dies devotioni vacans adeo compunctus fuit, ut cum aliis 4 Cosacis occulte confessus sit et communicavit.

Frequentissimus et hic populi pro festis B. Virginis diebus fieri solet concursus, quinimo aliis quoque temporibus, quibus inserviando bene ab Unitis insudatur; anno elapso pridie Virginis natali ad miraculosam iconem, in cathedra Unitorum existentem, qui est loci hujus dies dedicationis, tot millia hominum ad conscientiam suam depurgandam confluxerunt, ut illis audiendis per duos dies 80 Sacerdotes religiosi et saeculares, tum ibi manentes tum ex devotione confluentes, vix sufficere potuerint. Et de conversione Schismaticorum continuando, Sacerdotes disuniti saepissime jam huic jam illi Ep. po unito suorum pastorum malos execrati mores, obedientiam deferunt. Idem faciunt Religiosi schismatici, qui ad nostros, agnitis suis erroribus, frequenter transeunt. Hoc quoque non parvi est momenti, quod Schismatici ab Unitis, tam scriptis et editis libris, quam conversationibus et concionibus victi, errores suos ab Haereticis contractos damnarint, quippe de purgatorio, de Sanctis in coelo, de damnatis in inferno, de azymis deque aliis erroribus poenitus jam in libris recenter a se editis, et in frequentibus nobiscum colloquiis nec hiscere audent, solumque contra primatum Sedis Ap.licae et S. Spiritus processionem ab utroque obganniunt; scimus eorundem Disunitorum Praelatos per crebras cum nostris velitationes ad id esse deductos, ut passim dicant se errare, et de unione cogitare, timore tamen potentium saecularium, quos partim ipsi partim eorum antecessores in schismate roboraverunt. Scimus eorum nonnullos juravisse Unionem, dum privilegia pro suis dignitatibus acciperent. In populo unito tanta nunc frequentia Sacramentorum, ut qui Rutheni antea nec semel per annum Eucharistiam Sacram sumerent, imo alii plerumque ad decrepitam aetatem sumendam protelarent, nunc quolibet Virginis et Christi D. ni solemni festo aliisque annuis festivitatibus primisque mensis cujuslibet Dominicis confessionem simul et sacram peragunt communionem. Et apud quos Divina Sacra vix semel in hebdomada fiebant, nunc singulos in dies multa quolibet in loco, nisi desint sacerdotes, peraguntur.

Apud quos antea paganus aequalis fuit ruditas, nunc notitia Dei mandatorumque ejus cultura invaluit, doctrina profloruit, morum probitas egregia introducta. Quibus omnibus stimulati Schismatici, ad omne suos inter introducendum aemulantur bonum, et haec omnia nihil aliud sunt, nisi fructus Unionis.

Sed quid haec referamus? temporibus istis, cum maxime prememur, ipse Deus clarissime Sanctam protegere et promovere visus est Unionem: ante ipsum initium Cosaticae, Verna quidam simplex, sed bonus in Russia, versus Smolenscum posita, a Virgine sanctissima admonitus

unionem fidei, ut omnes promoverent docereturque sacerdotibus Ruthenis, docerent in ecclesiis rudem plebem orationem Dominicam, et Virginis salutationem. (f. 109) Non placere autem Deo et sibi Disunionem constantesque Uniti forent, si quae pericula in Unionem ingruerent. De hoc gravississima sunt testimonia.

Circa initium Cosaticae eadem Virgo ss. Vilnae Schismatico cuidam oranti, bono moraliter homini, comparuit, et dixit, eum esse in mala fide, sed si vellet salvari, iret ad suum praeconem apud S. Trinitatem Unitorum manentem, qui fuit Zacharias Ilkowski, a quo de salute sua instrueretur. Cum ad monasterium Zyrovicen., Pinsco recedentes, vellent accedere Cosaci, ejusdem initio Cosaticae, aliquot ante leucis, in campo aperto, luce meridiana, nisi sibi offusam esse nebulam, ut alter alterum non videret, ac tanquam in paludoso et lutoso essent loco, cum equis demergi, proinde poenitentia ducti invocataque Virgine et signati cruce cum se non amplius ad spoliandum eum locum ituros promisissent, exnunc omnia illis disparuere reversique sunt. Quod sane etiam juramento probatum est.

Expulsis Unitis Chelma atque in exilio a cathedra habitantibus, permisit Deus, ut etiam Unitis miraculosam imaginem Schismatici eriperent. Quam per commissarios suos instantibus Unitis Serenissimus modernus a Schismaticis receptam in bellum contra Cosacos et Tartaros duxit, victoriamque, profligatis utrisque, gloriosissimam sub Beresteczko reportavit. Tartari cum sua e regione in Polonos id temporis moverent, ariolos suos consuluerunt, utrum victoriam de Polonis adepturi essent, et responsum ab illis tulerunt: Ituri, inquebant, estis in Polonos, inventurique in castris eorum Virginem nigram, in cujus dextra sedet puellus, qui non mere puellum sed Deum significat. Ab hac igitur Virgine ita fugietis, ut vix contra vos Poloni frameam stricturi sint. Haec captivus apud Tartaros, post sex autem annos liber, Nobilis et miles Stanislaus Piascecki, Polonus, cum Chelmae esset, lacrimabundus coram imagine, retulit juramentoque super imaginem crucifixi confirmavit.

Haec autem quis non videret ss. Virginem quasi in campum pro defendenda discendisse Unione. Post eam enim victoriam Rex Serenissimus cathedram Chelmen. locum hujus sacrae imaginis et totum Ep. patum Unitis necnon alia loca extra Chelmen. dioecesim restituit. Sub eadem bella in dioecesi pariter Chelmen., in villa Hrebenna, ditionis regiae, tenutae Zamosciana, non procul a Leopoli, apud simplices sacerdotes unitos imago B. mae Virginis inclaruit, quae quaecumque Poloniae pericula ingruerent, lacrimata est. In festis quoque Virginis toties in ecclesia dictae villae lumen clarissimum visum est, miraculaque insignia et juramentis nobilissimorum virorum, praeter plebem, approbata.

Sub Slucko, civitate ducum Radzivilorum, in dioecesi Metropolitana

in M.D. Lithuaniae, ejusdem Virginis imago miraculose depicta, apud quemquam pauperem Nobilem comparuit, quam ipsa ss. Virgo in ecclesia Unitorum propalam poni jussit, et omnes quidem tam Latinos quam unitos Sacerdotes ad celebrandum admittere mandavit, Schismaticos vero omnino prohibuit.

Sub Nowogrodeci, celebri civitate Lithuaniae, in eadem dioecesi metropolitana, locus sacerrimus apud haereticum Franckievicium, vexilliferum Novogrodensem, comparuit, qui quamvis omnibus viribus ecclesiam Ruthenam unitam, uti quondam fuit, aedificari prohibeat, nihilominus sub S. Barbarae nomine, ita enim ipsa martyr variis hominibus in visione mandavit, sacellum simplicissimum pro Unitis vi hominum aedificatum, plurimis miraculis clarere coepit.

Agnovit vim B. Virginis unitos protegentis Moschus non procul a monasterio Zyrovicen., toties et toties castrum palatini Vilmensis et ducis exercituum Lith. ae Sapieha, Lachovicze dictum, in anno 1659, ab initio aprilis usque ad festivitatem SS. Petri et Pauli, oppugnans. Nam in aëre imaginem Virginis Zyrovicien. illud castrum protegentem vidit, et hoc ipsum Praeses illius arcis Iudycki, voto suo argenteo illic dedicato, expressit. Idem Moschus agnovit vim B. Martyris Josaphat Lithuanos et Polonos protegentem, Unitos promoventem, quando sub ejus nominis tessera dux Sapieha cum exercitu Lithuano, palatinus Russiae cum exercitu Polono Chovanscium, ducem Moschoviticum, cum 25000 militum selectissimorum eodem tempore profligaverunt.

Memorable etiam illud est divini erga nos favoris, quod gravissimi viri et ex palatinatu Polocensi varii referunt, S. Virginis imaginem, ad quam Ephesi quondam S. Alexius oravit, postmodum B.M. Josaphat in cathedra sua existentem exornavit, in Moschoviam (f. 110) ad principem urbem Moskvam Polocia delatam et in Ecclesia M. Ducis ex opposito ejusdem collocatam fuisse, noctu ad partem parietis locum mutavisse, cumque iterum eodem in loco posita esset, nocte ad ulteriorem locum decessisse. Ac dum tertio de voluntate Ducis in eodem locata esset loco, in aditum ecclesiae excessisse; monuit interim per somnium Virgo Deipara Ducem, ne suam imaginem amplius molestaret, sed ad locum Polocensem reduceret, alias morte puniendum. Qui divinitus factae monitioni obsecundans, imaginem auro praetiosissimisque gemmis et lapillis ornatam Polociam, sub annum 1660 remisit. Cui obviam, Moschorum Ep. pis cum omnibus suis Spiritualibus totaque civitate, ad leucam unam pedes processit, et solemniter in ecclesiam cathedralem S. Sophiae Unitorum ante introduxit. Atque ex hac s. imagine, ab Unitis antea culta, spem reducendae Polociam Unionis concipimus.

Longe celeberrimum divinae protectionis super nos illud habemus,

quando Cosaci anno 1659, post sublatam a Reipublica in Comitibus Unionem, post formatam Russiae Rempublicam, post concessas sibi et Spiritualibus suis in Senatu sedes, post tot e sui numero Nobiles factos, post tot variis accumulatas possessiones, post tot collatas libertates, cum deberent de his gaudere contentis, cum deberent ab Unitis omnes Ep.patus, monasteria, ecclesias, bona omnia recipere, derepente, intra duodecim septimanas in viscera sua gladium victorem converterunt, de se ipsis multos occiderunt, novam rebellionem, dejecto suo duce, excussa Reipublicae Polonae obedientia formaverunt, Moscho se subdiderunt, et omnia obtenta bona subruerunt, Unitos vero ab omnibus periculis liberarunt. Quod observantes Regni Senatores palam in senatu edixerunt, debere a Republica Unitos conservari siquidem quaecunque quandoque contra Unitos, in gratiam Cosacorum et Schismaticorum decrevisset, a Deo ipso semper fuisse reprobata, et Rempublicam dum pacem per haec quaerit, semper longe turbatiorem factam fuisse.

Denique pensandae sunt tam latae et longae Unitorum dioeceses, de quibus altius tractavimus, tam multi populi, tam magnae civitates, tam multiplicia oppida et villae, tam frequentes parochiae, in quibus multos miliones hominum numerare possumus, quae omnia non sine labore, ut diximus, Unitis obvenerunt. Si aliquo casu vellet nos aut Respublica aut S. Ecclesia, quod nunquam putavimus nec putamus, tollere (scimus enim tantam charitatem a S. Matre Ecclesia nobis exhibitam fuisse, communicante Eminentissimo nunc Cardinali, antea Nuntio in Polonia ap.lico Vidonio, quod bona nostra omnia, dato censu peccuniario Cosacis, voluit redimere, super quo ad duces modernum Teteram Cosacorum tanquam ad notum suum et quondam discipulum jussus est scribere Rev.mus modernus Ep.pus Chelmen), si inquam aliquo casu tollendi essemus, timendum est, ne sublatis tot tantique populi, mordicus devotionibus ritibusque affecti graecis, deficientibus pastoribus sensim ad schisma desciscant. Et qui modo per nostrae Unionis regimen in officio et timore Dei retenti sunt, fidelesque patriae, obsequentes Reipublicae fuerunt, nullaque rebellionem notati, postmodum sensim facti Schismatici et conjuncti tot modernis rebellibus, gravissimum Reipublicae generent periculum. Si enim pars Russiae, longe minor Ukraina, tanta mala fecit, quanta fecisset tota schismatica facta, tota rebellibus conjuncta Russia? Itaque ex hoc patet Unionem S. non solum salutem hominum, sed etiam Reipublicae conservandae esse pernecessariam. Rememoro etiam haec quaedam data in informatione de Metropolia, Schismaticos in punctis electionis Vladislavianae praecavisse, quod si aliquo casu nos Uniti deficeremus, Bona omnia nostrarum Ecclesiarum ad illos devolvi debere, et hoc tribus aut pluribus Regni constitutionibus sibi confirmarunt.

Verum his omissis, patuit clarissime, Unitos et promovisse sanctam fidem et promovere. Si qui autem ex nobis discoli inventi vel in hoc genere incurii, negligentes, hoc humanum est. Ostendatur locus aut communitas, in quo talia quandoque non fiant. Nostram autem negligentiam seu potius incuriam ipsorum Latinorum tam spiritualium quam saecularium, nos in patria persequentium importunitas quandoque causat, ne animarum saluti incumbamus, vel incumbere possimus. Sed sint nostra aliqua mala, et in procuranda animarum salute aliqui defectus, cum aperitissimo pectore ad Sedem Ap.licam pro remediis eorum malorum recurramus, integritatis nostrae et sanitatis maximum indicium est.

Non ergo Sancta Ecclesia audiat nostros, quique sunt illi, audiat accusatores; fortasse enim ad pauca respicientes, nec salutem animarum considerantes, sed utilitatem externam, (f. 111) ut bona nostra, quasi non satis haberent, possideant, talia enuntiant. Multum enim interest, ut dicit philosophus, interdici, et esse verum.

Precanturque humiliter D.D. Ep.pi, Religiosi, Clerus totus nomine totius Russiae unitae, ut sicut Rutheni in antecessoribus suis pro salute animarum suarum subditorumque suorum ad S. Romanam Ecclesiam libere accesserunt, atque a Sanctissimis Clemente VIII et Paulo V in Bullis suis firmam et apostolicam promissionem in perpetuum dandi Episcopos et Metropolitanum et consequenter omnes cum Ritu Graeco conservandi acceperunt, in perpetuum in suo statu conserventur. Quia non de nobis intelligentibus agitur, qui utrumque Ritum sacrum callemus, sed de tot et tantis animabus simplicibus, quae sunt et in Unione et in Disunione, ne tali nostra permutatione, illae, sublatis pastoribus, a fide recedant, istae in perfidia sua confirmentur, utraeque milionibus suis infernum repleant, et hoc perficiatur, quod non potuerunt Cosaci, quod non posset ullus perficere Haeresiarcha, tot simul et semel in damnationem aeternam trahendo animas. Quae res certe cum Deum conservatorem Regnorum infallibiliter offenderet, fortasse etiam Regni statum, qui se vult per sublationem Unionis conservare, non conservaret, sed perderet.

Haec omnia de voluntate DD. Episcoporum Unitorum aliorumque totius Religionis Superiorum fidelissime conscripsi.

JACOBUS SUSZA, Episcopus Chelmen. (m.p.).³⁰¹

³⁰¹ Exemplar Archivi de Prop. Fide habet expressam subscriptionem Jacobi Susza; exemplar quo utebatur M. Harasiewicz forsitan talem subscriptionem non habuit, saltem ibi non ponitur loco debito.

182.

Romae, 1664

Relatio Episcopi Chelmensis de pacificatione inter Ordinem Basilianum et Episcopos unitos, quae est quasi continuatio « narrationis » dissidiorum an. 1661.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. G.* (Fondo Vienna), v. 17, fol. 83-86 (num. ant)

Status recens Unionis, post Concordiam initam Religiosorum et Praelatorum.³⁰²

Post tricas inter Religiosos et Rev.mum Polocensem aliosque Praelatos transactas post occupationem Villae cuiusdam Torokanie cum adjacentibus praediis ad Religiosos, privilegio Regis, pertinentis (quae antiquitus pertinuit quidem ad Monasterium Zydicinense, sed abalienata est, ab annis circiter 50 et in variorum manu, ac usu fuit; demum in Archiepiscopi Metropolitani praeteriti; ex qua etiam occasione quasi ad Metropoliae bona adtinuerit, Rev.mus eam Polocensis occupaverat), post istam, inquam, occupationem, ego ipse uti Protoarchimandrita, sive Generalis, a Religione electus, anno praeterito circa initium Junij adcitavi Rev.mum Dominum Polocensem ad Ill.mum Nuntium. Interponente se Ill.mo Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae, qui multum erat mihi offensus, multaque in oppressionem Unionis profuderat, quod ego Dominum Archiepiscopum Polocensem non ad Curiam Regiam, sed ad forum spirituale, adcitarem; porrecta tamen solida Informatione, tum ex Canonibus, tum ex Jure patrio Civili, quod de privilegiorum cognitione super bonis spiritualibus, et inter personas spirituales, causa pertineat ad Superiorem Judicem Spiritualem, visus est aliquantisper praetensiones suas cessisse. Itaque ad iudicium Ill.mi Nuntij advoluta causa, dum alibi, hoc est coram Auditore Ill.mi Nuntij Forum agnitum Religiosis cum Domino Polocensi ulterius procedendi, nos in praesentia Ill.mi Nuntij ambo, videlicet ego, nomine Religiosorum et Rev.mus Polocensis Concordiam inivimus hac conditione, ut is cederet bonis Religiosis, et damna compensaret.

Ita ergo in praesentia eiusdem Ill.mi Domini Nuntij in fraternos amplexus ruimus et per aliquot dies, laetante Aula Regia et Ill.mi Nuntij variisque hanc rem scientibus hominibus, mutuae benevolentiae officia, alter in alterum praestitimus. Et quia mihi Synodum Dioecesis meae

³⁰² Relatio haec scripta fuit ab Episcopo Chelmensi, ut videtur, iam Romae, forsan circa medietatem anni 1664, et est optima continuatio s.d. « Narrationis » anni 1661 (cfr. nr. 127-137), statumque rerum usque ad medietatem anni 1664 perducit.

celebrare 10 Junii incumbibat, Leopoli quantocius discessi. Unde etiam Rev.mus Polocensis pro 12 eiusdem Chelmam descendit, ibique non sine gaudio totius mei Cleri, Religiosorum, Nobilium, Civium, exceptus est. Divinae etiam aliquid ordinationis fuit, ut in crastinum post adventum Rev.mi Polocensis, Rev.mus itidem Episcopus noster Vladimiriensis, votum suum miraculosae Iconi Chelmensi reddens (siquidem in agone mortis constitutus, a Sorore sua germana, ad dictam Iconem (fol. 83v) oblatu convaluit) eodem advenerit, auxeritque publicam et Cleri et omnium hominum et nostrum duorum laetitiam. Nam ab immemorabili tempore, non erat hoc auditum, ut tres Episcopi Uniti longissime a se invicem distantes, Chelmam quandoque confluisissent. Hic, inter transactas benevolentiae mutuae contestationes, inivimus primo Consilium supplicare Sedi Apostolicae pro canonizatione B. Martyris Josaphat et mei Romam pro variis necessitatibus directione, scripsimusque eadem super re ad varios Dominos Episcopos.

Quoniam vero in causa memorati B. Josaphat, plurimum interesse nobis visum est, habere Regis Serenissimi, Reginalis Majestatis, Procerumque Regni et Lithuaniae ad Sedem Apostolicam intercessorias Litteras hoc ipsum mihi, ut curarem, commissum est.³⁰³

Caeterum Rev.mus Episcopus Vladimiriensis, pro ingressu suo in Episcopatum Vladimiriensem, qui in 15 Julii incidebat, me invitato discessit, manente per aliquot dies Rev.mo Polocensi, et a me hospitalitatis officia excipiente. Quamprimum vero a me descendens ad memoratam Villam Torokanensem pervenisset, statim Religiosis eam cum omni Jure in possessionem tradidit et pro posse suo compensare damna pollicitus est. Interea Vladimiriensem ad introducendum Rev.mum Vladimiriensem pro 15 Julii accessi, actum illum solemnem concione ornavi, et Leopolim iterato adveni, ubi obtentis Sacrae Regiae Majestatis et Reginalis Procerumque variorum, in negotio B. Martyris Josaphat, Litteris, ad Rev.mum Premysliensem nuper defunctum, meas et Rev.mi Polocensis direxi Litteras, in quibus necessitates Congressus nostri Zyroviciis, pro certo termino futuri, exponebantur. Sed ille occupatione recipiendarum ecclesiarum a Schismaticis, quas varii Domini Collatores ipsi subdebant, et valetudinis debilitate longique itineris incommoditate (octuaginta enim leucis Monasterium Zyroviciense distabat) sese excusante, et per Litteras desideria

³⁰³ Cfr. in nostra Collectione: *S. Josaphat-Hieromartyr. Documenta Beatificationis et Canonizationis*, vol. III (1637-1867), Romae 1967, ubi hae instantiae pleno textu prostant. Nec non cfr. etiam nr. 178, de data 3.XI.1663, ubi haec res Jacobo Susza pertractanda Romae committitur.

sua commendante, Rev.mum Episcopum Vladimiriensem, praesens praesentem conveni. Qui cum variis esset distractus negotiis, quae tractanda essent in Congressu nostro, oretenus proposuit, ipse vero ad Congressum non accessit. Quapropter ad memoratum Monasterium Chelma ab initio Septembris, anno superiore, ut dixi egrediens, profectus sum; ac de ora, Litteris, varios Religiosos, ex monasteriis suis Zyrovicios evocavi; ibique variis de rebus consului, de Concordia facta et continuanda cum Rev.mo Polocensi late (f. 84) exposui. Religiosi, non modo gaudere de Concordia, sed etiam observare eam paratissimi cum essent, declaraverunt se, dummodo Rev.mus Polocensis in Regimen Religionis non intruderet se, omnium amore, et honore prosecuturos. Ad declarandam autem maiorem Concordiam statuerunt: Iura tam Rev.mo Polocensi, quam Archimandritae Vilnensi necessaria extradere; Monasteria quae erant sub aliquibus Archimandritis, Religioni contrariis, personis Religiosis iuvare; Vilnensi Monasterio Imaginem Virginis SS.mae Miraculosam, cum toto eiusdem Ecclesiae Thesauro restituere, quam, piae memoriae, Benedictus Terleckij, Ordinis nostri Provincialis, Sacrae Congregationis de Prop. Fide Romanus Alumnus, cum Juribus, Thesauris, et Archivio totius Unionis, cum periculo vitae suae, quando iam Vilnam Moschi occupaverunt, eodem incognite descendens, a quopiam Cive Vilnensi Unito, in secreto loco, cum dictis Juribus, Thesauris, et Archivio observata summa solertia, et dexterritate Vilna evexerat, et in omnibus Moschorum, Cosacorumque in Lithuaniam incursibus, cautissime observaverat.

Eodem in Congressu nostro Discoli, Monasteria ordinata; ad Superioratum Monasterij Zyrovicien. evectus vir egregius et bene meritus P. Adrianus Mozer, Ordinis Vice-Provincialis, eique Regimen Religionis in absentia Provincialis, et mei ipsius commissum est. Oppidani Monasterij ad ordinem aliorum oppidorum reducti, Magistratusque illis assignatus. Bytheniensis Monasterij legationes, plurium villarum, et oppidi unius, a piae memoriae Ill.mo Dominio Nicolao Trisna, Thesaurario M.D. Lituaniae, Unito, factae, cum Domina quadam, filii eiusdem Thesaurarij et Palatini Brestensis, itidem nostri Uniti uxore, cum antea legationes hae, incertae et dubiae, a 20 annis penderent, Iure solido roboratae, aliaque multa bona facta.

Caeterum, ad Congressum nostrum, pro tempore assignato, advenientibus Rev.mis Polocensi et Smolenscensi Archiepiscopis, et nonnullis Archimandritis, primum Rev.mo Polocensi (qui antea cum suis nec admissus est ad Monasterium, durante discordia), praemisso solemni campanae maioris pulsu, Religiosi bini et bini, alij in habitu, alij in sacris vestimentis, cum Crucibus obviaverunt, eundemque cum cantu solemni, ad ecclesiam ac ad Virginem Miraculosam introduxerunt: preces ad Intro-

ductionem Episcoporum (f. 84v) ecclesia fieri solitas, pro eo effuderunt, perhumane omnes salutaverunt. Cumque ille, memor sui a Religiosis contemptus, in Monasterio diversari recusaret, et, a nonnullis, praesentibus Religiosis, qui tum illi introitum negaverunt, aliquantum averteretur, brevi eum et reconciliari, et ut in Monasterio diversaretur effeci, similiter omnes Archimandritas ad idem Monasterium admisi. Ac advenientem Rev.mum Archiepiscopum Smolenscensem eodem favore excepi, atque in Monasterio mansionem eidem assignavi. Postea in charitate omnes invicem, obsequiorum, humanitatisque officiis nos coluimus. In hoc Congressu, actum de B. Martyris Josaphat negotio, de Metropolitano, de Religionis Regimine, deque aliis rebus, de quibus Memoriale Sacrae Congr. de Prop. Fide porrectum, litterae scriptae, tum ad SS.mum D. Nostrum, tum ad Sacr. Congregationem, tum ad varios Eminentissimos Cardinales. Maiorem in modum tunc Clerus noster, Nobilitas, Magnates Lithuaniae et totus populus ex nostra concordia laetatus est. Ibidem Rev.mus Polocensis, tempore Jubilaei, accurrente copiosissimo varii status populo, et Nobilitate, solemniter celebravit, ego in Sacro eius concionatus sum; multisque bonis actis discessimus; et Rev.mus quidem Polocensis a Lithuaniae Tribunali, ego a Regni Tribunali, variisque Proceribus, pro Beati Martyris Canonizatione, ad Sanctissimum, caeterosque ut supra procuravimus.

Post haec Consilia, res statutas effectui mancipando, ad Monasterium Vilmense misi Religiosos, ut illic animarum saluti incumberent. Excellens ex illis unus ibi nunc est concionator, Hieronymus Bohdanowicz non ita pridem Collegij Graeci Alumnus, qui non modo in ecclesia Monasterij sui, sed in variis latinarum Ecclesiarum cathedris, cum egregia laude, subsistere solet. Alios autem Religiosos pro studiis eodem direxi. Misi etiam nonnullos in Russiam profundam ad Monasteria, Moschorum limitibus proxima, quae erant ante sub hoste nunc libera, ut illic etiam eandem curam animarum haberent. Remisi Jura ad Rev.mum Polocensem pertinentia. Remisi Vilnam cum omnibus Thesauris, et Juribus Divae Virginis Imaginem, cui insignem in introductione eius triumphum Cives uniti exhibuerunt. Siquidem in Decembri praeterito, cum iam prope Vilnam Imago advecta esset, Cives dicti triumphalem ei et splendide ornatum currum praeparaverunt; positamque in eo Imaginem, clenodiis suis ornatam, tabellisque votivis, sexiugis equis, effusa in occursum tota, cum bene exornatis utriusque sexus hominibus, effluerat Civitate, variorumque Religiosorum (f. 85) processionaliter exeuntibus familiis, nec non toto Clero Latino, et Rutheno obviantibus, in Civitatem ac ecclesiam SS.mae Trinitatis Religiosorum Unitorum, laeti et ovantes, cum hymnis et Psalmis et lucernis, campanarum ubique pulsatione, sclopetorumque ac tormentorum explosione, introduxerunt. Concionem id temporis Vir gravis et

excellens, eruditionisque magnae, Ill.ris et Admodum R.D. Slupski, Canonicus Vlnensis, ad laetitiam publicam commodam, coram populo habuit.

Quae introductio nostram initam Concordiam, plusquam luculenter demonstravit: solatium vero Unitis, et Catholicis latinis, accurrere ad Imaginem Sacram in suis necessitatibus solitis, maximum attulit; Schismaticos ex discordia Unitorum plurimum laetantes, confudit; omnes demum mirum in modum aedificavit. Porro, Schismaticis procurantibus in Senatu Vlnensi locum, scribentibus autem omnibus Consularibus viris unitis ad nostrum Conventum, ut id impediremus, primum quidem ad Ill.mum Episcopum Vlnensem, et Capitulum latinum, tum etiam ad Consules et Consulares latinos, Scismaticorum molimina impediendo scripsimus, tandem per Senatores in Aula Serenissimi rescriptum, hoc eorum opus impediens, impetravimus; nonnulla etiam Privilegia pro ampliando et elevando oppido Zyroviciensi, fructibusque eius promovendis. Haec rescripta Principis iam post abscessum meum Admodum R.P. Vice-Provinciali devenerunt;³⁰⁴ ac ille ipse, mandatum Principis de impediendo loco Schismaticis in Senatu Vlnensi, Dominis Consulibus, aliisque Vilnae praesentavit. Ita ad me idem, in litteris, Julij 13 Anni praesentis, datis.

Post abscessum Zyroviciis, fui apud Rev.mum Vladimiriensem, qui litteris omnibus et ipsi Informationi ab aliis Dominis Ep.pis et Religionis nostrae Praelatis, in praesentia mea, subscripsit. Quae omnia etiam ad Rev.mum postea Premysliensem, ad subscribendum, transmisi, et obtinui, ac demum viae me Romanae accinxi.

Scribit mihi Idem R.P. Vice-Provincialis quod cum esset Vilnae, adverterit per Religiosos nostros in promovenda salute animarum multa bona agi, et cum honore Religionis. Quod Serenissimus Poloniae Rex, 6 Julij ante meridiem, Zyrovicios advenerit et in Monasterio Zyroviciensi 5 diebus moratus fuerit, confessus sit, communicavit, idque cum tota Aula et Senatoribus illuc affluentibus, quotidie vero (85v) in Sacris cantatis, et Vesperis devotioni adfuerit.³⁰⁵ Ibidem Ill.mos Dominos Cancellarium Paz M.D. Lithuaniae et Sapieham Generalem exercituum eiusdem Ducatus, Palatinum Vlnensem, conciliavit Rex Serenissimus, eleemosina bona Monasterium adjuvit, et maiorem se Varsavia missurum, lampadem etiam cum perpetuo igne fundaturum promisit. Superior Nominatus et

³⁰⁴ I.e. anno 1664, prima medietate; Viceprovincialis erat tunc temporis P. Adrianus Mozer, Superior Zyroviciensis; cfr. in eadem littera, supra.

³⁰⁵ Ex regibus-peregrinis Zyrovicios constat nobis de Vladislao IV, Joanne Casimiro, et Joanne III Sobieski. Haec commoratio Joannis Casimiri per 5 integros dies erat forsitan omnium longior, et certe totum Regnum aedificavit, nec non Unitis plus aestimationis acquisivit.

advenientem Serenissimum, et recedentem salutavit: cui salutationi, ipse per se respondit Serenissimus.

Quod ad modernum Statum attinet Unionis:³⁰⁶ Metropolia tota, in Lithuania et Russia ei subiecta, tota quanta ab hoste libera est; et sicut antea omnes Presbyteri cum suis Parochiis sunt in Unione; nisi quod magna sit facta desolatio per hostem, igne et ferro grassantem; malum autem eius est pessimum quod Pastore careat. Rev.mus Polocensis illam dependenter ab Ill.mo Nuntio regit, et episcopalia in ea exercet.

Archiepiscopatus Smolescensis quantus quantus est in hostico est. Archiepiscopatus Polocensis, ex parte ab hoste liber, ex parte ab hoste occupatur. Rev.mus autem Polocensis eum invisens et versus Polociam 12 tantum leucis existens, non ita pridem in periculo vitae a Moschis fuit. Episcopatus Pinscensis a Moscho quidem liber est, sed a Cosacis etiam nunc, ex regionibus ultra Boristhenem erumpentibus, infestatus est. Episcopatus Vladimiriensis, totus est in possessione sui Episcopi, nisi quod quibus in locis tempore Cosaticae a Schismaticis ereptae sunt Parochiae, ibidem etiam nunc permanent Schismatici. Episcopatus Premysliensis, post mortem Rev.mi Procopij Chmielovscij, 22 Februarij, praesentis anni extincti, quia Coadiutor non fuit consecratus, a schismatico Premysliensi Pseudoepiscopo recenter occupatus est, ut Ill.mus Nuntius, et ipse Coadiutor seu Nominatus noster Premysliensis scribunt; patebit hoc ex utriusque litteris ad me missis.

Episcopatus Chelmensis, Dei gratia, et Virginis Sanctissimae protectione, manet in suo esse, exceptis illis locis, qui etiam tempore piae memoriae Antecessoris mei non erant sub Unione, nec propter bella moderna ulla ratione ad obedientiam reduci poterant. Atque uti post receptam a Schismaticis Cathedram, victoriamque clarissimam Berestecianam, quae praesente Chelmensi Imagine in Castris contigit, locus hic (f. 86) miraculis, devotione, concursu hominum et favore omnium crescere, et clarescere caepit, ita etiam nunc incessanter crescit et clarescit, ut etiam ad me recenter in hoc 7bri scribitur. Schismatici vel convertuntur, vel egregia devotione miraculorumque frequentium gloria, ac donariorum argenteorum multitudine, in duritie sua emollescunt. Tempore festorum Beatissimae Virginis, tam novi quam veteris Calendarij, tam Latini quam Rutheni, miracula et gratias, cum illis factas contestantes, quamplurimi, in absentia mea, ad confessionem et communionem confluebant et confluunt,

³⁰⁶ Verba sequentia optime complent amplissimam relationem s.d. « De laboribus Unitorum », quam sub nr. 181 publici fecimus iuris, correctis erroribus et additis notis ipsius Jacobi Susza.

magni Viri e nobilitate pedestri itinere, cum tota sua familia, adveniunt. Unicum solum malum est, quod Venerabile Capitulum latinum, etiam absente me, nulliter, indebite, vexatorie, ad Ill.mum Dominum Archiepiscopum Leopoliensem, aliquo Jure Sedis Apostolicae Commissarium, de Decimis, quas hic mecum agitant, adcitant.

Haec pro fidelitate mea in S. Ecclesiam quantum scire potui retuli.³⁰⁷

Jacobus Susza, Eppus. Chelm. (m. pr.)
Chelma,... 1664.

183.

Informatio, ab Ep. J. Susza exarata, variis vicibus perfecta, semper tamen forma pleniori et perfectiori, et tandem an. 1664, abscedente Susza Romam, Nuntio Varsaviensi et Metropolitae Kioviensi relicta fuit.

BIBL. APOST. VATICANA, *Barb. lat.*, vol. 2585, fol. 72-76.

INFORMATIO DE UNIONE ET CONCORDIA ECCLESIAE GRAECAE CUM LATINA IN RUSSIA ANTIQUITUS OBSERVATA.³⁰⁸

Non agimus hic, de Concordia et Unione Orientalis Ecclesiae cum Occidentali, in ipsa Graecia, a primordiis Christianitatis, usque ad ipsa Photii Constantinopolitani Patriarchae, et Michaëlis Basiliique postea Imperatorum Constantinopolitarum tempora, semper observata. Sed agimus solum de Concordia et Unione Ecclesiae Ruthenae cum S. Romana Ecclesia, a susceptione Baptismi per Ruthenos, servata, culta, et promota, usque ad nostra tempora, licet haec Unio aliquando interrupta fuerit. Atque in primis duobus id modis probari potest. Primo usu antiquissimo Unionis; deinde iuribus et libertatibus, datis a Serenissimis Regibus Poloniae, Archiepiscopis, Episcopis, caeterisque Praelatis, et toti Clero Rutheno, aequae ut Romano, quod hanc Unionem amplexi sint.

³⁰⁷ Auctor scribit iam in Urbe, tempore suae ibidem commorationis annis 1664-1665, et, ut plurimum, propria memoria ex personali experientia utitur.

³⁰⁸ Praesentem « Informationem » iam supra, sub nr. 95, in aprili 1659 notavimus edendam, quae decursu annorum magis magisque perfecta devenit, et tandem anno 1663 Nuntio et Archiepiscopo Polocensi a Jacobo Susza relicta fuit, ut possit servire in defensionem Unionis, prout notat ipse Auctor. Alia proinde exemplaria huius « Informationis » possunt adhuc inveniri in aliis Archivis, praesertim paululum differentis textus, quia ipsa fuit tantummodo traductio ex textu polono, et diversimode potuit ad effectum deduci, et in quibusdam forsitan compleri ac in perfectiori forma praesentari. Contentum tamen paucum differt, ut opus unius eiusdemque Auctoris.

(Nota) *Usus antiquus Unionis in Russia. Baptisma Russiae primum.*³⁰⁹
 — Rem igitur ordiendo ab ipso usu. In Russia nostra primum Baptisma susceptum temporibus Michaëlis Imperatoris Graeci, Ignatii autem Patriarchae veri, obedientisque Pontifici Romano (quem post Photius deiecit, factus per potentiam suam Patriarcha, sed et ipse postea deiectus, et Ignatius restitutus) et tempore Principum Russiae, Rurici, Ascoldi, Diri, anno salutis 863 iuxta eundem Photium, apud Baronium. Curopalates vero apud eundem Baronium asserit, hoc Baptisma fuisse tempore Basilii Macedonis, Caesaris, 886, nempe eodem anno, quo mortuus est Basilius Macedo. Caeterum Ignatius restitutus est per Basilium sedi suae anno 867.

(Nota) *Convertuntur Rutheni a Cyrillo et Methodio: a quibus Sacra Graeca in Slavonicum versa, et a Pontifice Romano confirmata.* — Circa haec tempora S. Cyrillus, Religiosus Orientalis, Sancti Basilii, cum socio suo Methodio, itidem religioso, ex Monasterio Graeco, super fretum angustum, ut est in Slavonico Martyrologio, ad conversionem gentium Slavonicae linguae, uti Croatiae, Illyrici, Moraviae, Bohemiae, Slavoniae, aliarumque circa Danubium, eiusdem idiomatis, missus, totum Ritus Graecum, nativa eorum lingua transtulit ex Graeco, easque gentes ad fidem Christianam Catholicam convertit. Quia vero contra illum Graeci insurrexerunt dicentes, non licere nisi tribus linguis: Hebraica, Latina et Graeca, sacra Christiana celebrari, ideo ipse Romam ad pontificem Adrianum appulit. Cui, uti Sancti Martyris Clementis Papae Romani reliquias ferenti, Pontifex cum toto Clero et Populo, solemniter cereis accensis obviavit. Slavonicos libros, posteaquam rem intellexisset, Romae, in Ecclesia Sanctae Mariae dicta Pacis, deposuit, atque illic Divina celebravit. Fortassis eo fine, ut Deus manifestaret, vellet ne Slavonico Idiomate sacra sibi fieri. Nec sine instinctu Dei (prout etiam nonnulli (fol. 72v) hystorici asserunt, Divino claro monitu, auditaque in templo voce Slavonica ex psalmo 150, videlicet: Omnis Spiritus laudet Dominum), discipulos Sancti Cyrilli iussit Pontifex per Episcopos Formosum et Henricum consecrari, Sacrumque celebrare Cyrillo iniunxit Slavonicum, primo in templo S. Petri, deinde in templo S. Andreae, tandem in templo S. Pauli.

³⁰⁹ Nota haec et sequentes manu Jacobi Susza introductae sunt, ut informatio clarior evaderet. Secundum hodiernum statum historiographiae plura nomina et praesertim eventus melius et exactius determinata, et studiosis rerum historicarum iam nota sunt; haec proinde hic corrigere non videbatur necessarium, ne Lectorem taedio afficeremus.

Et sic, post confirmationem Sacra celebrandi Slavonice, reversus in Slavonicas partes, Cyrillus multa bona fecit. Mortuus autem 14 Februarii anno mundi iuxta Graecos 6377, Indictione secunda, anno scilicet Christi 869, regnante Basilio Macedone, post restitutionem S. Ignatii, et eiectionem Photii, quae fuit anno 867, ipso videlicet tempore Unionis. Haec omnia desumpta sunt ex libro Ruthenico, sic dicto PROLOH, quia aliis libris in Monasteriis tempore mensae primo legitur, seu ex Martyrologio Rutheno. Caeterum memoratum supra Methodium Menologion Slavonicum Maii 11 vocat fratrem Cyrilli, qui invenit litteras Slavonicas, aitque eum vixisse anno 880, tempore Basilii Macedonis, Imperatoris Graeci.

Quare velim hic recolligerent se Domini Disuniti Rutheni, a quo habent librorum sacrorum in Slavonica lingua benedictionem? a quo habent Slavonice omnia sua Sacra celebrandi licentiam? scilicet a Pontifice Romano Adriano, non vero a Graeco Patriarcha Constantinopolitano. Ubi primo celebrata sunt sacra haec Slavonica? certe non Constantinopoli, sed Romae. Quis eorum Sacerdotes primos consecravit? Formosus et Henricus Episcopi Latini, iussu Pontificis Romani. Quem sacrum Ritum Graecum, quia Rutheni in lingua Slavonica susceperunt, certe omnia nunc enumerata a Romano Pontifice susceperunt. Nec fuit tum Disunio, sed Universae Ecclesiae Sanctae Unio, ut clarissime patet. Confirmat idem Menologium Graecum et Slavonicum, et Breviarium eorundem, ubi commemoratio fit huius S. Cyrilli, Apostoli Slavoniae, 14 Februarii, diciturque Sanctus hic vixisse anno Christi 867, tempore Imperii Michaëlis tertii Imperatoris Constantinopolitani. Quod tempus combinari bene potest cum tempore primi Baptismatis a Ruthenis suscepti, partim a Photio, partim a Baronio superius adnotato. Et mors S. Cyrilli anno Christi 869 contingens incidit plane post annos duos restitutionis S. Ignatii, Patriarchae Constantinopolitani, a Photio expulsi, a Basilio Imperatore, initio statim sui regni, de voluntate Nicolai Papae, praedecessoris Adriani, restituti. Si quidem hoc anno 869 Adrianus Pontifex restitutionem S. Ignatii confirmat.

Quo ipso et autoritas suprema Pontificis Romani in Ecclesia S. Catholica confirmatur, et Ruthenos primum Baptisma accipientes, Slavonicaque lingua celebrantes, in Unione S. Romanae Ecclesiae id temporis extitisse. Vide de his, praeter Ruthenicos memoratos Codices, Baronium sub his ipsis annis. Et Leonem Allatium, De concordia Orientalis Ecclesiae, lib. 2, cap. 4, num. 4 et 5, qui de Photii et Ignatii annis (fol. 73) supradictis ex variis Graecis authoribus exacte perscribit.

(Nota) *Baptisma secundum Russiae.* — Sed, recidentibus ad Idolatriam Ruthenis, secundum Baptisma susceptum est ab iisdem, sub annum

Christi 946, sub Caesare Constantino Octavo, sub Duce Russiae Igoro,³¹⁰ sub Patriarcha Theophilacto, Romani Imperatoris Constantinopolitani filio, a Ioanne X, Pontifice Romano, in Sede Constantinopolitana confirmato.

(Nota) *Baptisma tertium sub quo universalis fuit unio.* — Nec multum durantibus etiam post secundum Baptismum in fide Christiana Ruthenis, tertio generaliter susceptus est ab illis Baptismus sedem Constantinopolitanam dirigente Nicolao Chrisobergo, Imperantibus Basilio et Constantino fratribus, existente Duce Russiae Vladimiro Magno, in Baptismate Basilio vocato, Michaële Metropolita Russiae primo facto, a Natali Virginis aut 990 anno, aut 998, aut 1000 iuxta nonnullos annales Ruthenos, iuxta Baronium 1008.³¹¹ Quo tempore Universa baptisata est Russia, fana gentilia diruta, Episcopatus aliqui erecti, Ecclesiae, Monasteriaque fundata. Unio vero inter omnes Orientales et Occidentales vigeat sub uno capite, Pontifice Romano. Deducitur id ex eo, quod Petrus, Antiochenus Patriarcha, in litteris suis ad Michaëlem Cerullarium, Constantinopolitanum Patriarcham, testatur, solitam fieri Commemorationem Pontificis Romani a Patriarchis in sacris Diptichis, hoc est in libris Defunctorum, quibus inscribebantur nomina Catholicorum et commemorabantur; deinde etiam in ipsis Sacris Lyturgiis, in quibus Graeci et Rutheni, etiam nunc Pastores suos vivos publice commemorant, qua commemoratione et obedientiam erga illos, et communionem seu Unionem cum illis contestantur. Citat hanc Petri Epistolam Baronius anno 1009. Pono verba Petri Antiocheni Patriarchae, haec sunt: Praeterea ipse quoque testis irrefragabilis, et alii mecum plerique ex Ecclesiasticis primatibus, sub Beatissimo Patriarcha Antiocheno, Domino Ioanne, Pontificem Romanum Ioannem et ipsum nuncupatum, in Sacris Diptichis commemorari. Et ante annos 45 Constantinopolim appellans, sub beatae memoriae Sergio, iam dictum Papam inter sacra Missarum solemnias, cum aliis Patriarchis commemorari audivi. Quomodo vero postea eiusdem commemoratio evasa fuerit, et quam ob causam ignoro. Haec ille. Idem Petrus, factus Patriarcha Antiochiae, obedientiam praestat Romano Pontifici. Vide Baronium anno 1053.

Caeterum Veccus quoque, Patriarcha Constantinopolitanus vivens

³¹⁰ Agitur de principe Ihor Rurikida (912-944). Tamen anno 946 Regnum iam eius uxor principissa Olha regebat, quae dein baptizata fuit anno circiter 955, sed eius baptismus ab eius filio Svjatoslav non fuit acceptus, et ipsa obiit anno 969 ut « stella matutina » fidei christianae in Rusj-Ucraina.

³¹¹ Haec diversitas opinionum de baptismate Russiae tunc tempore adhuc vigeat; hodie iam fere omnes conveniunt eventum hoc locum habuisse anno 988.

circa annum 1250,³¹² idem confirmat Orat. 2, partim apologetica partim contradictoria, in haec verba: Imo, testem se Antiochenus (scilicet Petrus Patriarcha) irreprehensibilem exhibet, Papae Constantinopoli, ante 45 annos, cum reliquis Patriarchis inter Missarum solemniam commemorationem fieri. Emmanuel etiam Calecas Graecus, lib. 4, adversus Graecos, post Photium Unitatem Ecclesiae per decem et septem Patriarchas durasse usque ad Cerullarium. (fol. 73v)

Quidam etiam author Graecus manuscriptus apud Allatium, de Concordia, enumerat Patriarchas Unitos post Photium hisce verbis: Post Photium Antimus, ut diximus, postmodum Stephanus, Nicolaus Mysticus, Euthimius, rursus idem Nicolaus, postea Stephanus, Typho, Theophilactus, Polieuctus, Basilius, Antonius, Nicolaus Chrisoberges, Sisinius ex praefecto, Sergius, Eustatius, Alexius et Michaël Cerullarius. Et addit: animadvertas hos omnes, praeter unum Cerullarium, cum Italis communicasse. Sed de Sergio, post Sisinium, aliter Baronius, nempe eum uti de sanguine Photii existentem, Schismatis quoque eiusdem promotorem fuisse. Vide de his omnibus Leonem Allatium, lib. 2, de concordia Orientalis et Occidentalis Ecclesiae, capite octavo, numero 3 et 5.

Insuper Baronius anno 1009 de Unione Graecorum cum S. Romana Ecclesia id temporis existente, testatur in Epitaphio Ioannis 19, Pontificis Romani (quem Petrus Antiochenus Patriarcha supra commemorat) haec verba reperiri: Graecos vicit et Schismate amoto Unam Ecclesiam fecit.

Atque adeo cum tempore Nicolai Chrisobergi, Patriarchae Constantinopolitani, Russia sit baptisata terio, tum illo in obedientia, communionem et Unione Romani Pontificis existente, sequitur etiam Russiam, in Baptismate, et cum Baptismate Unionem Romanam a Chrisobergo accepisse, et ad eam accessisse.

Rursumque recurro ad prius, siquidem Cyrillianam Graecorum Rituum in lingua Slavonica translationem, a Pontifice olim Adriano benedictam, concessam, confirmatam, ut supra, etiam sub ultimum Baptisma Russia acceperit, hoc totum habet a Romano Pontifice; et contra omne fas et aequum agit, dum eius obedientiam, communionem, Unionem refractarie excutit.

Secundus Metropolitanus Leontius Kioviensis,³¹³ sub annum 1020,

³¹² Joannes XI Bekkus erat patriarcha Constantinopolitanus annis 1275-1282. Hic unionem cum Ecclesia Catholica Lugdunensem accepit, quam sustinere non valuit.

³¹³ Similis series Metropolitanarum Kioviensium datur a Jacobo Susza eodem anno etiam in litteris ad ducem cosacorum Joannem Wyhovskij. Cfr. supra sub nr. 94, die 8.III.1659.

Episcopatus Russiae ordinavit, et sedem suam Metropolitanam fixam ratamque Kioviae esse voluit, tempore Eustatii, Patriarchae Constantinopolitani, qui cum Basilio Imperatore Romam ad Summum Pontificem mittebat, pro impetranda sibi licentia usurpandi tituli Oecumenici in suo Orbe, quem usurpat Sanctissimus in Universo. Et licet id negatum ipsi fuerit, integre tamen in obedientia permansit Romana. Vide Allatium, de Concordia Orientali et Occidentali, lib. 2, cap. 8, num. 4. Hinc sequitur, etiam secundum Russiae Metropolitanum fuisse Unitum, sub Patriarcha Unito, et Episcopatus ordinavisse in Unione.

Tertius Metropolitanus Theopemptus, circa annum 1034, fuit in Unione, tempore Iaroslai Principis, qui etiam post obitum eius, a Michaële Cerulario, Patriarcha Constantinopolitano, schismatico, Metropolitanam recusavit petere, credibile est propter eius Schisma id eum fecisse. Et Hilarionem Ruthenum in quartum (fol. 74) Metropolitanum suis Episcopis Ruthenis consecrare praecepit. Hic Jaroslaus, ut Baronius et Dlugosius Hystoricus Polonicus ait, Sanctae Sophiae Ecclesiam Cathedralem Kioviensem erexit et dotavit, aliasque Ecclesias. Idem testantur Rutheni Annales. Ergo et Sophiae S. Ecclesia Metropolitana et aliae ad Unitos pertinent.

De quinto Metropolitanato Russiae, sexto et septimo nihil constat, fuerint ne Disuniti nec ne.

Octavus Metropolitanus expresse coluit Unionem, siquidem festum Translationis S. Nicolai Myrrhensis ad Civitatem Italicam Barensem, a secundo Urbano Pontifice Romano institutum, recepit, quod Graeci hucusque non receperunt. Est de hac Translatione fusissima Narratio, et de miraculis, quae in Translatione facta sunt, in libris Ruthenicis. Alii huic succedentes Metropolitanati in obedientia fuerunt Patriarcharum.

Decimus tertius Metropolitanus Clemens, sub Isiaslavo Principe, a suis itidem Ruthenis Episcopis, Sacris in Russia initiatus, sine ullo recurso ad Patriarcham Constantinopolitanum, cum superimpositione ei Capitis S. Clementis Martyris et Pontificis Romani, et certus fuit Unitus. Vixit anno 1170. Ita Annales Ruthenici seu Slavonici.

Similiter eundem subsequens Metropolitanus fuit in Unione; pariterque decimus quintus, Ioannes, Constantinopoli missus, a Rostislavo Principe Russiae remissus, nec prius receptus et admissus, quam plurimis donis et praecibus a Caesare Graecorum Emmanuele Comneno placatus fuisset, ut est in Chronico Rutheno.

Scripsit hic Caesar ad Alexandrum tertium Papam anno 1166, declarando se esse Unitum, et Unionem in totam Graeciam velle se introducere, a Friderico, Caesare Germano, omnibus viribus Pontificem Romanum se defensurum, dummodo sibi Coronam Caesaris Romani restitueret. Vide

Baronium sub hunc annum. Haec eius Epistola superstat etiam in libris nonnullis Ruthenicis.

At postea, quum anno 1200 Latini Constantinopolim et imperium Graecum occuparunt, atque ad annum circiter 1250 tenuerunt, Patriarchae quoque Latini fuerunt, proinde credibile est etiam Kioviae Metropolitanos eisdem obsequentes fuisse, uno dempto Iosepho.

Vigesimus secundus Metropolitanus Kioviensis, Cyrillus tertius, Unitus fuit. Quo superstite Constantinopolis a Michaële Paleologo est liberata, is concordiam fidei, unionemque totius Graeciae tota vita sua curavit, servavitque. Idque tempore Patriarchae Constantinopolitani Vecci, qui post fata huius Imperatoris (fol. 74v) sub filio eius Andronico, pro confessione ab utroque procedentis S. Spiritus cum nonnullis suis Praelatis in ergastulo defunctus est. Vide apud Allatium lib. 2, cap. 15, num. 1, et aliis sequentibus, qui Pachymerem, Graecum Hystoricum, variis in locis hac super re citat.

Ab eodem Vecco etiam Maximus Graecus in Metropolitanum Kioviensem est consecratus, in albo Metropolitanorum vigesimus tertius, uti etiam vigesimus quartus Petrus, Ruthenus, fuit Unitus, et vir eximie sanctus; festum eius celebrant Rutheni bis, 21 videlicet Decembris, qua die recolitur eius e vita migratio, et Augusti 24, qua recolitur eius Translatio.

De vigesimo quinto Metropolitanum Kioviensi, nil constat, fuerit ne contrarius Unioni nec ne. Nomen eius Theognostes.

Vigesimus sextus, Alexius. Homo a sanctimonia celebris, et Unionis amans. Testis eius vitae hystoria Ruthenica 12 Februarii, qua die etiam hic Sanctus apud Ruthenos celebratur. Eo vivente, Cyprianus, Piminus, Dionysius, a Patriarcha Constantinopolitano consecrati, multum Russiam et Moschoviam ipsumque Alexium turbaverunt. Tandem Princeps Vladimirus Olgerdowicz, de Principibus iam Lithuaniae, Russiam gubernans, Dionysium carceribus mancipavit, in quibus vita quoque excessit. Cyprianus vero post Alexium anno 1378 successit eiusdemque mentis et fidei fuit cum Alexio, cuius etiam vitam conscripsit.

Vigesimus octavus Metropolita Photius, a Graecis Kiovia missus, 1407 succedit anno, verum quia multos Thesauros Ecclesiae suae expilavit, Dux Lithuaniae et Russiae Vitoldus, cum Episcopis Russiae, Metropoli eum pepulit, et in locum eius Gregorium Cemivlak, Bulgarum, numero vigesimum nonum Metropolitanum Kioviensem elegit, consecrarique iussit. De quo latius infra. De hoc etiam Gregorio fertur, eum ad Constantiense Concilium scripsisse, providerent Patres de Unione Graecae Ecclesiae et Latinae. Dux vero Vitoldus etiam Romam hac super re eum expedierat, ut testantur Annales Ruthenici. Hoc etiam superstite, a Patriarcha Con-

stantinopolitano consecratus alius nomine Gerasimus; verum Boleslaus, Dux Lithuaniae et Russiae, Vitepsci eum coepit, atque uti turbatorem dominii sui, et perduellem igni adiudicavit, et factum. Ita Stricovius, pagina 578. (fol. 75)

Successit isti anno 1437 Isidorus, Bulgarus, qui in Synodo Florentina cum Iosepho Patriarcha et Imperatore Graecorum Ioanne Paleologo fuit, Unionemque iam in Russia existentem altius radicavit, ampliavitque, a Summo Pontifice Legatus a latere Germaniae Poloniaeque creatus, nec non Cardinalis, ut latius de illo patebit infra. Cedit libere postmodum Isidorus Metropolia Kioviensi Romae, coram Calixto Papa, commendatque pro ea Gregorium, Archimandritam Constantinopolitanum S. Demetrii.

Quem, defuncto Calixto, Pius secundus iam Metropolitanum a se consecratum, per Breve suum Regi Casimiro commendat, sub data Romae 1450. Porro istud Breve in Chronico Rutheno reperitur. Acceptus est honorifice hic Gregorius a Casimiro Rege Poloniae. Fertur insuper, Dionysium, Patriarcham Constantonopolitanum, ad Ruthenos scripsisse, quatenus ei, non vero a Moschis electo Metropolitae obsequerentur. Sunt hae litteri in nonnullis Ruthenaecis libris.

Anno Domini 1474, Misaël de Episcopo Smolenscensi factus Metropolitanus, in ordine trigesimus secundus, scripsit ad Sixtum quartum partim cum saecularibus Dominis Ruthenis, partim cum Spiritualibus, obedientiam suam testificando Pontifici, de quo videbimus infra.³¹⁴

Cedente fati Misaële, fuit Simeon Metropolitanus, de quo nec pro, nec contra habemus, sed tamen credibilius est eum fuisse Unitum, quod et Antecessor eius et Successores immediati veri fuerint Uniti.

Eum sequutus trigesimus quartus Metropolitanus Ionas Hlesna, anno 1482. Fuit in obsequio Romani Pontificis.

Similiter trigesimus quintus Metropolitanus Macarius, siquidem litteris ad Sixtum quartum Romanum Pontificem datis, adhuc existens Archimandrita Vilnensis subscripsit. Hic Metropolitanus casu quodam a Tartaris interceptus, et decollatus est, iacet in templo S. Sophiae, Kioviae, corpus eius hucusque incorruptum manet.

Trigesimus sextus Metropolitanus fuit Iosephus Soltan, familia eius hucusque perseverat, zelosus Unitus, a Moschis vocatus Latinus. Hic (fol. 75v) cum suis Ruthenis ad Niphonem Patriarcham Constantinopo-

³¹⁴ Misaël, Metropolita Kioviensis (1475-1480). Hic scripsit litteram ad Papam Sixtum IV, quae edita nunc prostat in *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. IX-X, pag. 5-30, nr. 4, in lingua palaeoslava et in traductione latina. Cfr. in aliis adnotationes ad litteras ad Joannem Wyhovskij, pag. 143-146.

litanum Epistolam direxit, quod Unionem cum Romanis in Florentina Synodo receptam servare velit, nec contradixit ille, imo servare et tueri iussit, ut ex litteris eiusdem Niphonis infra latius deducetur.

Postmodum, Helena Regina, de gente Moschorum, regnante, et post fata eius secuti sunt numero septem Metropolitae tempore successivo, de quibus obscurum est: tenuerint ne Unionem, nec ne, aut obedientes Patriarchis Constantinopolitanis fuerint; etiam ipsi, sub iugo Turcico existentes, nescitur pro certo utrum fuerint formales Schismatici. Verumtamen etiam tempore horum septem simplicium, partim ex Moschovia, partim ex Russia susceptorum Metropolitanorum, fuit observata Unio, ut patebit ex privilegio Unionis partim confirmato, quod fuit anno 1504, partim ad acta Leopoliensia oblato, quod fuit anno 1537, et iterum eodem privilegio Unionis confirmato, anno 1543, et anno 1567.

Posteaquam vero, ordinante Spiritu Sancto, felicitis recordationis Michaël Rahoza, Kioviensis Metropolitanus, cum omnibus Episcopis Ruthenis, ultimario Unioni se dedit,³¹⁵ atque pro eo Serenissimo Regni Poloniae desideratissimae memoriae Sigismundo tertio supplicavit, quatenus autoritate sua Regia hoc opus sanctum confirmaret promoveretque tum accedente Serenissimi memorati efficaci promotione, et dictorum Metropolitae et Episcoporum Russiae constanti in fide sancta animo, clarissimus S. Unionis in Russia introductus usus ita, ut a reddita ss. memoriae Clementi VIII, Romano Pontifici, obedientia, anno 1595 in hunc 1664 annum, etiam sanguine tot et tantorum profuso, catholica fides inter Ruthenos conservetur. Plantavit eam Michaël Rahoza, irrigavit eam etiam abscissorum digitorum, et insecti colli sanguine Hypatius Pociety, dilatavit eam miraculosis laboribus Athlas Unionis, Iosephus Velamin Rutski, foverunt eam et promoverunt omnibus viribus Raphaël Korsak, Antonius Sielava Metropolitanus, testanturque etiam hanc eandem ille exuviis corporis Romae, in cura Beatificationis Martyris Iosaphat suscepta, depositis; iste in fuga a fedifragis Moschis, et rebellibus Cosacis, licet (fol. 76) senis, aegritudine, malis omnibus depressus, in fide tamen sancta tuenda est mortuus. Viderunt certe universi amplissimi Regni Poloniae incolae, nullum tot annis in Patria bellum gestum, quod non Unionem impugnaverit; nullum tamen adeo fuisse atrox, ut eam expugnaverit.

Haec omnia dicta sunt ut ab exordio christianae fidei in Russia, S. Unionis in fide catholica usum, usque in haec tempora probaremus.³¹⁶

³¹⁵ Cfr. de hac periodo volumen unicum nostrae collectionis sub tit. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum: 1590-1600*, Romae 1971.

³¹⁶ De sequentibus 70 annis loquitur Susza in suo opere « *De laboribus Unitorum* », cfr. supra, sub nr. 181.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.* vol. 2585, fol. 76-79.

IURA SANCTAE UNIONIS IN RUSSIA

Quoad iura Unionis in Russia existentis: ³¹⁷ Equidem regente Russiam Universam Magno Duce Vladimiro, aliisque post Principibus, in obsequio autem Romanae Ecclesiae existentibus Patriarchis, cum fundatae sunt Cathedrae, Monasteria, Tempa, poterant fuisse hisce super foundationibus Iura, verum ferme sola illa, quae more veteri apud Ruthenos sacris Evangeliiis inscribebantur, quae per varias bellorum et temporum vicissitudines alicubi tamen reperiuntur, licet non adeo vetusta.

Primum ius expressum a Vladislao Jagelone, Rege Poloniae, Magnoque Duce Lithuaniae, reperitur in privilegio Lithuaniae et Russiae principatum, iam tum Ducibus Lithuaniae subiectorum, ad Regnum Poloniae incorporationis, idque pro libertatibus ipsis anno 1413, Octobris 2, latum. Quod hi solum libertatibus et uti fruique possint, ac debeant, qui sunt Catholici, aut Romanae Ecclesiae subiecti, non vero schismatici, aut alii infideles, quod ipsum Unitis summopere inservit.

Loco iuris servit etiam Epistola Vitoldi, Magni Ducis Lithuaniae, et Epistola Episcoporum Russiae, de Photii Metropolitanis Kioviensis depositione, et Gregorii Cemivlak electione sine consensu Patriarchae Constantinopolitani, imo contra voluntatem eius facta, anno 1417. Habetur haec Epistola per extractum ex Ruthenico Euchologio Romae existente, cum testimonio fratris Raphaëlis Lewakowicz, Croatiae Ordinis Minorum de observantia, librorum sacrorum Illyricanae Ecclesiae correctoris, et approbatione Ill.mi olim Francisci Ingoli, Sacrae Congregationis de propaganda fide Secretarii (fol. 76v).

Huc pertinet eiusdem Vitoldi fundatio centum vasorum mellis, pro Monasterio Peczariensi religiosorum, ut ibi dicitur cum S. Romana Ecclesia Unitorum, in Parycze, bonis regalibus (quaerendum de hoc in Metrica Magni Ducatus Lithuaniae minore, circa annum 1641, vel 2 vel 3 vel circiter). Quia quando moderni monachi Peczarienses disuniti aditarunt Dominum Tenutarium, ut illis mel illud extraderet, quaesiti al Ill.mo

³¹⁷ Haec deductio iurium neque quoad formam neque quoad textum est nova et saepe et diversis temporibus proponebatur in Comitibus vel in disputationibus cum non unitis, ex. gr. annis 1632-1633. Praesens redactio mentem Unitorum huius temporis reddit, et eadem occasione ac « Informatio » exarata fuit.

Vicecancellario, pia memoriae, Martiano Trizna, utrum essent cum Sancta Romana Ecclesia Uniti, ut sonabat fundatio, et negantibus, responsum eis neque fundationem mellis attingere ad eos; atque ita decreto lato, abiudicati sunt.

4to. - Notatissimum illud est, quod in Concilio Florentino, praesente Sanctissimo Eugenio, Pontifice, Patriarcha Iosepho, Imperatore Michaële Paleologo, multisque Graecis, Isidorus, Archiepiscopus Metropolitanus Kioviensis, cum Graecis Unionem cum Sancta Romana Ecclesia Ruthenorum redintegravit, anno 1439. Hic egregius Metropolitanus, inter caetera post renovationem Unionis anno sequenti, qui fuit 1440, scripsit litteras ad varios Chelmensis terrae praesides, sub data Chelmae 27 Iulii, ne Sacerdoti Ecclesiae S. Salvatoris Stolpensi, milliari uno a Chelma distantis, ut Dei servo ullam in pomariis inferrent iniuriam, dat vero rationem hisce verbis: sumus enim nunc, Deo favente, unici fratres Latini et Rutheni. Sunt originales litterae eius Chelmae, alibi per extractum.

Quinto loco ponendum praeclarum privilegium per Isidorum Metropolitanum a Serenissimo olim Rege Ungariae et Poloniae Vladislao Jagellonida obtentum, datum vero Budae in Ungaria, anno 1443, feria sexta ante Dominicam Oculi,³¹⁸ in quo dantur Ruthenis omnibus Praelatis, totique Clero libertates omnes, et bona, praelaturaeque quod amplexi sunt in Florentina Synodo Unionem; coequanturque Rutheni Uniti in libertatibus cum Clero Ritus Romani. Videndum ipsum privilegium, licet non originale.

Sexto, continuatae post Unionis in Russia nobilissimum et iuridicum monumentum est Epistola Slavonice composita, Vilnae anno 1476, 14 Martii,³¹⁹ et per Viros excellentes, optimates Magni Ducatus Lithuaniae, et Russiae, tamquam Legatos, totius Russiae nomine, Romam missa, in qua mirabilis omnium Ruthenorum erga Pontificem Romanum submissio invenitur, stupenda plane eius encomia refe(fol. 77) runtur, et suprema in Ecclesia Dei eiusdem potestas depraedicatur. Iubileumque inter alia humillime ab eo petitur, quod non erat Ruthenis tum missum, cum Latinis in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae erat concessum. Inventa haec Epistola in libro slavonico antiquo caractere scripta, in Ecclesia Crevensi, et ad acta Civilia Vilmensia anno 1605, Iunii 15, per clarae memoriae Hypatium Pocięy, Archiepiscopus Metropolitanus Kioviensem, porrecta, et typo cum attestatione Civilis Magistratus Vilmensis

³¹⁸ Cfr. M. HARASIEWICZ, *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 78-81.

³¹⁹ Cfr. in *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. IX-X, Romae 1971, pag. 5-30, nr. 4, in lingua palaeoslava et latina.

mandata. Cui Epistolae subscribunt hi: Missaël Episcopus Smolenscensis, electus Metropolitanus, Ioannes, Archimandrita Peczariensis, Macarius, Archimandrita Vilmensis, Michaël, frater Regis Poloniae Casimiri, Dux Lithuaniae, Theodorus, Dux de Biala, Demetrius, Dux Wiazemski, Ioannes Chodkiewicz Marsalcus Lithuaniae, et Magnus dux exercituum, Paulus Chodkiewicz, frater eiusdem, Capitaneus Camenicensis, Eustachius Wasilewicz, Polocensis Nobilitatis praecipuus, Romanus e Nobilitate Kioviensi, Capitaneus Putiwlensis, Ioannes frater eiusdem, Gubernator Civitatis Kioviensis, Iacobus Supremus Notarius Magni Ducatus Lithuaniae, Claviger Vilmensis, Legatus huius Legationis Romam, Michaël Alexandrowicz de Zahorow, e Nobilitate Volhiniensi, Andreas Spoparty filius Alexandri, Thesaurarii, Alexander Soltan, eques sepulchri Domini, et aurei velleris, Thesaurarius Aulicus Regis Casimiri, Ioannes Soltan, Thesaurarius Magni Ducatus Lithuaniae, Legatus Romam in hac legatione.

Septimum est, quod locum habere potest instrumenti iuridici, Epistola Patriarchae Constantinopolitani Niphonis anno 1497, Aprilis 5, ad Archiepiscopum Kioviensem, Metropolitanum Russiae Iosephum Soltan data,³²⁰ in qua respondet Patriarcha dictus Metropolitanus consulti de Unione, et significant quod Romani Ruthenos Episcopos, et omnes illorum Dioecesanos ad observandam Unionem Florentiae factam moneant, et graves ipsis in eo sint. Respondet, inquam, et collaudat Synodum Florentinam, adfuisse illi Imperatorem Graeciae, et Patriarcham Constantinopolitanum, aliosque refert et cum gaudio Unionem illam receptam dicit, sed a nonnullis, qui regere Pastores suos volunt, disturbata, atque ideo, quia hanc Unionem sprevisset Graeci, iugo Turcico subditos; se non posse, etiamsi velit, Unionem suscipere, propter metum Turcarum, Ruthenis vero servare eam persuadet. Et haec Epistola Graeco idiomate scripta originalis, authentica, in Archivo Unionis reperitur. (fol. 77v)

Octavo, durante Iosephi Metropolitanus regimine, tempore Helenae, Reginae Poloniae, de gente Moscovitica, quidam Episcopus Ruthenus Chelmensis (cuius nomen in privilegio siletur) superius memorati a Vladislao Jagellonide Unitis Ruthenis dati privilegii obtinet confirmationem, apud Regem Poloniae Alexandrum, Petricoviae, in Comitibus Regni, anno salutis humanae 1504. Originalia tam Vladislai quam Alexandri Privilegia per iniuriam temporum deperierunt, sed in succedentibus includuntur.

Nono, iuridicum etiam illud est instrumentum, quod habetur per extractum ex castro Leopoliensi. Etenim Macarius Tucampski, Generalis

³²⁰ Cfr. textum recenter editum in *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. I, pag. 5-7, nr. 7, Romae 1964.

Vicarius Metropolitanus Kioviensis, Haliciensis, Leopoliensis, et Podoliae, Alexandri privilegium confirmationis de libertatibus Ruthenorum Unionum, et bonis, ad acta porrexit Leopoliensia, nomine totius communitatis Graecae, ut ibi dicitur: cum assistentia Dominorum Ruthenorum Iwaszko Lahodowski, Oleckno Zamoyski, feria sexta, post festum S. Andreae, anno 1537. Hic notandum, Macarium istum factum esse primum Leopoliensem Ruthenum Episcopum post duos, a porrectione ad acta huius privilegii, annos et certum fuisse Unitum, omnesque alios Ruthenos, quia totius Communitatis Graecae Ruthenae nomine illud ad acta porrexit. Cur enim Unionis privilegium nomine suo et omnium Ruthenorum actis inseruit, si talis cum aliis Ruthenis non fuit? Est hoc instrumentum, ex Actis Leopoliensibus excerptum ab ipso Macario, in Archivo Unionis. Chelmae autem et alibi recenter extracta. Ubi notandum, etiam Leopoliensem Cathedralam pertinere ad Unionem, siquidem Episcopus Leopoliensis primus fuit Unitus. Brevi post Episcopus Ruthenus Chelmensis Ionas Sosnowski, nomine omnium, eiusdem privilegii Vladislaviani obtinet confirmationem, apud Sigismundum primum, Poloniae Regem, Cracoviae, in ipsis Comitibus anno 1543. Idem Unionis privilegium Vladislavianum Sigismundus Augustus, Rex Poloniae, itidem in conventu Regni Generali Petricoviae, ad postulationem Episcopi Rutheni Chelmensis Zachariae, confirmat 9 Iunii, anno 1567. Ex quibus patet, etiam tempore illorum septem Metropolitanorum a Iosepho Soltan, usque ad Michaëlem Rahozam succedentium, ut supra, fuisse partim generaliter ubique in Russia observatam Unionem; quod deducitur ex Vicario Generali Metropolitanus, acticante privilegium Vladislavnum Leopoli; partim in particularibus locis, quod deducitur ex Chelmensibus Episcopis Ruthenis, confirmationem eiusdem privilegii obtinentibus; continuamque fuisse (fol. 78) eandem a Soltan usque ad Rahozam; licet non tam clare, ut sequentibus temporibus. Valent etiam huc iuramenta Regum Serenissimorum, Henrici et Stephani, et aliorum, in quibus, quando Reges inaugurantur, expresse ponitur, quod observaturi sint et manutenturi privilegia Vladislai Jagellonidae, Sigismundi primi; et quia privilegia Unionis ad his regibus data sunt, super eadem, ac consequenter super Unionem tuendam, observandam ac manutendendam, eorum successores iurant.

Ab anno tandem 1590 et sequentibus³²¹ agitari coeptum inter Magnates Russiae et Episcopos de suscipienda cum Catholicis Romanis Unione, adiuvante multum Episcopo tum Luceoriensi Macieiovio, post

³²¹ Cfr. in *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum: 1590-1600*, Romae 1971.

S.R.E. Card'nali, eiusque suasu Ill.mus D.nus Pociey, Vir egregius, e Senatore Castellano Brestensi factus est Episcopus Vladimiriensis, et Brestensis, ut inter Coëpiscopos Russiae sanctum hoc opus vigeret. Tum vero super his factae secretae Episcoporum Russiae conscriptiones, uti anno 1590, 1594, 1595, et supplicationes eorundem Regi olim Serenissimo Sigismundo Tertio.

Episcopis iam recogitantibus de Unione, accessit Basilius seu Constantinus Dux Ostrogiensis, tunc in Regno Poloniae potentissimus, qui fusissimas anno 1593 ad memoratum Pociey Episcopum scripsit litteras, persuadendo ut Ruthenorum cum Sancta Romana Ecclesia procuraret Unionem. Licet idem ipse post, turbantibus haereticis (qui, Russia obediēte et Pontifici, perituras suas in Regno libertates timebant) ab eadem Unione recesserit, et duos Episcopos, Premislensem et Leopoliensem, cum aliis nonnullis Archimandritis abstraxerit.

Sunt etiam super eadem Unione conscriptiones saecularium Nobilium Ruthenorum, et caeterorum, anno 1598 et 1603. Quae omnia sunt in Archivo Unionis.

Promovens vero hanc Unionem ardentissime Rex Serenissimus Sigismundus III, cum ad eum Episcopi Rutheni cum litteris suorum fratrum et petitis, ac conditionibus, quibus vellent Unionem Sanctae Romanae Ecclesiae suscipere accessissent, dat, primo, illis cautionem per privilegium, quod eos, et eorum successores cum omnibus eorum Ecclesiis et bonis, contra adversarios Ruthenos et Graecos defensurus esset, et in eis manenturus, anno 1595, Iulii 30, Cracoviae, et aliud itidem Cracoviae 1595, Augusti 2. In quo multa Serenissimus toti Clero Rutheno promittit et coaequationem in libertatibus cum Clero Romano, ab antecessoribus suis datam, renovat.³²² (fol. 78v)

Reddita obedientia Sanctissimo anno 1595, in fine Decembris, dat Clemens VIII, Pontifex Romanus, Bullas aliquas, in quibus Unitos, ut membra Ecclesiae Sanctae Capiti suo unit in perpetuum; et consequenter eorum Episcopatus, Monasteria, Ecclesias, et Bona omnia, quae non possunt ab Unitis et ab Ecclesia eorum avelli, sine consensu Romani Pontificis.

Huc etiam possunt pertinere patentes Regiae quaternae (exceptis Metropolitanis quoad invitationem spiritualium), quibus Maiestas Regia, Sigismundus videlicet tertius, invitat omnes saeculares ad Synodum Brestensem, in qua Uniti declaraverunt se Sanctae Ecclesiae obediētes, recusantes Unionem excommunicati. Et confirmatio Regia seu declaratio

³²² Cfr. in nostra Collectione Documentorum Romanorum, in *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1971.

eiusdem Synodi, quoad acta excommunicationis in refragantes, anno 1596.

Robur maximum iurium est Decretum Comitiorum Regni 1600, ad quae ipsi Schismatici Unitos citaverunt. Nec comparuerunt, et adiudicantur in perpetuum Unitis omnia bona Episcopatum, Monasteriorum cum ipsis Ecclesiis.

Datur post, anno 1605, Februarii 22, privilegium a Serenissimo Sigismundo Tertio, quo confirmat libertates datas Unioni a Duce Vitoldo, Rege Casimiro, Alexandro, Sigismundo.

Valet eodem Constitutio 1609 anni, in qua eo ipso confirmantur bona Unitis et Dioeceses, quod Vadium 10000 florenorum Polonicorum interponatur inter Schismaticos, et illos, ne ipsi in Unitorum Dioeceses et bona sese intrudant, et viceversa.

Idem Sigismundus III confirmat privilegium Vladislai Jagellonidae, Alexandri, Sigismundi Primi, quod factum Anno 1621.

Anno vero 1635, Mart. 14, in Comitibus Regni, datur privilegium Unitis sub sigillis Regni, et Lithuaniae. In quo varia beneficia enumerantur, et Unitis in perpetuum attribuuntur, quod Privilegium, constitutione eorundem Comitiorum roboratur. Et si quid Disunitis in punctis Vladislavianae electionis, in Comitibus Coronationis, vel aliis constitutionibus, est datum, contra hoc intercesserunt protestationes Regni, et Magni Ducatus Lithuaniae incolarum, anno 1633, 1635, 1638, 1641.³²³

Idem Unionis privilegium super Unionis libertatibus, Episcopatibus, Praelaturis, Ecclesiis, Bonisque omnibus, a Vladislao Jagellonida datum, ab Alexandro, Sigismundo primo, Sigismundo Augusto, Sigismundo Tertio confirmatum, iterum confirmatur a Vladislao IV, 1637. (fol. 79)

Episcopatus Praemyslensis, licet redditus Disunitis fuerit per Serenissimum olim Vladislaum IV, tamen quia cautio fuit, ne superstite piae memoriae Athanasio Krupeccio, Episcopo Praemyslensi Unito, quidquam Disuniti contra eum agerent, illi vero violentissime eum expulerunt, ideo hic Episcopatus restitutus est constitutione anni 1641, quae constitutio iterum reassumpta est anno 1647. Et quidquid actum contra eum Episcopatum, vel datum Disunitis, quia Decreta Tribunalis Regni, et constitutiones non revocatae, Unitis Episcopatus debetur.

Pacta Zboroviana, et constitutio, in vim eorum, pro Disunitis facta, et Diploma 1650 ipsis datum, eadem constitutione firmatum, nulla sunt. Quia haec propter Cosacorum instantiam ipsis sunt concessa, qui ipsi rebellione sua statim hoc annullaverunt. Et est revocatio omnium horum,

³²³ Cfr. *Litterae Principum*, vol. I, Romae.

per privilegium Serenissimi Ioannis Casimiri, anno 1651 Iulii 30, post Berestecianam expeditionem, moderno Episcopo Chelmensi data Leopoli.³²⁴ Quo ad bona vero in Magno Ducatu Lithuaniae Unitorum, data est revocatio 1653, sub Zwaniec,³²⁵ in Castris Regni Poloniae.

Denique, non obstantibus pactis Hadiacensibus, Cudnovicesibus, et Constitutionibus, contra quae sunt manifestationes Reipublicae, habemus a Serenissimo Rege moderno 1661 datam, privilegiorum ante memoratorum: Vladislai Jagellonidae, Alexandri, Sigismundi Primi, Sigismundi Augusti, Sigismundi Tertii, Vladislai IV, confirmationem. Qua caventur omnes Episcopatus, Bona, Monasteria, Ecclesiae, libertates Unitorum, contra Disunitos.

Et haec dicta sint satis de Iuribus Catholicae Unioni in Russia et Magno Ducatu Lithuaniae servientibus. In gloriam Dei.

Haec informatio, non modo Anno 1659 in Comitiis supramemoratis, sed etiam alio tempore Senatui et Patronis Unitorum data est. Ordinatus tandem conscripta, abscedente Romam Episcopo Chelmensi, cum Ill.mo Nuntio Poloniae, tum Rev.mo Metropolitano moderno cum iuribus relicta, anno 1664.

Casu necesse esset Unionem in Polonia defendere.³²⁶

³²⁴ Cfr. *Litterae principum*, vol. I, Romae, in nostra Collectione documentorum.

³²⁵ Pugna inter cosacos et polonos ad oppidum Zwanec, an. 1653, cum exitu dubio.

³²⁶ Tempore absentiae Episcopi Chelmensis, annis 1664-1666 Romae commorantis.

INDICES

I

INDEX NOMINUM ET RERUM

P. HLIB G. KINACH, OSBM

Numeri referentur ad paginas voluminis. Numeri cum «n» referentur ad notas, in quibus amplius de personis agitur.

- ABAUYWAR, com-tus 29.
 ABBAS 56.
 ABBATIA 66.
 ABUSUS 14. 36. 37. 40. 269.
 ADRIANOPOLIS, op. 155n.
 ADRIANUS Papa, 135. 136. 343. 344. 346.
 ADRIANUS Aelius, caesar 137.
 AEGYPTUS 68. 135. 142.
 AELIAE Ep. 137.
 AFRICA 135.
 AGRIA, op. 3-5. — Dioec. lat. 4. 84-7. 96. — Ep. 4-6. 10. 12. 15. 81. 84.
 ALBA JULIA, op. 20. 27. 98. — Ep. sch. 102.
 ALBANUS 65.
 ALBERICI Marius, secr. Congr. Prop. F. 131. 132. 224. 227. 229. 247. 255. 268. (Albritio). 274. 295. n: 222. 262.
 ALEKSIJEVYČ Basilius, Heg. Ungvár. 276. 278 (Alexiewicz).
 ALEXANDER III, Papa 347.
 ALEXANDER VII, Papa 107. 164. 186. 187. 263n. 273.
 ALEXANDER, rex Polon. 145. 314. 353. 354. 356.
 ALEXANDRIA, op. — Patriarchatus 134. 142.
 ALEXANDROWICZ Michaël de Zahorow 353.
 ALUMNI 13. 39. 88.
 ALLATIUS Leo v. Scriptores.
 ANDRZEJOWSKI Arsenius, Ep. Chelm. un. 315.
 ANTIMENSIUM 83.
 ANTIOCHIA, op. 134. 137. 266.
 APOSTATAE 34.
 ARABIA 137.
 ARCHIMANDRITA v. Basiliani.
 ARCHIVIUM v. Unio.
 ARDAY Paulus 10.
 ARIANI 148. 161. 306. 310. — scholae 69. — Cf. Sociniani.
 ARIUS 307.
 ASIA 134. 139. 142.
 ATHANASIUS, Patr. Alexandr. 149.
 ATHENIENSIS Aep. 6. — v. Matthei Gaspar.
 AUGUSTINIANI 79. 80. v. Ordo.
 AULA v. Polonia, Vienna.
 AURELIANUS, caesar 141.
 AUSTRIA 19. 21. 188. 229n. 248. — Aula (Corte) 14. 15. 106. — Imperator (Sua Maestà Caesarea) 4-6. 11. 14-16. 27. 46-50. 52. 53. 66. 81n. 87. 111. 127. 185-8. 231. cf. Vienna.
 AZYMUS 151.
 AZZOLINI, Card. Decius 294.
 BAKIOWSKI Joannes, sac. 270.
 BAKOVECKYJ Josephus, Ep. un. Vladimir. 77n. 303. 312. 327.
 BALABAN Dionysius, Ep. sch. Chelm. 293n. 297. — Metrop. sch. Kiev. 293.
 BALABAN Gedeon, Ep. sch. Leopold. 309.
 BALIKA, praetor Kiev. 304.
 BALLING Joannes, capit. 3. 4. 24. 26. 29.

- BAR, op. 144. 347.
 BARANOVJEN. 101 (par.).
 BARANOVYČ Pachomij, Heg. 275-8
 (Baranowicz).
 BARBARIA 139.
 BARBERINI, Card. Antonius, (sen.) S.
 Honuphrii 54. 55. 65. 71. 87n. 93. 120.
 122. 124. 245. 287.
 BARBERINI, Card. Antonius, (jun.) 103.
 117. 119n. 120. 123. 132. 178. 192.
 228. 229. 235. 236. 238. 243n. 244.
 BARBERINI, Card. Carolus 244n.
 BARBERINI Card. Franciscus 244n.
 BARSONY Joannes 187.
 BASILIANAE, Religiosae OSBM. 121.
 287. 303. 324.
 BASILIANI (Monachi Rutheni, Reli-
 gione, Religiosi, Ordo S. Basilii Magni)
 5. 12. 14. 17. 32. 38. 44. 48. 51. 56.
 65. 74. 77. 82. 118-120. 123. 131. 178-
 180. 182. 190n. 191. 193-196. 202-204.
 219. 220. 222-224. 226-229. 232. 233.
 236-246. 250. 252-255. 257. 261. 262.
 272. 282. 284-288. 291. 293. 315. 320.
 321. 324. 328. 329. 338. 339. 355. —
 Basiliani in Hungaria 48. 84-88. 90.
 90. 99. 275-278. — Archimandrita 15.
 131. 194. 205. 207. 211. 213. 214. 222.
 223. 232. 254. 255. 257. 262. 338. 339.
 355. — Concordia Religiosorum et Prae-
 latorum 336. 338. 340. 342, — Mona-
 steria 32. 74. 94. 118. 131. 152. 157.
 206. 214. 248. 257. 258. 261. 299. 303.
 307. 320. 334. 338. 339. 351. 355. —
 cf. Bielscen. (Bila, Biala), Berezveč, Bras-
 law, Brest (Berestj), Biten (Bythen),
 Chelm, Čereja, Čerlona, Černihow, Der-
 man, Dobrotwor, Drohobuž, Dubno (1.
 S. Crucis, 2. Salvatoris), Grodno, Kiov
 (Peczarense), Kobryn, Leszczyn,
 Minsk, Mohilov, Mscislav, Novogrod,
 S. Onuphrii, Orša, Pinsk, Polock, Pus-
 tynka, Roma, Rozana, Smolensk, Spas,
 Słożek, Suprasl, Szumscen., Torokanie,
 Troky, Vilno, Volnen., Żydyčyn, Ży-
 rovice. — Protoarchimandrita (Gene-
 ralis) 83. 114n. 179n. 207. 211. 212.
 216. 223. 233. 239. 241. 242. 252. 255.
 261. 275. 291. 336. — Provincialis 114.
 179n. 182. 190. 191. 194. 195. 203-207.
 210. 212-217. 222-224. 233. 237-240.
 242. 255-258. 272. 273. 338.
 BAY Franciscus 21.
 BELGRADUM, op. 91. — Aep. sch. 90.
 98n.
 BELZ, op. 28. 318. 320. — Pa-us 312.
 318. — Synodus Ep. 146.
 BEREGH, op. 9. 10. 17. 20. 23. 24. 26.
 29.
 BEREST' op. v. Brest.
 BERESTECZKO. loc. 114. 249. 297. 322.
 332. 357.
 BEREZVEČ, Archimandria OSBM. 198.
 254. 255. 262. 326.
 BERNARDINI, Ordo 34. 285. 286. 330.
 BEREZNICKI Jacobus 66.
 BESGIGIJS, loc. 75.
 BETHLEN Gabriel, princ. 22.
 BIALA, loc. (Bila, Bielscen.) — monaster.
 OSBM 207. 213. 299. 353.
 BIALOCERKWA, loc. — pax 94n. 249n.
 BIALOZOR Georgius, Ep. Viln. 1. 271n.
 BIALOZOR Marcianus, OSBM. 115. 122.
 174. 195. 198. 199. 202. 204. 207. 213.
 223. 250. 271.
 BIDY Michaël 19.
 BIELARUSIJA 179n.
 BIENIEWSKI Casimirus, cast. 172n.
 BIENKOWSKI Gregorius OSBM 89. 101
 (Bienchouski). 195. 199. 207. 216. 223.
 225. 235. 250. 271n.
 BIGAMI sac. 183. 184. 191. 192. 223.
 224. 234. 281. 292.
 BILAGROD, loc. 112.
 BILOPOLE, loc. 69.
 BIRITUALISMUS 88.
 BISTRA, op. 107 (Ep. sch.).
 BOBOWISCHE, villa 17. 18. 19.
 BOHDANOWICZ Hieronymus, OSBM.
 339.
 BOHEMIA 16. 19. 21. 343.
 BOLESLAUS, Dux Lith. et Russiae 349.
 BONA ecclesiastica 39. 41. 70. 153. 159.
 164. 307. — B. Unit. 129. 160. 172.
 BONONIA, op. (Bologna) 62.
 BORECKI Hiob, Metr. sch. Kiov. 304.
 BORISOVIA, op. 127.
 BORISTHENES, fl. (Dnipro) 301. 303.
 309. 341.

- BOROVIK Philippus, OSBM. 31. 45n.
 50. 53. 63. 64. 70. 101.
 BRANCATIUS, Card. Franciscus Maria
 13.
 BRANDENBURGENSES 169.
 BRANSK 299 (terit.).
 BRASLAW, monaster. OSBM 303.
 BREST (Berestj), op. 207. 297. 299. 301.
 302. 311. 312. 327. 355. — Capitulum
 179n. — Ep. un. 355. — Palatinus
 172n. 338. — Synodus 146. 302. 355.
 356.
 BREVE 38-40. 42. 58. 89. 104. 105. 107.
 165. 229. 230. 256. 275. 280. 291. v.
 Unio. 292. 295. 305. 316. 349.
 BREVIARIUM 136. 344.
 BRUNSBERG (alumnatus, collegium)
 59n. 205. 257-259. 263. 288. 295. 311.
 315. 321. 323. 326.
 BRZOSTOWSKI 220.
 BUDA, op. 19. 270n. 314. 352.
 BUDAI Stephanus 24.
 BUDKIEWICZ Antonius, OSBM. 304.
 BUG, fl. 319.
 BULGARI 348. 349.
 BULLA 14n. 58. 88. 115. 256. 263. 284.
 335. 355.
 BURGUNDIA 21.
 BUSK, loc. 318.
 BUZENIN, loc. 66.
 BYTHEN (Biten), monaster. OSBM 76n.
 180n. 195. 303. 305. 308. 338.
 BYZANTIUM 137n. 138. 143. — v.
 Constantinopolis.
 CAESAR (Imperator) v. Austria,
 Constantinopolis, Roma.
 CAFFENSIS Ep. 125n.
 CALENDARIUM 250. 265. 277.
 CALIXTUS III, Papa 349.
 CALVINISTAE 5. 6. 106. 310. 312.
 CAMENEC v. Kamenec.
 CAPPONI, Card. Aloysius 83. 86.
 CAPUA 84 (Aep.). — v. Melzi Camil.
 CARAFFA, Card. Petrus Aloysius 80
 CARDINALES 30. 43. 48n. 61. 88. 121.
 339. 249. 355.
 CARLOSTADIEN. 47.
 CARMELITANI Discalceati 237. 238.
 251- 253. 261. 273. 288. 308.
 CARNIOLIA 316.
 CARPATI Montes 5. 6. 105. 106. 189.
 CARTHAGO 136 (Synodus).
 CASIMIRUS, rex Polon. 145. 349. 353.
 356.
 CASSOVIA, op. 4. 24. 231.
 CATHEDRATICUM (Kunica) 21. 22. 33.
 CEMBLAK Gregorius, Metr. Kiov. 144.
 CESARIUS, Card. 39.
 CHALCEDON 139 (Synodus).
 CHELM, op. 59-61. 63-69. 71. 74. 78-80.
 83. 104. 114-116. 119-121. 123. 124.
 132. 217. 218. 220-223. 238. 242. 244.
 245. 249-251. 257. 262. 263. 270. 297.
 299. 300. 319. 321. 330. 332. 337. 342.
 352. 354. — Capitulum lat. 28. 37.
 70. 71. 114. 129. 232. 262. 263. 270.
 289. 297. 342. — Clerus lat. 129. 249.
 269. 289. 295. 297. 321. — Dioecesis
 un. 79. 89. 93. 157. 182. 251. 297.
 300. 314. 315. 320. 321. 341. — Ep.
 lat. 41. 43. 67. 70. 71. 122. 124. 127-
 129. 189. 223. 265. 268. 291. 297. —
 Ep. un. 28. 30. 36. 38. 48. 52. 69.
 75. 80. 81. 84. 124. 129-131. 145. 156.
 177. 180. 181. 184. 190. 191. 202. 217.
 218. 221. 232. 247n. 261. 269. 271.
 272. 274. 282. 283. 285. 291. 294. 295.
 247n. 300. 304. 313. 324. 334. 336.
 353. 354. 357. — Imago BVM 38. 114.
 115. 118. 122. 153. 155. 165. 223. 248.
 249. 252. 319. 322. 337. — Monasterium
 OSBM 120. 320-322. 338. — Schisma-
 tici 57. 58. 59. 63. 66. 69. 70. — Schola
 un. 37. 43. 59. 171. 187. 292. 311.
 CHISIUS, Card. 263.
 CHMELNYCKYJ Bohdan, Dux Cosac.
 92. 94 (Chmelinskij. 95. 112. 251n. 320.
 CHMELNYCKYJ Georgius, Dux Cosac.
 94n. 112. 280. 293.
 CHMIELOWSKYJ Procopius, Ep. Prem.
 un. 188. 189. 232. 234. 267. 268. 279.
 300. 323. 341.
 CHODKIEWICZ, castel. Vln. 327.
 CHODKIEWICZ Joannes 353.
 CHODKIEWICZ Paulus 353.
 CHRISANTIO v. Kryžanyč.
 CISOWICZ Hieroteus, OSBM. 304.
 CLEMENS I, Papa 144. 343. 347.

- CLEMENS VIII, Papa 12. 14n. 37. 42. 55n. 256. 265. 270. 284. 289. 301. 308. 335. 350. 355.
- COLLEGIUM v. Brunsberg, Olomuc, Roma, Vienna.
- COLLEGIUM Xaveronianum 161.
- CONGREGATIONES 55. — Concilii 87. — Consistorialis 125. — Dell'Indice 39. — Inquisitionis 223. 224. — S. Officii 63. 103. 106. — de Propaganda Fide 13-16. 38-40. 45-48n. 50-52. 58. 63-65. 70. 78. 80. 83n-86. 88-90. 92. 106. 114. 115. 118. 119. 122-124. 129. 131. 132. 155. 177. 178. 180. 181. 183. 191. 192. 204. 222. 224. 225. 227-229. 233. 235-240. 242-244. 247. 249-255. 258. 261. 262. 264. 268. 273. 282. 284. 287-289. 291-295. 339. — Rituum 39. 40. 42. 58.
- CONGREGATIO Presbyterorum Ritus Graeci (fundanda) 92. 93.
- CONSTANTIA, op. — Concilium (Synodus) 144. 348.
- CONSTANTINOPOLIS, op. 138-141. 143-145. 147. 149. 290. 344. 345. 347. 348. — Imperatores: Andronicus 149. 348. — Basilius 143. 159. 342. 347. — Basilius 143. 159. 342. 347. — Basilius et Constantinus 143. 345. — Basilius Macedo 342-344. — Emmanuel Comnenus 144. 145. 347. — Leo Isaurus 142. — Marcianus 142. — Michaël 143. 342-344. — Michaël Paleologus 144. 348. 352. — Monaster. S. Demetrii 145. 349. — Patriarcha 38. 99. 138. 140-142. 144. 147. 259. 266. 290. 348-351. 353. — Anatolius 139. 142. — Antimus 346. — Antonius 346. — Basilius 346. — Cerullarius Michaël 143. 345-347. — Cyrillus 15. Cyrillus Lukaris 290n. — Dionysius 349. — Eustatius 143. 347. — Euthymius 145. 346. — Gennadius Scholarius 142n. 302. — Gregorius 149. — Joannes XI Bekkus 346n. — Josephus 145. 349. 352. — Nicolaus Chrisobergus 143. 345. 346. — Nicolaus Mysticus 346. — Niphon 145. 349. 353. — Philotheus 150. — Photius 143. 342-344. 346. — Polieuctus 346. — Sisinius 346. — Stephanus 346. — Tarasius 135. 136. 139. — Theophanes 139. — Theophilactus 345. 346. — Typho 346. — Veccus 144. 149. 345. 348.
- CONSTANTINUS Magnus, caesar 138. 142.
- COSACI 46. 92. 94n. 110. 118. 123. 128. 130. 131. 155-157. 160-162. 169. 171. 172. 182. 189. 230. 234. 238. 240. 246. 249. 251. 253. 259. 261. 282. 284. 285. 293. 297-301. 303. 304. 318-320. 322-325. 327. 329-334. 338. 341. 350. 356. — C. Uniti 128. 184. — C. ribelli 94. 178. — C. Zaporovienses 112. 132. 166. 170. 197. — Pacta cum C. 126-128. 130. 157. 162. 164. 172. — Pax 126. 127.
- CRACOVIA v. Kraków.
- CREVEN. 352 (eccles.).
- CROATI, pop. 45. 351.
- CROATIA 18-20. 72n. 316. 343.
- CURIA Romana 32. 34. 70. 129. 130. 263. 292.
- CURLANDIA 298.
- CZARNAWCHINEN. loc. 280. 281.
- CZARNOKOZINEC, loc. 112.
- CZECZELNIK, loc. 162.
- CZEHRYN, loc. 112.
- CZENSTOCHOWA, loc. 254. 262.
- CZEREJA, monaster. OSBM. 204. 303.
- CZERNIHOW, op. — Archimandria OSBM. 301. 303. — P-us 172. 225.
- CZERLONA, monaster. OSBM. 303.
- CZORSTYN, op. 94.
- ČUDNOVO, loc. 357.
- DANILOWICZ 313. 315.
- DANUBIUM, fl. 343.
- DATARIA 37.
- DATARIUS, Card. 268.
- DEBRECZENY Petrus 10.
- DECIMAE 9. 18. 28. 37. 38. 56. 57. 73. 129. 232. 249. 256. 262-264. 268-270. 289. 291. 295. 342.
- DECRETUM 42. 58. 61. 72. 129. 238. 262. 275. 286.
- DEMETRIUS Dux Wiazemski 353.
- DEREZYNSKA, monial. OSBM. 287.
- DERMAN, monaster. OSBM. 114. 300. 303. 307.

- DE VECCHI C., offic. 268.
 DIPOLICKI Andreas 250.
 DOBROTWOR, monaster. OSBM. 303.
 DOMINICANI 58. 60. 125n. 235. 251.
 285. 330.
 DOROHOBRAOVSKY Joannes, Ep.
 Mukač. 25.
 DROHICZYN, loc. 299.
 DROHOBUŽ, monaster. OSBM. 303.
 DUBNO, op. 234. 250. 267. — monaster.
 1) S. Crucis 303. 2) Salvatoris 300.
 303. — monaster. monial. OSBM. 303.
- EBERSDORFF, loc. 27.
 EPHESUS, op. 333. — Concilium 137.
 147.
 EPISCOPI lat. poloni 56. 100. 103. 104.
 126. 127. 162. 166. 172. 173. 257. 302.
 EPISCOPI Rut. un. 15. 37. 38. 40. 55-
 58. 74. 100. 103. 104. 123. 131. 144.
 152. 167. 175. 178. 179. 182. 184. 190n.
 191. 194. 195. 205. 206. 218-220. 223.
 227. 236. 243. 245. 247. 248. 256. 257.
 259-261. 268. 282-293. 297. 302. 303.
 328. 335. 337. 340. 342. 347. 348. 351.
- EUCHOLOGION 39. 42. 351.
 EUGENIUS IV, Papa 145. 352.
 EUNOMIUS 148.
 EUROPA 135. 138.
 EVVODIUS, patr. Antioch. 134.
- FASTIV, loc. 161 (Faustovia).
 FASZOW, loc. 17.
 FELLETRII mons 49. 50. 53. 316.
 FERDINANDUS I, imp. 19. 20n.
 FERDINANDUS III, imp. 48.
 FESTA: DNJC: — Corpus Chr. 222. —
 Epiphania D. 323. — Inventio s. Crucis
 27. — Pascha 43. 161. 250. 304. —
 Pentecostes 150. 249. 309; — BVM:
 Assumptio BVM 19. 331; — SANCTO-
 RUM: S. Andreae 354. — S. Joannis
 Bapt. 30. — S. Nicolai, translatio in
 Bar 144. 347. — ss. Petri et Pauli 333.
 FHURS Athanasius, Ep. Chelm. 320.
 « FILIOQUE » 146-151.
 FLORENTIA, op. — Concilium: 145. 147.
 151. 166. 302. 314. 349. 350. 352. 353.
 FORMOSUS, Ep. 343. 344.
- FRANCISCANI, Ordo 38. 114. 251. 330.
 FRANCISCUS Josephus I, imp. 239n.
 FRANKIEWICZ 333.
 FRERSEWICZ Daniel 101.
 FRIDERICUS, imp. German. 347.
 FUANIHEGY, mons. 18.
- GALIZIA 17n. 41n. 283n (Galicia).
 GALLI, pop. 159.
 GDANSK, op. 77 (Gedanum).
 GELSE, loc. 29.
 GEMBICKI Petrus, Ep. Krakov. 104
 GERMANIA 21. 106. 257. 347. 349.
 GINETTUS, Card. Martius 28. 63.
 GLINSKI Benedictus, OSBM. 207. 215.
 216. 232. — Ep. Vladimír. 215n.
 GNESNO, op. — Aep. 34. 39. 117. 163.
 257.
 GOIMERIA, loc. 45. 49.
 GRAECI 37. 43. 44. 48. 116. 139. 141-
 145. 147. 148. 151. 346-348. 352.
 GRAECIA 38. 137n. 342. 347. 348. 353.
 GREGORIUS II, Papa 142.
 GREGORIUS III, Papa 142.
 GREGORIUS XIII, Papa 52.
 GREGORIUS XV, Papa 40. 55n.
 GREGOROVICĀ Joannes, Ep. Mukač.
 22n. 23-25.
 GREKOWICZ Antonius, OSBM. 303.
 GRODNO, op. 118. 122. 307. 330. —
 monaster. OSBM. 207. 03. — Imago
 285. 330. — monaster. monial OSBM.
 303.
 GRODZICKI Josephus, OSBM. 207.
 GUGOREMI Theodosius, OSBM. 274.
 GYNBA, arx 21.
- HABSBURGI 20n.
 HACH, Card. 16.
 HADIAČ, op. — Pacta 157n. 166n. 167.
 172n. 251n. 357.
 HAERETICI 87. 110. 115. 125. 146. 161.
 189. 269. 277. 298. 301. 307. 310. 321.
 329. 331. 333.
 HALIČ, op. 354.
 HELENA, regina Pol. 145. 146. 350. 353.
 HELLESFONTUS 142.
 HENRICUS, Ep. 343. 344.
 HENRICUS, rex Polon. 354.

- HERACLIEN. 138 (Metropolia).
 HERBA Franciscus Maria, offic. 174. 177.
 188.
 HERMANIVKA, loc. 251n.
 HEVES, 66 (C-tus).
 HIEROSOLYMA, op. 135. 137. — Ep.
 137. 138. — Patriarcha 290.
 HINCZA Martinus, SJ. 160.
 HISPANI, pop. 19.
 HLEZNA Jona, Metr. Kiov. 145. 349.
 HOHOL Paisius, Ep. Pinsc. 303.
 HOMONNA, op. 9. 85. 87. 91. 276 (Humenne).
 HOMONNAY, dom. 3.
 HORODLO, op. 165.
 HREBENNA, villa 332.
 HRUBIESZOW, op. 165. 317.
 HULEWICZ Sylvester, Ep. sch. Premisl.
 313. 314.
 HUNGARI 8. 96. 169.
 HUNGARIA (Ungaria) 5. 8. 12. 14. 15.
 17n-22. 24. 29n. 81. 85. 87. 90. 91. 94.
 96-98. 102. 105. 107. 108. 110. 145.
 186. 189. 275. 283. 287. 300. 316. 352. —
 v. Basiliani, Rutheni.
 HUNYADI Joannes, princeps 18n.
 ICONOSLASTAE 136. 140. 142.
 IGNATIUS, Patr. Constantinop. 143. 343.
 344.
 IGNATIUS, Patr. Moscoviae 308.
 ILKOWSKI Zacharias, OSBM. 322.
 ILLYRICI, pop. 343.
 ILLYRICUM 138.
 INDI, pop. 45.
 INGOLI Franciscus, secr. 15. 28. 38. 40.
 42. 50n. 52. 64. 65. 72. 79. 351.
 INNOCENTIUS X, Papa 94n. 107.
 INSTITUTUM s. Philippi Neraei 92.
 ISABELLA, reg. 19.
 ISJASLAUS, princ. 144.
 ITALIA 46. 47. 50. 103. 194. 211.
 ITALI, pop. 79. 80. 142. 159. 346.
 IVANNY, promontorium 9.
 JACKEYVĚ Samuel, OSBM. 76. 78. 114.
 JACKIEWICZ Simeon, OSBM. 83. 305.
 308.
 JACOBUS, Supr. Not. 353.
 JAKUSICS Georgius, Ep. Agrien. 5n. 66.
 81 (Jakosicz).
 JANUSZKOWSKI Bonifacius, OSBM.
 214. 216. 217.
 JAPONI, pop. 45.
 JAROSLAW, op. 300.
 JAROSLAUS Sapiens, princeps 143.
 JASSOVIA, op. 3. 86. 88.
 JAZANOV, monaster. OSBM. 276. 277.
 278 (Jasanic.).
 JELEC Ignatius, SJ. 92. 225. 237. 238.
 242. 253. 261. 289.
 JESUITAE (Societas Jesu) 33. 43. 48.
 92. 115. 160n. 225. 226. 239. 248. 251.
 252. 259-261. 283. 305. 307.
 JEWLASZEWSKI Casimirus Ludovicus,
 cast. 172n.
 JEZIERNICE, loc. 207.
 JOANNES X, Papa 345.
 JOANNES XIX, Papa 346.
 JOANNES XX, Papa 159.
 JOANNES, gub. Kiov. 353.
 JOANNES Paleologus, imp. Const. 145.
 349.
 JOANNES I, Zapolya, rex 20n.
 JOANNES II, rex Hung. 20. 21.
 JOANNES Casimirus, rex Pol. 69n. 94n.
 110. 164. 292. 305. 340n. 357.
 JOANNES III, Sobieski, rex Polon. 340n.
 JORDANOVYĚ Gregorius, Heg. 276. 278
 (Jordanowicz).
 JUBILAEUM 100. 291. 339. 352.
 JUDICKI, dom. 193. 333.
 JUVENALIS Hierosolymitanus, patr.
 137.
 KACZYNSKI Sebastianus, OSBM. 207.
 233.
 KAMENEC, op. 112. 353. — Ep. Coad.
 1. 112.
 KEREPECZY Stephanus, jud. 10.
 KIELCE, op. 128. 193.
 KIOV, op. 113. 126. 144. 162. 166. 290n.
 301. 302. 304. 311. 319. 347. 348. 353.
 — cathedra S. Sophiae 303. 347. 349.
 351. — Ep. lat. 125. 160. 162. —
 Metropolitae: Alexius 144. 348. — Cle-
 meus 144. 347. — Cyprianus 144. 348. —
 Cyrillus III, 144. 348. — Dionysius 348.

- Ephrem 144. — Gerasimus 349. — Gregorius 145. 349. — Gregorius Cemiwlak 144. 348. 351. — Hilarion 143. 347. — Isidorus 145. 349. 352. — Joannes 144. 347. 353. — Josephus 144. 348. 353. — Leontius 143. 346. — Macarius 145. 349. — Maximus 144. — Maximus Graecus 348. — Michaël 143. 345. — Misaël 145. 349. — Petrus 144. 348. — Photius 144. 348. 351. — Piminus 348. — Simeon 145. 349. — Theognostus 144. 348. — Theopemptus 143. 347. — Metropolia un. 31. 33. 40. 182. 238. 247. 253. 262. 292. 298. 307. 332. 341. — Metropolita un. 12. 14. 15. 36. 40. 42. 44. 58. 74-76n. 100. 104. 118. 123. 131. 156. 182. 184. 212. 218. 222. 241. 256. 282n. 283. 290. 303. 346n. 350. 354. — Administrator v. Kolenda G. — Coadiutor cum fut. succ. 31. 39. 83. 183. — Monasteria: — Kirilovien. 301. — Pieczaren. 301. 302. 351. 353. — Vidubicen. 301. — Palatinus 165. 251. — Schola Cofraternitatis 41n. 69.
- KISARZEWSKI Michaël, SJ. 283.
- KIS-BEREZNA, loc. 66.
- KISDI Benedictus, Ep. Agr. 85. 86. 88.
- KISELIN, loc. 69 (Chisielinia).
- KISFALUSY Franciscus, dom. 10.
- KISFALUSY Petrus, dom. 10.
- KISIEL Adamus, Pal. Kiev. 166. 324.
- KIŠKA Leo, Metr. Kiev. un. 179n.
- KOBRIN, Archimandria OSBM. 207. 215. 216. 258n. 303.
- KOCHANOWSKI Alexander, Ord. Carmelit. d. 288.
- KOLENDA Gabriel, Aep. Poloc., Administrator Metropoliae un. 89. 92n. 131n. 174. 175. 178. 179n. 180n. 181-184. 190n. 191. 194. 196-200. 204. 213. 215. 218-221. 222n. 223n. 232. 243n. 247. 282n. 325.
- KONOTOP, op. 251n.
- KOPYSTENSKI Michaël, Ep. sch. Prem. 312.
- KORIATOVICH Theodorus, Dux de Munkač. 17.
- KORMANOWICZ Sabba, sac. 183.
- KORSAK Paulus, OSBM. 174. 195. 207. 212.
- KORSAK Raphaël, Ep. Pinsc. 303. — Metr. Kiev. un. 131n. 183. 248. 258. 310. 325. 350.
- KORSUN, op. 94n.
- KORVIN MATTHIAS, rex Hung. 18.
- KOSIENSKI Joannes, not. 177.
- KOSOV Sylvester, Metr. sch. Kiev. 320. 321.
- KOSOVICKI Jacobus, OSBM. 304.
- KOSOVICKI Gabriel, OSBM. 84. 85. 86. 88. 287.
- KOSSOVO, loc. 218.
- KOSTKA Stanislaus, SJ. 239. 240. 255.
- KOSZER, loc. 312.
- KOSZEWSKA, mon. OSBM. 287.
- KOTKOWSKI Hilarius, OSBM. 41.
- KOTLUBAY Arthemius, sac. 64.
- KOZINSKI Barlaam, OSBM. 195. 206. 207. 232 (Kosinski).
- KRAKÓW (Cracovia), op. 41n. 45n. 50. 52-54. 95. 126. 128. 226. 274. 300. 314. 319. 354. 355. — Collegium S. Petri SJ. 193. — Palatinus 225. — Ep. 1. 126. 128. 130. 189.
- KRASNOBROD, monaster. OSBM. 111. 276-278.
- KRASNOSTAW, loc. 43. 56. 66. 165. 251. 270. 297. 317. 321.
- KREMENEC, op. 299.
- KREUZA Leo, Aep. Smolensc. 303. 310.
- KRIZANIK v. Kryžanyč 46. 72n.
- KRUKOWSKI Basilius, sac. 280. 281.
- KRUPECKI Athanasius, Ep. Prem. un. 303. 312. 314. 322. 323. 356.
- KUCZEWICZ Hilarion, sac. 129. 183 (Kucewicz). 184.
- KUJAVIEN. Ep. pol. 77
- KULM. Ep. pol. 104.
- KULEMCZICE, loc. 115.
- KUMOW, loc. 67.
- KUNCEVYČ Josaphat, Aep. Poloc. 31. 76n. 238-240. 255. 256. 283. 298. 299. 301. 303. 306. 308. 309. 311. 325. 326. 330. 333. 337. 339. 350.
- KUNIOV, loc. 289.
- KRZYSZCZKOWSKI Simeon, dom. 231.
- KWASNINSKY v. Zloty A.

- LACHOVICZE, loc. 333.
 LACZAY Joannes, dom. 10.
 LADISLAUS, Ep. Mukač. 19.
 LAHODOWSKI Iwaszko, dom. 354.
 LANCICIUS Nicolaus, SJ, script. 305.
 LARION, Ep. Mukac. 20. 21.
 LARISSA — AEp. 194. v. Pignatelli A.
 LATOROZA, (Latorica) fl. 19.
 LAUKA, loc. 9. 17. 18. 19.
 LAUSSEMBURG, loc. 14. 15 (Luxemburg).
 LEBED v. Wereszczynski
 LELESZ, loc. 18. 29.
 LELYECHOKA (Lowačka), mons. 18.
 LEO, Papa 136. 137. 139. 142.
 LEO XIII, Papa 51n. 239n.
 LEOPOLIS, op. 41. 62. 145. 246. 272. 274. 283. 285. 300. 306. 315. 322. 332. 337. 350. 353. 354. 357. — AEp. lat. 37. 39. 41. 126. 128. 189. 246. 257. 265. 342. — Ep. sch. 41. 157. 246. 300. 354. 355.
 LESZCZYN, monaster. OSBM. 303. 305. 310.
 LESZCZYNSKI, dom. 312.
 LESZCZYNSKI Andreas, Ep. Culmae 104.
 LESZCZYNSKI Venceslaus, AEp. Gnesn. 117n. 163.
 LEWICKI Gabriel, dom. 55.
 LEWAKOWICZ Raphaël, Ord. Min. de observ., script. 351.
 LEZENSKI Thomas, Ep. Chelm. 1. 223n. 264.
 LIBRI Ruthenici v. Breviarium, — Dip-tichi 345. — Euchologium 351. — Martyrologium 343. 344. — Menologion 344. — Proloh 344.
 LICINIUS, OSBM. 319.
 LINUS, Papa 137.
 LIPPAY Georgius, Ep. Agrien. 4. 6n. 11. 16. 27. — AEp. Strigon. 88. 91. 96n. 97. 103. 105n. 106. 111. 185. 187.
 LITERATUS Nicolaus, dom. 10.
 LITHUANIA (Magnus Ducatus Lithuaniae) 34. 95. 101. 114. 121. 123. 126. 127. 144. 164. 166. 173. 191. 192. 194. 206. 214. 225. 233. 252. 258. 259. 271. 283. 284. 285. 297. 302. 305. 307. 311. 314. 315. 319. 326. 329. 330. 332. 333. 336. 337. 338. 339. 341. 348. 351. 353. 356. 357.
 LIVONIA 298.
 LOHOVO, loc. 9.
 LOMBARDIA 272.
 LORANTFI Susanna, dom. 109n. 283n.
 LOSINIECEN, villa 183.
 LOSOWSKI Nicephorus, Ep. Luceor. 31. 32. 40 (Lossouschi). 325.
 LUBIENSKI Matthias, AEp. Gnesn. 34. 36.
 LUBLIN, op. 57. 58. 90. 104. 126. 128. 165. 221. 223. 224. 225. 251. 257. 266. 280. 289. 300. 320. — Conventus Praed. 60.
 LUBOMLA, loc. 190. 251.
 LUCAS, praesb. ruth. 18.
 LUCK, op. 129. 157. 223. 250. 287. 299. — Ep. lat. 34. 156-160. 289. — Ep. un. 299. 300. 323.
 LUGDUNUM, Concilium 37. 144. 346n.
 LUTERANI 310.
 LYBIA 135.
 MACARIUS, Archim. Vilm. 353.
 MACEDONIA 138. — Macedones 148.
 MACIEJOWSKI, Ep. lat. Luceor. 354.
 MAIDALCHINUS, Card. Franciscus 93.
 MAKOVICZA, loc. 91.
 MAKOWSKI Lucas, dom. 101.
 MALACHOWSKI Joannes, OSBM. 223-229.
 MALBORG, loc. 280.
 MALINSKI Danie Jelo, dom. 320.
 MANFRONUS A., secret. 296.
 MAORI Reginaldus, Ord. August., sac. 78-82.
 MARAMOROŠ, C-tus 17. 24-26. 29. 90. — Ep. gr. r. 23.
 MARINICS Joannes, sac. 10.
 MARKIEWICZ, dom. 314.
 MARTYSZKIEWICZ Georgius, sac. 67.
 MARTYSZKIEWICZ Stephanus, OSBM. 114. 215.
 MARZINIZ, dom. 16.
 MASLACZANKA Regina, dom. 179n.
 MASSARIUS Dionysius, secr. 90. 93. 113n.
 MASZOW, villa 319.

- MATTHEI Gaspar, AEp. Nuntius Vien. 6n. 12. 13. 16.
- MAXIMILIANUS II, imp. 21.
- MAXIMUS Antiochenus 137n.
- MEGLEWSKI Fr nciscus, dom. 59. 60.
- MELESZKO-WICZ Th odorus, Ep. un. Chelm. 305. 316.
- MELITENSES Equites 56.
- MELZI Camillus, Nunt. Vien. 84. 87. 103.
- METROPHANES, Patr. Hierosolym. 290.
- MICHAEL, Dux Lithuan. 145. 353.
- MICHALOWICZ Gregorius, Ep. Pinscen. 303.
- MIELNICEN. loc. 299.
- MIERZEJEWSKI Laurentius Joannes Wianik, dom. 59. 60.
- MILLEI Stephanus, SJ. 283. 316 (Mil-leus).
- MILENKIEWICZ Christophorus, OSBM. 195. 199n. 203. 234.
- MIMONSKY Petrus, OSBM. 233.
- MINSK, op. 179. 252. 261. 301. 307. — Bernardini 286. — Palatinatus 298. — Seminarium pro Ruthenis 80. 89n. 259. 292. — monaster. OSBM. 195. 286. 303. 315. — monaster. monial. OSBM. 303. 325.
- MISAËL, Ep. Smolen. 145. 353.
- MITKIEWICZ Martinus, SJ. 283.
- MOHYLA Petrus, Metr. Kiov. 41n. 165. 304. 319.
- MOHILOW, op. 309. — monaster. OSBM. 298. 303. 309.
- MOLDAVI, pop. 318.
- MOLDAVIA 13. — Ep. sch. Gregorius 107.
- MONASTERIA v. Basiliani.
- MORAVIA 59n. 343.
- MOROCHOWSKI Joachimus, Ep. Vlo-dim. 303. 311.
- MOSCICKI, SJ. 115.
- MOSCHI (Moscovitae) 42. 110. 116. 118. 121-123. 126. 127. 145. 169. 191. 254. 258. 262. 285. 287. 292. 299. 308. 310. 320. 325-327. 329. 330. 333. 334. 338. 339. 341. 349. 350. 353.
- MOSCHOVIA 51. 72n. 94n. 116. 157n. 251. 259. 308. 333. 348. 350. — Pa-triarcha 259. — Pr nceps 112. 118. 259.
- MOSKVA, op. 333.
- MOZER Adrianus, OSBM. 330. 338. 340.
- MSCISLAW, op. 309. — Archimandria OSBM. 207. 250. 303. — Ep. sch. 298. 309. — Ep. un. 198. 215.
- MUNKACS (Mukačevo), op. 3. 4. 6. 7. 10. 17-20. 25. 26. 29. 91. 98. 108. 316. — Ep. gr. r. 3-6. 10-15. 23-26. 85. 87. 98. 99. 186. — Ep. un. 96-98. 275. 278. — Monasterium S. Nicolai 3. 4. 5. 8. 9. 11. 14. 17-21. 23. 26. 29. 109. 187.
- MUNDINUS Josephus, secr. 195.
- NARUSZEWICZ, dom. 225.
- NERESZNICZA, loc. 83.
- NESTORIUS, haeres. 148.
- NICAEA, op. — Synodus: 137n. 139. 141. 147.
- NICAETAS Nicenus, script. 142.
- NICETA Graecus, script. 140n.
- NICOLAUS, Papa 143. 344.
- NIEDZILSKI Stanislaus Casimirus, dom. 59. 60. 67.
- MIEMIERZYC, dom. 161.
- NIESSOVA, loc. 131. 132.
- NITRA, op. — Ep. 3.
- NOVOGROD, op. 285. 298. 325. — mo-naster. OSBM. 210. 214. 303.
- NOVOGRODEK, loc. 33. 43. 118. 162. 216. 306. 307. 333. — monaster. mo-nial. OSBM. 303.
- NUNTIUS 136. — N. Viennensis 5. 6. 10. 12. 13. 47. 106. 248. — N. Var-saviensis 12. 28. 37. 39-41. 56. 70. 75. 77. 78. 80-82. 103. 112. 122. 126-128. 130. 155-160. 162-164. 172. 175. 177. 178. f180-182. 184. 190-192. 194. 195. 198. 200. 201. 203-206. 210. 212. 213. 217. 222. 224. 229. 230. 232. 234. 235. 241. 246. 247. 249. 250. 252. 254. 255. 261-263. 268. 279. 284-287. 289. 291-295. 336. 341. 342n. — Nuntiatura 56. 160n. 188.
- NURADINUS, Sultanus turc. 112.

- OBUCHOWICZ Gregorius, sac. 183.
 OGNIANOVICIUS Basilius, sac. 45. 47. 49.
 OHILEWICZ Pachomius, OSBM. 177-183. 194n. 199. 200. 202. 224-226. 228. 233. 236. 238. 240n. 243-245. 250. 269. 272n-274. 295.
 OLOMUC, op. — Collegium 59n. 257. 288. 321.
 ONUPHRII, monaster. OSBM. 174. 207.
 OPPULIA, op. 22.
 ORANSKYJ Pachomius, Ep. Pinsc. 310. 311l 324. 325.
 ORBOVA, loc. 66. 81.
 ORDO v. Augustiniani, Bernardini, Basiliani, Carmelitae disc., Dominicani, Franciscani, Jesuitae, Ordo Minorum de Observantia 351.
 ORIENTALES 15. 66. 135. 149. 154.
 ORLOWSKI Michaël, can. 115. 124.
 ORSINI, Card. Virginius 123. 125. 132. 158. 160. 229. 235. 281.
 ORSZA — monaster. OSBM. 303.
 OSTROG, op. 149. 152. 299. 303. 306. 308. — Dioec. 267.
 OSTROW, loc. 129. 317.
 OSTROZANSKI, SJ. 33. 43.
 OSTROŽSKYJ Basilius Constantinus, dux 308. 355.

 PAKOSTA Athanasius, Ep. Chelm. 270. 303. 305. 315. 316.
 PALESTINA 137.
 PALOTTI, Card. Joannes Bapt. 5.
 PAMPHILIUS, Card. Joannes Bapt. 99.
 PANNONIA 138.
 PARTHENIUS Petrus v. Petrovič.
 PARYCZE, loc. 351.
 PARZOV, op. 317.
 PASCHALIS, Papa 136.
 PATRIARCHA 42. 142. v. Alexandria, Antiochia, Constantinopolis, Hierosolima, Moscovia.
 PAULUS V, Papa 55n. 253. 261. 284. 335.
 PAULUS Samosatenus, eccl. 141.
 PAZ, Cancell. 340.
 PAZKOVSKI Michaël, OSBM. 234.
 PEREMYŠL (Praemislia, Przemysl) op. 73. 280. 300. 322. 323. — Ep. lat. 55. 189. — monaster. lat. 73. — Ep. sch. 73. 157. 180. 181. 189. 293. 296. 313. 341. — Ep. un. 73. 250. 267. 268. 285. 289. 296. 296. 312. 313. 337. 340. 355. — Coadiutor Ep. 341. — Dioec. 300. 304. 320. 341.
 PETRICOVIA, loc. 314. 353. 354.
 PETROVICH Maximus, Ep. Vallachor. 16.
 PETROVICH Parthenius, Ep. Mukač. 90. 91. 97-99. 102. 103. 105-109. 111. 130. 185. 186. 188. 231. 275. 277. 278.
 PETRUS, Patr. Antiochen. 345. 346.
 PHAENICIA 137.
 PHILARET 302.
 PIASECKI Paulus, Ep. Chelm. 1. 43. 56. 59.
 PIASECKI Stanislaus, dom. 332.
 PIETKIEWICZ Josephus, OSBM. 288.
 PIETRASZEWICZ Nicolaus, dom. 130.
 PIGNATELLI Antonius, AEp. Larissae, Nunt. Polon. 194. 227. 229n. 232. 235. 236. 246. 272. 274.
 PILICHOWSCHI Samuel, OSBM. 274.
 PILTINEN. Ep. 44.
 PINSK, op. 204. 219. 221. 308. 310. 324. 332. — Dioec. un. 197n. 298. 320. 324. 341. — Ep. un. 31. 33. 75. 113. 122n. 183. 185. 310. — monaster. monial. OSBM. 287. 303. 324. — monaster. OSBM. 324. 325.
 PIOTROWSKI Augustinus, eccl. 185. 188.
 PISA, AEp. 103.
 PIUS II, Papa 145. 349.
 PIUS V, Papa 43. 88.
 POCIEY Hypatius, Ep. Vladimir. 355. v. Potij.
 POCIEY Joannes Michaël, Ep. Vladimir. 175. 232. 281. 282. 301. 327.
 POCZAPOWSKI Hieremias, Ep. Luceor. 303. 311.
 PODLACHIA, prov. 298. 299. 326.
 PODOLIA, prov. 300. 354.
 POLESIA, prov. 299.
 POLOCK, op. 40. 100. 127. 298. 320. 325. 333. — AEp. un. 36. 122n. 131. 181. 190. 192. 194-198. 204-217. 221-225. 227. 233. 241-243. 250. 252. 254. 255.

262. 263. 271. 292. 293. 295. 310. 328. 333. 336-339. 341. 342n. 353. — Dioec. un. 31-33. 40. 254. 258. 298. 325. 327. — monaster. OSBM. 207. 303. — monaster. monial. OSBM. 287. 303.
- POLONI, pop. 8. 9. 32. 94. 101. 104. 105. 111. 118. 119. 122. 126. 159. 160. 162. 173. 190. 191. 214. 225. 241. 251. 252. 253. 261. 279. 283. 285. 330. 332-334.
- POLONIA 5. 8. 20n. 34-36. 40. 53. 55. 56. 69n. 71. 75. 76. 85. 89. 90. 92. 94. 96. 103. 105. 110. 111. 113-115. 118. 121. 123. 125. 126. 129. 132. 156-158. 163. 164. 166. 167. 169. 170-172. 174. 178. 191. 194. 197. 210. 229. 232. 236. 249. 252. 281-283. 285. 291. 294. 297-300. 302. 303. 307. 311-313. 319. 328. 329. 334. 345. 352. 356. 357. — Aula 254. 336. 340. — Comitia (Dieta) 62. 128. 130. 132. 155. 157. 162. 164. 166. 171-174. 178. 179. 181. 194. 224. 226-229. 241. 251. 279. 280. 290. 292. 293. 296. 302. 307. 320. 321. 323. 325. 327. 328. 330. 334. 354. 356. 357. — Rex 32. 35. 36. 39. 41. 44. 45. 53. 60. 69. 76n. 78. 82. 94n. 95. 104. 112. 114-116. 118. 119. 122. 126-128. 130. 158. 161. 164. 170. 172. 182. 184. 198. 201. 203. 211. 220. 229. 230. 232. 234. 241. 246. 249. 254. 256. 257. 266. 267. 270. 271. 279. 282-286. 292. 293. 297. 322. 325. 326. 332. 336. 337. 340. 342. — Senatus 94n. 126. 156. 158. 171. 334.
- POPOVICH Alexius, sac. 111.
- PORAY Georgius, sac. 129. 183. 184.
- POSONIA, op. 19. 22. 82. 84. 85. 86. 96. 97. 99. 103. 187. 231.
- POTIJ Hypatius, Metr. Kiov. 39. 76n. 247. 257. 301. 302. 308. 312. 327. 350. 352. 355.
- POTOCKI, dom. 225.
- POTOK, monaster. OSBM. 276-278.
- POZNAN, op. 125n. 163.
- PRAGA, op. — Collegium 16. 257. 288. 323.
- PRAŽMOWSKI, dom. 130. 159.
- PRAŽMOWSKI Nicolaus, AEp. Gnesn. 158n.
- PREDOIEVICIUS Gabriel, Ep. sch. 27. 45. 47. 49.
- PROFESSIO Fidei 3. 13-16. 27.
- PRUSSIA 36. 54. 299. 326.
- PRZEMYSŁ, op. v. Peremyśl.
- PSTROKONSKI Stanislaus de Buzenin, Ep. Chelm. 1. 66. 67. 95. 104.
- PUSTYNKA, monaster. OSBM. 303.
- PUTIWLEN., op. 353 (Capit.).
- PUZINA Athanasius, Ep. sch. Luceor. 311.
- PYLAVCI, loc.;94n.
- RADOMIERZ, op. 69n.
- RADZIVIL 301. 307. 332.
- RAGOZZI, princ. 5. 6. 329.
- RAHOZA Michaël, Metr. Kiov. 146. 301. 302. 350. 354.
- RAIEVICEN., loc. 129.
- RAKOZIA, princ. 283. 316.
- RAKOCSY Franciscus, princ. 11n.
- RAKOCSY Georgius I, princ. 24. 109n. 283n.
- RAKOCSY Georgius II, princ. 283n.
- RAKOW, loc. 69.
- RATIBORIA 22 (dux).
- RATISBONA, op. 3-6. 11.
- RATNEN., loc. 129.
- RAYNILOWICZOWNA Suzanna, dom. 130.
- RECZYNSKI Andreas, sac. 234. 267.
- RITUS Graecus 13. 17. 48. 159. 265. 343. 346. — R. Ruthenus 14. 17. 18. 74. 81. 82. — Transitus ad R. graecum 58. 253. 288. 289. — ad R. lat. 37. 41n. 42. 146. 153. 159. 248. 260. 286. 286. 327.
- ROMA, op. 7. 15. 19. 27. 30. 32. 42. 43. 46. 47. 49-52. 54. 55. 69. 76. 83-85. 100. 103. 105. 113. 114. 134-136. 138. 141. 142. 147. 156. 179n. 180. 182-184. 206. 207. 219. 221-229. 232. 238. 244. 249. 250. 256n. 259. 263. 266. 269. 274. 282n. 283n. 287. 288. 291. 295. 310-312. 316. 337. 340. 342n-344. 347-353. 357. — Collegium de Prop. F. 54. 65. 72n. 78. 89. 93. 114. 120. 121. 124. 131. 132. 259. 274. 294. — Collegium graecum 38. 39. 52. 88. 114. 179. 237. 249. 257. 274. 288. 294. 295. 303. 310. 311. 325. 326. 339. — Collegium Ru-

- thenum 51n. 239n. — Collegium S. Josaphat 51n. — Collegium pro Ruthenis, Moscovitis, Valachis, Bosnen. 49. 51. 52. — Collegium SS. Sergii et Bacchi 228. 229. 233. 239. 240. 244. 251. 253. 254. 258. 287. — Ecclesia SS. Sergii et Bacchi 42. 52. 89. 118. 120-123. 153. 178. 183. 192. 235. 238. 261. 293. — Hospitium SS. Sergii et Bacchi 49. 51n. 54. 120. 223n. 235n. 239n. — Monasterium SS. Sergii et Bacchi 101. 122. 181. 311.
- ROSPIGLIOSI, Card. Julius 179. 267.
- ROSTISLAUS, princ. 144.
- ROVNA, loc. 111.
- ROZANA, monaster. OSBM (ad Žyrovyci) 285. 330.
- ROZNAREN. monaster. monial. OSBM. 303.
- RUSSIA (UKRAINA) 38. 41. 51. 54. 76. 79. 80. 82. 92. 116. 121. 123. 132. 138. 143-146. 150. 152. 157. 160. 166. 189. 194. 203. 205. 212. 220. 233. 238. 239. 243. 250. 257. 269. 272. 287. 288. 290. 297-302. 307. 308. 334. 335. 339. 341. 343-352. 354. 355. 357. — Principes: Ascoldus 343. — Dir. 343. — Ihor Rurikida 345. — Isjaslav 347. — Jaroslav 347. — Olha 345n. — Rostislav 347. Svjatoslav 345n. — Vladimirus Magnus 345. 351.
- RUTHENI 8. 9. 20. 23. 25. 30. 38. 42. 44. 49. 51. 56. 58. 66. 99 (Russiani). 116. 123. 129. 130. 132. 138. 143-146. 157. 160. 161. 164. 226. 239. 241. 245. 256. 258. 265. 266. 270. 283 (Rasciani). 286. 300. 306. 308. 316. 324. 328. 330. 331. 332. 335. 341. 342. 344. 349. 350. 352-355. — Clerus un. 14. 37. 43. 55. 103. 118. 122. 159. 167. 175. 206. 256. 259. 263. 268. 284. 289. 320. — Ecclesia R. un. 40. 110n. 118. 226. 230. 249n. 297n. 334. — R. schismatici (disuniti) 58. 116. 246. 260. — R. uniti 14. 36. 37. 38. 48. 57. 61. 64. 71. 86. 103. 105. 244. 256. 261. 262. »263. 268. 271. 289. — Rutheni in Hungaria 85-88. 91. — R. sch. 87. 96. 98. 99. 102. 105. 265. — R. un. 14. 36-38. 48. 57. 61. 64. 71. 86. 96. 99. 103. 105. 109. 244. 256. 261-263. 268. 271. 289.
- RUTSKYJ Josephus, Metr. Kiov. 31. 76n. 77n. 194n. 218. 248. 253. 255. 258. 259. 261. 290. 292. 301-308. 315. 316. 352. 350.
- SAAROS, C-tus 17. 29 (Saros). 107.
- SABA, Ep. Bistraen. 91.
- SACRAMENTA: Baptimus 42. 266. — Confirmatio 266. — Eucharistia (Communio) 151. 152. 248. 265. — Matrimonium 43. 57. 60. 61. 117. 259. 265. 266. 286. — Ordo 252. 261. — Poenitentia (Confessio) 57. 248. — Unctio extrema 266.
- SAHAJDAČNYJ Petrus, dux Cos. 41n. 304.
- SAHRYN, villa 183.
- SAKOVYČ Cassianus, OSBM, script. 32. 33. 34. 37 (Sachowski). 39. 41. 44n.
- SAMBOR, op. 300. 304. 313. 314. — Ep. un. 188.
- SAMOGITIA, prov. 326. — Ep. lat. 35. 75. 92n.
- SANCTI: Alexius 333. — Antonius 130. — Athanasius 150. — Augustinus 133. — Barbara 333. — Basilius M. 147. 148. 181. 256n. 304. — Casimirus 326. — Cyrillus 137. 343. 344. 346. — Gregorius Nissenus 147n. — Gregorius Thaumaturgus 141. — Hieronymus 137. — Jacobus 135. — Joannes Ap. 135. — Joannes Baptista 30. 83. — Joannes Chrysostomus 135. 136. 138. 139. — Joannes Damascenus 148. 151. — Jonas proph. 133. — Leo 139. — Lucas 115. 319. — Marcus Ev. 134. — Methodius 343. 344. — Nicolaus 144. — Paulus 130. 142. — Petrus 42. 69. 134-136. 141-143. 266. 304. — Philippus Neraeus 92. — Stephanus Novus 140. — Sylvester 138. — Theodorus Studita 136. 155.
- SANDOMIERZ, op. 69n.
- SANGUSZKO, princeps 312.
- SANOK, op. 189. 300.
- SANCTA CRUX, loc. 111.

- SAPIEHA, dux exercit., 127. 225. 285. 333. 340.
- SAPIEHA Casimirus Leo, dux 326.
- SAPIEZANKA Basilissa, OSBM. 306.
- SARACENUS Petrus, sac. 70. 71. 82.
- SCEPUSIUM, prov. 87. 91. 107. 111. 300.
- SCHISMA 5. 31. 44. 45. 48. 69. 73. 99. 118. 123. 145. 146. 163. 165. 180. 202. 204. 206. 230. 239. 248. 256. 258. 274. 315. 318. 346. 347.
- SCHISMATICI (Disuniti) 15. 28. 42. 44. 64. 65. 68. 70. 73. 76n. 90. 92. 104. 114. 115. 118. 119. 121. 125. 128. 133. 153. 154. 156. 157. 159. 161. 165. 167. 168. 170. 171. 181. 182. 187. 189-191. 205. 206. 212. 221. 223. 234. 238. 240. 241. 245-247. 249-253. 255-257. 259. 241. 245-247. 249-253. 255-257. 259. 260. 263. 267. 269. 270. 274. 280. 282-285. 287. 289-291. 293. 295-303. 306-310. 312-323. 327-331. 333. 334. 337. 340. 341. 343. 351n. 356. — Ep. sch. 14. 113. 165. 171.
- SCRIPTORES: Alexius Aristinus 140. 141. — Allatius Leo 134n. 141n. 149n. 344. 346. 347. 348. — Balsamon Theodorus 138n. — Baran Alexander 283n. — Baronius Card. Caesar. 143. 343-348. — Basilovits Joanicus, OSBM. 17n. — Chrysostomus 135n. — Cicero 135n. — Curopalates 343. — Damascenus Joannes 148n. — Dlugosz 347 (Dlugosius). — Dulyškovyč 105n. — Emmanuel Calecas 346. — Eusebius Pamphiliae 141. — Gauchat P. 83n. 86n. — Harasiewicz Michaël 145n. 297n. 335n. 352n. — Hodinka A. 65n. — Lacko M. SJ. 3n. 5n. 7n. 109. 276n. — Macarius Ancyranus 139n. — Nazarko Irenaeus, OSBM. 59n. — Nilus Doxopatrius 138n. 141. — Pachymeres Georgius 149n. 348. — Pekar Athanasius, OSBM. 3n. 5n. 7n. 105n. 109n. 283n. — Pelesz 246n. — Petruševyč A. 105n. — Stebelski Ignatius, OSBM. 76n. — Stricovius 349. — Šmurlo E. 72n. — Theodoretus 135n. 136n. — Theophilactus 135n. — Vlasovskij I. 246n. — Wojnar Meletius, OSBM. 239n. 243n. 255n.
- SCYTHAE, pop. 249.
- SCZYTNIICKI, sac. 117.
- SERBIA 46. 47.
- SERGIUS, Papa 345.
- SEVERIA, prov. 299. 310.
- SFORZA, Card. Fredericus 296.
- SIELAWA Antonius, Metr. Kiov. 14n. 30. 31. 34. 36. 55. 58. 76n. 100. 101. 131n. 182. 184. 205. 206. 239. 248. 255. 258. 303. 309. 310. 323-327. 350.
- SIEMAKA Gregorius, not. 250.
- SIGISMUNDUS I, rex Pol. 146. 314. 354. 356.
- SIGISMUNDUS III, rex Pol. 285. 290n. 299. 302. 304. 308-311. 316. 350. 355. 356.
- SIGISMUNDUS AUGUSTUS, rex Pol. 146. 314. »354. 356.
- SIMON, Magus 136.
- SIMONIA 266.
- SIMONOVİČ Stephanus, Ep. sch. 90. 91. 98. 107.
- SIRMIEN. Ep. 86n.
- SIXTUS IV, Papa 145. 349.
- SKAPSKI Martinus, Ep. Kiov. 1. 125n.
- SLAVI (Valachi) 46.
- SLAVONIA 316. 343. — Slavones 45.
- SLONIM, op. 207. 214-216. 307.
- SLUCK, op. 301. 332.
- SLUGOCKI Nicolaus, dom. 104.
- SLUPSKI, can. 340.
- SMOLENSK, op. 172. 299.-308. 310. 320. 324. 331. — Archimandria OSBM. 250. 303. — AEp. un. 72. 74. 113. 145. 181. 195. 197. 198. 204. 217. 218. 310. 328. 338. 339. 341. 349. — Ep. 1at. 70. 71.
- SMOTRYCKYJ Meletius, Ep. Hierapol. 28. 38. 305. 308. 312n.
- SOCINIANI, secta 69n.
- SOBIESKI Jacobus, †om. 319.
- SOKAL, op. 68. 318. 319.
- SOLTAN Alexander, dom. 353. — Joannes 353.
- SOLTAN Josephus, Metr. Kiov. 145. 146. 349. 353. 354.
- SOSNOWSKI Jonas, Ep. Chelm. 145. 314. 354.
- SPADA Virgilius, offic. 235.
- SPAS, monaster. OSBM (Salvatoris) 313.

- SPOPORTY Andreas, dom. 353.
 STEPHANUS, rex Pol. 354.
 STEPHANUS, dux Ostrog. 306.
 STOLP, loc. 352.
 STOŽEK, monaster. OSBM. 303.
 STRIGONIA, op. — Dioec. 87. 97. —
 AEp. 96. 99. 105. 106. 187.
 STROPKOV, op. 91.
 STRYJ, op. 300.
 SUBSIDIUM pro Ep. Ruth. 13. 50. 52.
 177. 184. 234. 282. 296. — pro monach.
 278.
 SULOVIJ D., dom. 112.
 SUPRASL, monaster. OSBM. 33. 89n.
 179n. 182. 195-199. 202-204. 207. 208.
 211. 214-218. 254. 262. 271n. 303. 326.
 327.
 SURAZKI Basilius, script. 302.
 SUSZA Jacobus, Ep. Chelm. 59. 60. 61.
 90. 93. 105. 115. 116. 119-121. 123. 124.
 129. 132. 155. 156n. 166. 176-180. 183.
 190. 191. 193. 194n. 221. 224-226. 228.
 229. 232. 233. 238-240. 242. 244-246.
 252. 255. 260. »264. 270. 279. 292. 294.
 321. 322n. 335. 337n. 341n-343. 346n.
 350n. 357.
 SVEDESI 16. 110. 169. 251n. 326. 329.
 SYLISTRIA, prov. 112 (Bassa).
 SYLVESTER, Papa 138. 142.
 SYMANDI Stephanus, Ep. Transilv. 29.
 SZABOLCS, C-tus 17. 29. 107.
 SZAROGROD, loc. 300. 304.
 SZATTHMAR, Com.tus 17. 29.
 SZELEPEN, loc. 250.
 SZENT Benedeki Joannes, dom. 21.
 SZEPES, Com.tus 29.
 SZESZOLY, bona 258.
 SZKOLDYCKI Alexander, OSBM. 303.
 SZOLNOK, loc. 66.
 SZOPOROWICZ Ignatius, OSBM. 303.
 SZUMSCEN., monaster. OSBM. 303.
 SZYBINSKI, OSBM. 33.
 SZYDLOWICE, villa 217.

 TARASOVYČ Basilius, Ep. Mukač. 3n.
 4. 7. 10. 13. 16. 17. 24n. 25-27. 29. 83.
 91. 107. 185.
 TARNOCZY Matthias, Ep. 91.
 TARNOWSKI Joannes, AEp. Leop. 265n.

 TARTARI 94n. 110. 112. 126. 169. 251n.
 304. 322. 332. 349.
 TARTARIA 112. 161.
 TEGENYEY Joannes, dom. 10.
 TERECHTIMIROVIA, loc. 304.
 TERLECKYJ Antonius Adamus, OSBM.
 114. — Ep. Prem. 279. 280. 296.
 TERLECKYJ Benedictus, OSBM. 89.
 114. 181. 192. 195. 196. 198. 199. 200.
 202. 206. 213. 216. 220. 223. 225. 232.
 237n. 239n. 245. 254. 259. 261. 338.
 TERLECKYJ Cyrillus, Ep. Luceor. un.
 301. 308. 309.
 TERLECKYJ de Terlo Methodius, Ep.
 Chelm. un. 28. 34. 40. 43. 46. 47. 50.
 52. 54. 59. 62-65. 69. 71. 76. 78-80. 83.
 114. 166. 183. 249. 251. 262. 270. 297.
 303. 316. 319. 322.
 TERPILOWSKYJ Innocentius, OSBM.
 176. 180n-182. 184. 221.
 TETERA Paulus, dux Cosac. 128. 155-
 157. 272. 334.
 THEBAE, op. 135.
 THEODORUS, dux de Biala 353.
 THEOPHANES, Patr. Hierosol. 290n.
 THRACIA, prov. 138. 139. 142.
 TINECEN. (Tyniec) 66 (Abbatia).
 TOLIBOWSKI Adalbertus, Ep. Posnan.
 164.
 TOMASZOW, loc. 183.
 TOROKAN, monaster. OSBM. 89. 195.
 197-200. 203. 204. 207-209. 215. 217-
 219. 326. 336. 337.
 TORRES Joannes, Nunt. Pol. 94. 100.
 114. 325.
 TORUN (Torunium), op. 35. 172.
 TRACES, pop. 25.
 TRANSCARPATIA 17n. 84n.
 TRANSYLVANI, pop. 111.
 TRANSYLVANIA 3-6. -10. 29. 90. 98.
 99. 102. 107. 108. — Princeps 4-7. 11.
 12. — Principessa 98. 102. 105. 283.
 TRENČIN, op. 108.
 TRIDENTINUM Concilium 55. 259. 286.
 TRIZNA Martianus, dom. 352.
 TRIZNA Nicolaus, dom. 338.
 TROKY, monaster. OSBM. 303.
 TRULLO, Synodus 139. 140.
 TRYZNIANKA Euphrosina, OSBM. 324.

- TRZEBICKI Andreas, Ep. Krakov. 1. 193. 273. 274.
- TUCKO, sac. 43.
- TUCZAPSKYJ Macarius, vicar. Metr. 145. 353.
- TUKALSKYJ Josephus Nelubovyč, Ep. sch. Mscisl. 280. 310. 324. 329.
- TURCAE (Ottomani), pop. 28. 42. 46. 47. 51. 110. 111. 112. 141. 154. 169. 190. 276. 277. 350. 353.
- TURCIA 155.
- TURINO, op. 273.
- TUROV, Ep. un. 185.
- TUROWICZ Abram, sac. 183.
- TYRA, fl. (Dniester) 304. 314.
- TYRNAVIA, op. 185. 187.
- TYSZKIEWICZ, OSBM. 305.
- TYSZKIEWICZ Georgius, Ep. lat. Samogit. 35. 44. 45. 56. 72. — Ep. Vilnen. 92n. 93. 225.
- TYSZOWICE, villa 183. 317.
- UCRAINA (Ukraina) 94n. 112. 126. 155. 165. 180n. 234. 246. 250. 280. 301. 332n. 334.
- UGOCHA, Com.tus 17. 29.
- UJEJSKI Thomas, Ep. lat. Kiov. (Vieyski, Wioski) 160. 162.
- UNGH, Com.tus 17. 29. 107. — Palatinus 4. 5. 6.
- UNGVAR (Užhorod), op. 66. 91. — monaster. OSBM. 276-278.
- UNIO 3. 11. 14. 28. 38. 40. 41. 43-45. 47-49. 51. 53. 60-68. 75. 77. 79-81. 94n. 104. 116. 118-120. 123. 126. 128. 132. 133. 145-147. 152-160. 162. 163. 166-169. 172. 173. 175-177. 179n. 180n. 182. 183. 185-187. 190. 193. 194. 197. 198. 200-204. 206. 218. 219. 223. 224. 228-230. 232. 236-238. 240-242. 244. 245. 248-252. 254-257. 259. 261. 263. 265. 269. 270. 272. 278. 280. 282-284. 286. 287. 289-295. 297. 300-315. 317-322. 324-332. 334-336. 341-344. 347. 350-357. — Archivum 145. 254. 338. 355. — Jura 338. 351. — Thesaurum 338. — Unio Užhorodensis 3n. 5n.
- UNITI 43. 47. 68. 70. 73. 94. 115. 118. 122. 126. 130. 131. 133. 134. 150n. 155-157. 167-171. 173. 175. 176. 194. 239. 241. 247. 249-251. 255-257. 260. 270. 279. 280. 283-285. 291. 295. 297-302. 304. 307. 311. 316. 318-324. 328. 330-335. 338. 340. 349. 351. 355-357.
- URBANUS II, Papa 144. 347.
- URBANUS VIII, Papa 49n. 55. 89n. 120. 153. 165. 183. 184. 237-240. 245. 253. 259. 261. 284. 287. 292. 305. 316.
- USKOKI (Valachi) 47.
- VACHOVIA, loc. 264.
- VACIEN. dioec. 86n.
- VADIENSIS AEp. sch. 90.
- VALACHI, pop. 8. 16 (Vallachi). 23. 25. 27. 42. 45. 46-51. 316.
- VALACHIA 117.
- VALAVA, loc. 279. 323.
- VARASDINUM, loc. 46. 47. 49. 50. — Varadien. Ep. 1. 86n.
- VARSAVIA, op. 28. 36. 62. 72. 75-77. 79. 80. 94. 101. 117. 125. 155. 162-166. 175-185. 188. 193-195. 222. 226-229. 231. 236. 240. 250. 280. 290. 292-294. 296. 319. 320. 330. 340.
- VATICANUM 142.
- VELACHOWICZ Andreas, sac. 183.
- VERESCZAKA Basilius, sac. 273. 274.
- VESPRIMEN. Ep. 81n.
- VIDONI Petrus, AEp., Nunt. Pol. 104. 116n. 117. 125. 127. 131. 132. 159n. 160n. 164. 172. 174. 176. 184. 188. 194. 327.
- VIDONI, Card. Petrus 155. 194. 195. 211. 222. 226. 228. 229. 254. 255. 334.
- VIENNA (Vindobona) op. 12-14. 16. 47. 48. 85. 88. 103. 231. 248. 257. 287. 316. — Aula Caesarea 14. 15. 106. — Collegium pro Valachis 48. 49. 288.
- VILNO, op. 40. 45. 74. 77. 93. 100. 116. 118. 122. 145. 179n. 180. 214. 225. 252-254. 293. 298. 302. 306-308. 315. 325. 326. 338. 340. 352. 353. — Collegium 257. 288. 325. — Dioec. 31. — Ep. 40. 100. 117. 326. 340. — Imago mir. BVM. 254. 261. 262. 337. 338. 339. 341. — Monaster. OSBM. SS. Trinitatis 100. 145. 254. 261. 301-303. 306.

308. 310. 325. 332. 338. 339. 349. 353.
— Monaster. monial. OSBM 303. 306.
- VISITATIO 52. 73. 235. 261.
- VISITATIO Liminum S. 73.
- VISNICEN. loc. 41.
- VITEBSK, op. 309. — Dioec. 31. 349. —
Ep. un. 198. 206.
- VITOLDUS, dux Lith. 144. 348. 351. 356.
- VLADIMIRIA (Volodymyr), op. 250.
281. 282. 299. 305. 327. 337. — Ep.
un. 31. 75. 77. 82. 181. 182. 184. 213.
215n. 247. 250. 289. 311. 312. 327. 337.
338. 340. 341. 355.
- VLADIMIRUS Magnus, dux Russiae 143.
- VLADIMIRUS Olgerdowicz 348.
- VLADISLAUS Jagello, rex Pol. 351.
- VLADISLAUS Jagellonida, rex Hung. et
Pol. 145. 270n. 314. 352. 353. 354. 356.
- VLADISLAUS IV, rex Pol. 290n. 292.
298. 299. 301. 304. 305. 307. 309-313.
316. 318. 319. 334. 340n. 356.
- VLADISLAVIA, Ep. lat. 117.
- VOLINIA (Wolyn) 68. 165. 172. 200. 218.
223. 234. 267. 299. 300. 306. 315. 319.
322n. 324. 353.
- VOLNA, monaster. OSBM. 303.
- VOLOŠYNOVSKYJ Josephus, Ep. Mu-
kač 283n.
- WASILEWICZ Eustachius 353.
- WASILKIEWICZ Joannes 59. 61. 67.
- WASOWICZ Hieronymus, Ord. Praed.
58. 61. 62. 63.
- WERESZCZYNSKI Andreas Franciscus
Lebed' 59. 60.
- WEYSEMBURG, op. 99.
- WIANIK v. Mierzejewski.
- WIAZMA, loc. 353.
- WINNICKI Antonius, Ep. sch. Premysl.
189. 279. 280. 322. 323.
- WISZNIOWIECKI Hieremias, princ.
322.
- WOJERSKI, dom. 322.
- WOLLOWICZ Eustachius, Ep. lat. Viln.
45n. 259.
- WOSINSKI Sergius, OSBM. 207.
- WYDERKA Joannes, dom. 185. 188.
- WYHOWSKI Joannes, dux Cosac. 132.
155. 156n. 171n. 190 (Wyhovio). 251.
346n. 349.
- WYDZGA Joannes, Ep. lat. Luceor. 156n.
- WYSOCKI Albertus, par. 101.
- ZACHARIAS, Ep. Chelm. ruth. 146. 314.
354.
- ZAGABRIA (Zagreb), op. 16.
- ZAHOROW, loc. 353.
- ZAMOSC, op. 57. 94. 300.
- ZAMOJSKI, fam. 300.
- ZAMOJSKI Joannes, Ep. lat. Luceor.
156n.
- ZAMOJSKI Oleckno, dom. 354.
- ZAPOROŽE 161.
- ZARA, op. 272.
- ZARUDNYJ, Cosac. 330.
- ZASLAWSKI, fam. 312.
- ZAWISZA Joannes, Ep. Viln. 128.
- ZBARAŽ, op. 94n.
- ZBIRUJSKI Dionysius, Ep. Chelm. un.
314.
- ZBOROW, op. — pax 94n. 182. 320. 256.
- ZEJKAN Joannicius, Ep. sch. Mukač. 105
187n. 283n.
- ŽELIBORSKYJ Arsenius, Ep. sch. Leo-
pol. 246n.
- ŽELIBORSKYJ Athanasius, Ep. sch.
Leopol. 246n. 247n.
- ZEMPLEN, Com.tus 17. 29. 107.
- ZLOTY Andreas KVASNINSKY, Ep.
Smolen. un. 72. 185. 197n. 204. 219.
221. 232. 310. 324.
- ŽOCHOWSKYJ Cyprianus, Metr. Kiov.
un. 114n. 179n. 215n.
- ZOMBOR, loc. 96n.
- ŽOWTI WODY, loc. 94n.
- ZWANEC, loc. 357.
- ŽYDYČYN, monaster. OSBM. 40. 152.
155. 165. 190. 221. 223. 250. 258. 293.
299. 300. 303. 309. 325. 336.
- ŽYROVICE, monaster. OSBM. 76n. 100.
129. 181. 190n. 197-199n. 207-210. 213-
217. 219. 224. 232. 233. 248. 250. 254.
262. 282. 303-305. 326. 329. 330. 332.
333. 338-340. — Capitulum 114n. 179n.
239n. — Congressus Ep. ruth. 337-339.
— Imago BVM. 153. 208. 212. 254. 262.

II

**ELENCHI PONTIFICUM, PATRIARCHARUM, NUNTIORUM,
REGUM, EPISCOPORUM (1640-1665)**

1. Pontifices Romani

Urbanus VIII	1623-1644
Innocentius X	1644-1655
Alexander VII	1655-1667

2. Patriarchae Constantinopolitani

Parthenius I	1639-1644
Parthenius II	1644-1646
Joannicius II	1646-1648
Parthenius II (2 v.)	1648-1651
Joannicius II (2 v.)	1651
Cyrillus III Spanos	1651
Vacat	1651-1652
Athanasius III Patellaros	1652
Paisius I	1652-1653
Joannicius II (3 v.)	1653-1654
Cyrillus III (2 v.)	1654
Paisius I (2 v.)	1654-1655
Joannicius II (4 v.)	1655-1656
Parthenius III	1656-1657
Gabriel II	1657
Theophanes	1657
Parthenius IV	1657-1662
Dionysius III	1662-1665
Parthenius IV (2 v.)	1665-1667

3. Patriarchae Hierosolymitani

Theophanes III	1608-1644
Paisius	1645-1660
Nectarius -	1660-1669

4. Nuntii Apostolici Varsavienses

Marius Filonardi	1635-1643
Vacat	1643-1645
Joannes De Torres	1645-1652
Petrus Vidoni	1652-1660
Antonius Pignatelli	1660-1667

5. Nuntii Apostolici Viennenses

Gaspar Matthei	1639-1644
Camillus De Melzi	1644-1652
Scipio Pannochieschi	1652-1658
Benedictus Rossi	1658-1658
Carolus Caraffa	1658-1664
Franciscus Antonius Galli	1665-1665

6. Nuntii Apostolici Venetiarum

Franciscus Vitelli	1632-1645
Angelus Cesi	1645-1646
Scipio Pannochieschi	1646-1652
Franciscus Boccapaduli	1652-1654
Carolus Caraffa	1654-1658
Jacopo Altoviti	1658-1666

7. Praefecti S.C. de Prop. Fide

Antonius Barberini (iun.)	1631-1671
Antonius Barberini (sen.)	1632-1646

8. Secretarii S.C. de Prop. Fide

Franciscus Ingoli	1622-1649
Dionysius Massari	1649-1657
Marius Alberici	1658-1664
Antonius Manfroni (prosec.)	1664-1666

9. Secretarii Status S.S.

Ex familia Barberini	1623-1644
Ex familia Pamphilj	1644-1655
Ex familia Chigiana	1655-1667

10. Metropolitae Kiovien. uniti

Sielava Antonius	1641-1655
Vacat	1655-1665
Kolenda Gabriel (Adm.)	1657-1665

11. Metropolitae Kiovien. non uniti

Petrus Mohyla	1633-1647
Sylvester Kosiv	1647-1657
Dionysius Balaban	1657-1663
Josephus Tukalskyj	1663-1675

12. Archiepiscopi Gnesnen.

Matthias Lubienski	1641-1652
Andreas Leszczynski	1652-1658
Venceslaus Leszczynski	1658-1666

13. Archiepiscopi Leopoliens. lat.

Grochowski Stanislaus	1633-1645
Krosnowski Nicolaus	1645-1654
Tarnowski Joannes	1654-1669

14. Archiepiscopi Polocen. uniti

Sielava Antonius	1624-1655
Kolenda Gabriel	1655-1674

15. Archiepiscopi Smolenseen. uniti

Kvasninskyj-Zloty Andreas	1640-1654
Kosynskyj Barlaam	1655

16. Episcopi Chelmen. latini

Piasecki Paulus	1641-1644
Koludzki Symeon	1644
Pstrokonski Stanislaus	1644-1657
Lezenski Thomas	1657-1666

17. Episcopi Chelmenses uniti

Terleckyj Methodius	1630-1649
Furs Athanasius	1649
Vacat	1649-1652
Susza Jacobus	1652-1687

18. Episcopi Cracovienses

Zadzik Jacobus	1634-1642
Gembicki Petrus	1642-1657
Tzebicki Andreas	1658-1679

19. Episcopi Leopoliens. non uniti

Arsenius Zeliborskyj	1641-1658
Athanasius Zeliborskyj	1658-1667

20. Episcopi Luceorien. uniti

Vacat ab anno	1636
Titulum gerebant et administrationem	
Losowskyj Nicephorus	1637
Chmelowskyj Procopius	1660
Terleckyj Antonius	1662-1669

21. Episcopi Luceorien. non uniti

Athanasius Puzyna	1632-1650
Josephus Czaplic	1650-1654
Dionysius Balaban	1655-1663
Gedeon Czetvertynskyj	1663-1689

22. Episcopi Luceorien. latini

Gembicki Andreas	1638-1655
Wydzga Joannes	1655-1659
Zamojski Joannes	1659-1666

23. Episcopi Mukačovienses

Tarasovyš Basilius	1633-1651
Petrovyč Parthenius	1652-1665
Zejkan Joannicius (non-unit.)	1651-1687

24. Episcopi Peremyslien. latini

Gembicki Petrus	1637-1642
Trzebicki Alexander	1642-1644
Piasecki Paulus	1644-1649
Zamojski Joannes	1649-1654
Trzebicki Andreas	1654-1658
Sarnowski Stanislaus	1659-1676

25. Episcopi Peremyslien. uniti

Krupeckyj Athanasius	1610-1652
Ovlučynskyj Paulus (Coad.)	1645-1649
Chmelovskyj Procopius	1652-1664
Terleckyj Antonius	1662-1669

26. Episcopi Peremyslien. non uniti

Sylvester Hulevyč	1634-1645
Antonius Vynnyckyj	1650-1679
Georgius Hošovskyj	1663-1679

27. Episcopi Pincenses uniti

Oranskyj Pachomius	1637-1653
Kvasninskyj-Zloty Andreas	1654-1665

28. Episcopi Vilnenses

Wojna Abrahamus	1630-1649
Tyszkewycz Georgius	1649-1656
Dowgiałło-Zawisza Joannes	1656-1661
Białożor Georgius	1661-1665
Sapieha Alexander	1665-1671

29. Episcopi Volodimirien. uniti

Bakoveckij Josephus	1632-1650
Potij Joannes	1655-1666

30. Protoarchimandritae Basilianorum

Sielava Antonius	1641-1655
Terleckij Benedictus	1656-1661
Susza Jacobus	1661-1665

31. Procuratores Generales in Urbe

Borovyk Philippus	1640-1651
Bienkovskij Gregorius	1652-1656
Bilozor Marcianus	1656-1659
Malachovskij Joannes	1660
Bohdanovyč Hieronymus	1661
Ohilevyč Pachomius	1662-1664
Susza Jacobus	1665-1666
Pietkevyč Josephus	1665-1669

32. Capitula Basilianorum

Vilnense II	1642
Vilnense III	1646
Vilnense IV	1650
Minscense	1652
Torokanense I	1656
Bytenense I	1657
Zyrovicense II	1658
Zyrovicense III	1659
Torokanense II	1661
Suprasliense I	1661

Zyrovicense IV	1661
Supraliense II	1665

33. Imperatores S. Romani Imperii

Ferdinandus III	1637-1657
Leopoldus I	1657-1705

34. Czar Moscoviae

Michaël Romanov	1613-1645
Alexius Romanov	1645-1676

35. Reges Poloniae-Lithuaniae

Vladislaus IV Waza	1632-1648
Joannes Casimirus Waza	1648-1668

36. Imperatores (sultani) turcarum

Ibrahim	1640-1648
Mahumetus IV	1648-1687

37. Duces (hetman) cosacorum

Jacobus Ostrjanycia	1638-1641
Bohdan Chmelnyckij	1648-1657
Joannes Vyhovskij	1657-1659
Georgius Chmelnyckij	1659-1663
Paulus Tetera	1663-1665

38. Cancellarii magni Poloniae

Gembicki Petrus	1638-1643
Ossolinski Georgius	1643-1650
Leszczynski Andreas	1650-1652
Korycinski Stephanus	1652-1658
Prazmowski Nicolaus	1658-1666

39. Cancellarii magni Lithuaniae

Radziwiłł Stanislaus Albertus	1623-1656
Vacat	1656-1658
Pac Christophorus	1658-1684

III

INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM
(vol. II: 1641-1665)

1. - 22.	2.1641: Nominatus Nitrien. de Ep.po Mukačoviensi	3
2. - 15.	3.1641: Aep. Strigonien. Praefecto de Prop. Fide	4
3. - 19.	3.1641: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Secr. Status ..	5
4. - 13.	3.1641: Card. Barberini Ep.po Agriensi	6
5. - 12.	7.1641: Ep. Mukačoviensis Domino terrestri	7
6. - 10.	9.1641: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Card. A. Barb.	10
7. - 12.	9.1641: Aep. Strigonien. Cardinalibus de Prop. Fide	11
8. - 30.11.	1641: Card. Fr. Barberini Nuntio Vars. Filonardi	12
9. - 21.12.	1641: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Card. A. Barb.	12
10. - 5.	4.1642: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Card. Barberini	13
11. - 3.	5.1642: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) de prof. fidei	13
12. - 17.	5.1642: Card. Barberini Nuntio Filonardi	14
13. - 14.	6.1642: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Rev.mo Ingoli	15
14. - 12.	7.1642: Aep. Athenien. (Nunt. Viennen.) Card. Barberini	16
15. - ..	9.1642: Ep. Mukačovien. praesentat documenta	17
16. - 12.10.	1642: Aep. Strigonien. (G. Lippay) Rev.mo Fr. Ingoli	27
17. - 12.10.	1642: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Urbano PP. VIII	28
18. - 26.	6.1643: Ep. Transilvanien. (S. Symandi) de Ep. Mukač.	29
19. - 22.	8.1643: Card. Fr. Barberini Metrop. A. Sielava	30
20. - 24.	8.1643: Metrop. A. Sielava P. Philippo Borovyk	30
21. - 12.11.	1643: Aep. Gnesnen. (M. Lubienski) Praelatis Pol.	34
22. -	1643: Instantiae Metrop. Kiovien. et Ep. Chelmen. ..	36
23. -	1643: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	40
24. - 2.	1.1644: Ep. Chelmen. (P. Piasecki) ex relatione	43
25. - 12.	3.1644: Ep. Samogitien. (G. Tyszkewycz) Card. P.F.	44
26. - 5.	4.1644: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) P. Ph. Borovyk ..	45
27. - 14.	6.1644: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Imperatori Austriae	47
28. - 14.	6.1644: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	48
29. - 14.	6.1644: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	50
30. - 19.	7.1644: Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	53
31. - 13.11.	1644: Card. A. Barberini Ep. M. Terleckyj	54
32. -	1644: Hierarchia Ruthena Cardinalibus F.P.	55

33. - 26. 1.1645:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	58
34. - 20. 2.1645:	Ep. Chelmen. (P. Piasecki) et eius decreta	59
35. - 11. 3.1645:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	61
36. - 8. 9.1645:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	63
37. - 10. 9.1645:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	65
38. - 21. 5.1646:	Ep. Agrien. (G. Jakusich) declaratio	65
39. - 18. 8.1646:	Ep. Chelmen. (M. Pstrokowski) decretum ..	66
40. - 11. 9.1646:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) protestatio	67
41. - 13.10.1646:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	70
42. - 13.12.1646:	Ep. Samogitien. (G. Tyszkewycz) Fr. Ingoli	71
43. - 4. 6.1647:	Aep. Smolenscen. (A. Kvasninskyj) Fr. Ingoli	72
44. - 20. 9.1647:	Ep. Peremyslien. (A. Piasecki) ex relatione	73
45. - 30.10.1647:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	73
46. - 22. 1.1648:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	76
47. - 4. 5.1648:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Fr. Ingoli	78
48. - 4. 5.1648:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Cardinalibus P.F.	79
49. - 14. 5.1648:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) declaratio	81
50. - 27. 5.1648:	Ep. Chelmen. (M. Terleckyj) Secretario P.F.	82
51. - 20. 6.1648:	Ep. Mukačovien. (B. Tarasovyč) declaratio	83
52. - 28. 5.1649:	Ep. Capuan. (Nunt. Viennen.) Praefecto P.F. ..	83
53. - 28. 5.1649:	Ep. Agrien. (B. Kisdi) Nuntio Viennensi	84
54. - 29. 6.1649:	Ep. Agrien. (B. Kisdi) Nuntio Viennensi	85
55. - 21. 8.1649:	Ep. Capuan. (Nunt. Viennen.) Praefecto P.F. ..	86
56. - 1650:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) ex relatione	87
57. - 12. 3.1650:	Ep. Capuan. (Nunt. Viennen.) Ep. po Agriensi ..	88
58. - 12. 4.1650:	Vic. gen. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F. ..	89
59. - 5. 4.1651:	Aep. Belograden. (S. Simonovits) litt. testim.	90
60. - 27. 5.1651:	Ep. Vilnen. (G. Tyszkewycz) Cardinalibus P.F.	92
61. - 3. 6.1651:	Aep. Adrianopol. (Nunt. Varsav.) Secretario P.F.	93
62. - 23. 6.1651:	Ep. Chelmen. (S. Pstrokowski) Card. Orsini	94
63. - 23. 7.1651:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Innocentio PP. X	95
64. - 5. 9.1651:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) declaratio	97
65. - 10. 9.1651:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Innocentio PP. X	98
66. - 2. 6.1651:	Metrop. A. Sielava Nuntio Varsaviensi	99
67. - 1652:	Metrop. A. Sielava Gregorio Bienkovskyj	101
68. - 19. 7.1652:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Cardinalibus P.F.	101
69. - 28. 9.1652:	Ep. Capuan. (Nunt. Viennen.) Card. Barberini	103
70. - 1652:	Hierarchia Unita Cardinalibus P.F.	103
71. - 1652:	Metrop. A. Sielava Innocentio PP. X	104
72. - 16.11.1654:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Cardinalibus P.F.	105
73. - 22. 7.1655:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Ep. de Mukač ..	106

74. - 12.12.1655:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) Alexandro PP. VII	109
75. - 28. 2.1657:	Ep. Mukačovien. (P. Petrovyč) declaratio	111
76. - 14. 9.1657:	Ep. Coadiutor Camenecen. ad Nuntium Poloniae	112
77. - 28. 9.1657:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	113
78. - 12. 3.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Nuntio Varsaviensi	115
79. - 25. 3.1658:	Ep. Laudensis (Nunt. Varsav.) Praefecto P.F.	117
80. - 14. 6.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Alexandro PP. VII	117
81. - 14. 6.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Praefecto P.F.	119
82. - 14. 6.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Card. Barberini	120
83. - 14. 6.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Cardinalibus P.F.	121
84. - 14. 6.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Card. V. Orsini	123
85. - 23. 7.1658:	Ep. Laudensis (Nunt. Varsav.) Card. Barb.	124
86. - 9.11.1658:	Card. V. Orsini Ep.po Kioviensi latino	125
87. - 11.11.1658:	Ep. Cracovien. (A. Trzebicki) Nuntio Varsaviensi	126
88. - 16.11.1658:	Ep. Vilnen. (J. Zawisza) Nuntio Varsaviensi	127
89. - 8.12.1658:	Ep. Cracovien. (A. Trzebicki) Nuntio Varsaviensi	128
90. - 16.12.1658:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	129
91. - 22.12.1658:	Ep. Cracovien. . Trzebicki) Nuntio Varsaviensi	130
92. - 5. 1.1659:	Ep. Lauden. (Nunt. Varsav.) Card. Barberini	130
93. - 5. 1.1659:	Ep. Lauden. (Nunt. Varsav.) Card. Barberini	131
94. - 8. 3.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) D. Joanni Vyhovskyj	132
95. - .. 4.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) informatio de concordia	155
96. - 8. 4.1659:	Ep. Luceorien. (J. Wydzga) Nuntio Varsaviensi	156
97. - 9. 4.1659:	Ep. Luceorien. (J. Wydzga) Nuntio Varsaviensi	156
98. - 91. 4.1659:	Ep. Luceorien. (J. Wydzga) Nuntio Varsaviensi	157
99. - 26. 4.1659:	Card. V. Orsini Cancellario Poloniae	158
100. - 9. 5.1659:	Ep. Luceorien. (J. Wydzga) Nuntio Varsaviensi	158
101. - 9. 5.1659:	Ep. Luceorien. (J. Wydzga) Nuntio Varsaviensi	160
102. - 14. 5.1659:	Ep. Kiovien. lat. (Th. Ujejski) Card. V. Orsini	160
103 -4. 16.5.1659:	Ep. Kiovien. lat. Nuntio Varsaviensi	162
105. - 30. 5.1659:	Aep. Gnesnen. (V. Leszczynski) Alexandro VII	163
106. - 30. 5.1659:	Ep. Posnaniem. (A. Tholibowski) protestatio ..	163
107. - 2. 6.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Cardinalibus P.F.	165
108. - 21. 6.1659:	Hierarchia Polona protestat Pacta Hadiacen. ..	166
109. - 16. 8.1659:	Ep. Lauden. (Nunt. Varsavien.) protestatio	172
110. - 18. 9.1659:	Aep. Polocen. (G. Kolenda) attestatio	174
111. - 22. 9.1659:	Aep. Polocen. (G. Kolenda) protestatio	174
112. - 22. 9.1659:	Ep. Lauden. (Nunt. Varsavien.) Praefecto P.F.	176
113. - 27.10.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) attestatio de subsidio	176
114. - 7.11.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Alexandro PP. VII ..	177
115. - 7.11.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Cardinalibus P.F.	178

116. - 7.11.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	179
117. - 9.11.1659:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	181
118. - 28.12.1659:	Aep. Smolenscen. (A. Kvasninskyj) attestatio	184
119. - 1. 1.1660:	Aep. Strigonien. (G. Lippay) com. Ep. Mukač.	185
120. - .. 1.1660:	Ep. Mukačovien. (P. Parthenius) imperatori	187
121. - 19. 2.1660:	Ep. Peremyslien. (P. Chmelovskyj) attestatio	188
122. - 1. 3.1660:	Ep. Peremyslien. (S. Sarnowski) ex relatione ..	189
123. - 11. 3.1660:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Nuntio Varsaviensi ..	190
124. - 11. 3.1660:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Procuratori gen. Romae	191
125. - 29. 5.1660:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Cardinali Barberini ..	192
126. - 14. 2.1661:	Ep. Cracovien. (A. Trzebicki) Cardinali Barberini	193
127-37. - 1661:	Ep.pi uniti (varii) de dissidio eccles.	193
138. - 10. 4.1661:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	222
139. - 29. 6.1661:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	225
140. - 4. 7.1661:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsavien.) Secretario P.F.	226
141. - 6. 7.1661:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	227
142. - 6. 7.1661:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Praefecto P.F.	228
143. - 9. 7.1661:	Aep. Polocen. (G. Kolenda) Card. V. Orsini	229
144. - 17.10.1661:	Ep. Mukačovien. (P. Parthenius) Cons. Poson.	231
145. - 24.10.1661:	Ep. Peremyslien. (P. Chmelowski) attestatio ..	232
146. - 4.11.1661:	Hierarchia unita Secretario P.F. declaratio	232
147. - 27.12.1661:	Hierarchia unita Praefecto P.F.	233
148. - 19. 1.1662:	Ep. Peremyslien. (P. Chmelowskyj) Alex. VII	234
149. - 4. 4.1662:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsavien.) Praefecto P.F.	235
150. - 9. 5.1662:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsav.) Card. Barb. ..	235
151. - 30. 5.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	236
152. - 1. 6.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Praefecto P.F.	238
153. - 1. 6.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Cardinalibus P.F.	240
154. - 2. 6.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Praefecto P.F.	243
155. - 2. 6.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Card. Barberini	244
156. - 8. 6.1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Alexandro PP. VII	245
157. - 10.10.1662:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsavien.) Card. Barb.	246
158. - 1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	247
159. - 1662:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	252
160. - 1663:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	255
161. - 1663:	Ep. Chelmen. (J. Susza) instantia.	260
162. - 1663:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F. ..	262
163. - 21. 1.1663:	Ep. Chelmen. (Th. Lezenski) Alexandro PP. VII	264
164. - 21. 1.1663:	Ep. Chelmen. (Th. Lezenski) accusationes	264
165. - 22. 2.1663:	Ep. Peremyslien. (P. Chmelowskyj) Secr. P.F.	267
166. - 28. 3.1663:	Ep. Chelmen. lat. (Th. Lezenski) quaerelae	268

167. - 10. 4.1663:	Praelatus Romanus de decimis	269
168. - 10. 4.1663:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsavien.) Card. Barb.	271
169. - 27. 4.1663:	Praepositus gen. Carmelitanorum, declaratio	272
170. - 2. 6.1663:	Ep. Cracovien. (A. Trzebicki) Alexandro PP.VII	273
171. - .. 8.1663:	Aep. Larissen. (Nunt. Varsavien.) Secr. P.F.	274
172. - 29. 7.1663:	Ep. Mukačovien. (P. Petrovyč) declaratio. (slav.)	275
173. - 29. 7.1663:	Ep. Mukačovien. (P. Petrovyč) declaratio (lat.)	276
174. - 8.1663:	Missus E. Mukačovien. Alexandro PP. VII	278
175. - 6. 9.1663:	Ep. Peremyslien. (A. Terleckyj) Ep.po J. Susza	279
176. - 10.10.1663:	Ep. Volodimirien. (J. Pctij) Alexandro PP. VII	280
177. - 10.10.1663:	Ep. Volodimirien. (J. Potij) Praefecto P.F.	281
178. - 3.11.1663:	Hierarchia unita, de commissis Ep. Chelmen.	282
179. - 7. 1.1664:	Ep. Chelmen. (J. Susza) Secretario P.F.	292
180. - 23.12.1664:	Ep. Peremyslien. (A. Terleckyj) Secretario P.F.	295
181. - 1664:	Ep. Chelmen. (J. Susza) de laboribus Unitorum	296
182. - 1664:	Ep. Chelmen. (J. Susza) de statu recenti Unionis	336
183. - 1664:	Ep. Chelmen. (J. Susza) informatio de Unione	342
184. - 1664:	Ep. Chelmen. (J. Susza) de iuribus Unionis	351

INDEX GENERALIS

<i>Dedicatio</i>	V
<i>Praefatio</i>	VII
<i>Introductio</i>	IX
<i>Nota biographica Joannis Stock, Episcopi Pergamen.</i>	XI

LITTERAE EPISCOPORUM PRAELATORUMQUE TEMPORE

Urbani PP. VIII (nnr. 1-30)	3
Innocentii PP. X (nnr. 31-72)	54
Alexandri PP. VII (nnr. 73-184)	106

INDICES

I. - Index nominum et rerum	361
II. - Elenchi Pontificum, Patriarcharum, Nuntiorum, Metropolitanarum, Regum, Episcoporum, etc. (1640-1665)	377
III. - Index chronologicus documentorum	381

TABULAE

1. - Effigies Joannis Stock, Episcopi Pergamen. (1971-1972)	5
2. - Episcopus Chelmen.: Methodius Terleckyj (1630-1648)	65
3. - Metropolita non unitus Petrus Mohyla (1633-1647)	81
4. - Archiepiscopus Strigoniensis: Georgius Lippay (1645-1667)	145
5. - Innocentius PP. X (Pamphilj) (1644-1655)	161
6. - Dux cosacorum Joannes Vyhovskyj (1657-1659)	225
7. - Alexander PP. VII (Chigi) (1655-1667)	241
8. - Archiepiscopus Polocen.: Gabriel Kolenda (1655-1674)	289
9. - Episcopus Chelmensis: Jacobus Susza (1652-1687)	305

p. Joanikij osbm
04.12.2020, Roma

Sectio tertia « DOCUMENTA ...ex ARCHIVIS ROMANIS »

Monumenta Bio-Hagiographica

S. Josaphat - Hieromartyr. Documenta Romana Beatificationis et Canonizationis.

vol. I: 1623-1628; *vol. II:* 1628-1637; *vol. III:* 1637-1867; Romae 1952-1967.
Documenta Unionis Berestensis eiusque auctorum (1590-1600), Romae 1970.

Documenta Pontificum Romanorum

Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia:

vol. I: 1075-1700, Romae 1953; *vol. II:* 1700-1953, Romae 1954;

Audientiae SS.mi de rebus Ucrainae:

vol. I: 1658-1779, Romae 1963; *vol. II:* 1780-1862, Romae 1965;

Acta S. Congregationum

Acta S.C. de Prop. Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarussiae spectantia:

vol. I: 1622-1667; *vol. II:* 1667-1710; *vol. III:* 1710-1740;

vol. IV: 1740-1760; *vol. V:* 1769-1862: Romae 1953-1955.

Litterae S.C. de Prop. Fide Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarussiae spectantes:

vol. I: 1622-1670; *vol. II:* 1670-1710; *vol. III:* 1710-1730; *vol. IV:* 1730-1758;

vol. V: 1758-1777; *vol. VI:* 1777-1790; *vol. VII:* 1790-1862: Romae 1954-1957.

Congregationes Particulares Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarussiae spectantes:

vol. I: 1622-1728, Romae 1956; *vol. II:* 1729-1862, Romae 1957;

Litterae Nuntiorum Apostolicorum

Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes (1550-1850):

vol. I: 1550-1593; *vol. II:* 1594-1608; *vol. III:* 1608-1620; *vol. IV:* 1621-1628;

vol. V: 1629-1638; *vol. VI:* 1639-1648; *vol. VII:* 1649-1651;

vol. VIII: 1652-1656; *vol. IX:* 1657-1659; *vol. X:* 1659-1663;

vol. XI: 1664-1669; *vol. XII:* 1670-1674; *vol. XIII:* 1675-1683: Romae 1959-1969.

Supplicationes Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarussiae:

vol. I: 1600-1699; *vol. II:* 1700-1740; *vol. III:* 1741-1769: Romae 1960-1965.

Epistolae Metropolitaram

Epistolae Metropolitaram Kioviensium Catholicorum:

vol. I. *Josephi Velamin Rutskyj* (1613-1637), Romae 1956.

vol. II. *R. Korsak, A. Sielava, G. Kolenda* (1637-1674), Romae 1956.

vol. III. *C. Zochovskyj, L. Zalenskyj, G. Vynnyckyj* (1674-1713), Romae 1958.

vol. IV. *L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj* (1714-1762), Romae 1959.

vol. V-VI. *F. Wolodkovycz*, pars I (1762-1773), pars II (1773-1778), R. 1967-69.

vol. VII. *L. Szeptyckyj* (1778-1779), Romae 1970.

vol. VIII. *J. Smogorzewskyj* (1780-1788), Romae 1965.

Litterae Episcoporum historiam Ucrainae illustrantes:

vol. I: Ann. 1600-1640, Romae 1972.

vol. II: Ann. 1641-1665, Romae 1973.

vol. III: Ann. 1665-1690, Romae 1974.

Diplomata Principum

Litterae Imperatorum, Regum, Principum, Magistratum ann. 1600-1650 (parantur) etc.

Acta Basilianorum

Capitula Basilianorum Generalia saec. XVII-XVIII (parantur)

Litterae Basilianorum... (parantur)

Miscellanea - Anonyma etc. (parantur)